


Milton,
Peterborough.

S. C. VI

SCRIPTORES EROTICI

GRAECI

VOLUMEN SECUNDUM

HELIODORUM

CONTINENS.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ

HELIODORI

AETHIOPICORUM

LIBRI DECEM

GRAECE ET LATINE

TEXTUM RECOGNOVIT, SELECTAMQUE LECTIONIS

VARIETATEM ADIECIT

CHRIST. GUIL. MITSCHERLICH

PROFESSOR GOTTINGENSIS

PARS PRIMA

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

ANNO VI.

IUVENI

INTERIORI GRAECARUM LITERARUM SCIENTIA

CETERISQUE HUMANITATIS DISCIPLINIS

INSTRUCTISSIMO

CAROLO HENRICO PARRY

BATHONIO - ANGLO

AD SOLIDAE ERUDITIONIS GLORIAM

PATERNA VIA GRASSANTI

HELIODORUM A SE RECOGNITUM

HONORIS CAUSA

D. D. D.

CHR. GUIL. MITSCHERLICH

NOTITIA LITERARIA
DE
HELIODORO.

HELIODORUS [1] Theodoſii F. Phoenix Emeſenus, Imperatorum Theodoſii M. Arcadii atque Honorii temporibus clarus, homo Chriſtianus, compoſuit admodum iuvenis [2] Αἰθιοπικὰ, [3] fabu-

1 Auctor in extremo libri X Aethiopicon: τοιόνδε πέρας ἔχει τὸ σύνταγμα τῶν περὶ Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν Αἰθιοπικῶν, ὃ συνέταξεν ἀνὴρ Φοίνιξ Ἐμεσηνὸς τῶν ἀφ' Ἡλίου γένος Θεοδοσίου παῖς Ἡλιόδωρος. Photius Cod. LXXIII, hanc ipſam clauſulam referens, non habet verba τῶν ἀφ' Ἡλίου γένος, & pro Ἐμεσηνὸς legit Ἀμινδηνός. Meminit iterum Heliodori Codic. LXXXVII, XCIV, & CLXVI.

2 Socrates V, 22, p. 287: Ἀλλὰ τοῦ μὴν ἐν Θεσσαλίᾳ ἔθους ἀρχηγὸς Ἡλιόδωρος Τρίκκης τῆς ἐκεῖ γενόμενος Ἐπίσκοπος, οὗ λέγεται πονήματα ἐρωτικὰ βιβλία, ἃ νέος ὢν συνέταξε καὶ Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσε. Totum hoc de Heliodoro omittit Hiſtoria Tripartita, Socratis locum Latine efferens IX, 38. Photius autem cum Heliodori Aethiopica recenſuiſſet Cod. LXXIII, τοῦτον δὲ, inquit, καὶ Ἐπισκόπου τυχεῖν ἀξιώματος ὕστερον φασίν. Dubium quidem videtur hoc Valeſio: *neque enim ſatis conſtat*, inquit, *utrum libri illi de amoribus Theagenis & Charicleae ab Heliodoro Epiſcopo ſcripti ſint, an ab alio quopiam.* Sorellus plane falſum eſſe hoc non dubitat. At ſaltim certum eſt, Socratis & Photii temporibus hoc ita traditum fuiſſe. Et alia exempla Eccleſiaſticorum, qui Erotica ſcripſerunt, collegit Aeg. Menagius in Antibailleto.

3 Alio ſenſu Αἰθιοπικὰ ſcri-

lam difertam, elegantem & amoenam, fcriptam profa, complexamque amores caftos & varias iactationes Theagenis & Charicleae, libris X. Poftea, tefte Socrate, factus Epifcopus Tricenfis in Theffalia, auctor fuit moris, ut Clericus, qui poft fufceptum facrum munus cum uxore ante Clericatum legitimo matrimonio iuncta cohabitaret, deponeretur. Quod vero Nicephorus Hift. Eccl. XII, 34, addit, [1] Synodum provincialem ftatuiffe, ut, quoniam lectione eius librorum iuvenes multi in periculum pudoris coniicerentur, ipfos vel igni abolendos daret, vel Epifcopatu cederet; atque Heliodorum Epifcopatu excidere, quam fcripta fua abolere, maluiffe: hoc merito fabulofum videtur viris doctiffimis, Valefio ad Socratem p. 72, Petavio apud Vavafforem & Vavaffori ipfi p. 149 de ludicra dictione, Sorello in Obfervationibus ad L. XIII Paftoris fui infanientis (*Berger extravagant*) p. 685, Huetio de Orig. fabularum Romanenfium p. 36, & Baelio in Dict. hift. crit. T. II, p. 1499. Meminit Heliodori huius Αἰθιοπικῶν fcriptoris, Photium praeter & Socratem

pferat Bion Solenfis, de quo Laërt. IV, 58, & Philo, cuius rerum in Aethiopia & per Aethiopes geftarum hiftoriam laudat Antigonus Caryft. H. mir. c. 160. Sed Heliodorus Αἰθιοπικὰ fcripfit, ut Iamblichus Βαβυλωνικὰ, Ariftides Μιλησιακὰ, i. e. fabulam five drama profarium de Amoribus Charicleae, Aethiopum regis filiae, & Theagenis Theffali. Pro numero librorum X, in quibufdam eft capitum XXIX.

1 Severitatem Synodi maiorem, quam opus erat, fuiffe notat Voff. IV de Hift. Gr. pag. 487. Certe multum abeft, ut alii fcriptores erotici pudorem Heliodori femper imitati fuerint.

ac Nicephorum, Elias Cretenfis ad Orat. XVII Nazianzeni &c. Mich. Pfelli iudicium ineditum de Hiftoriis Charicleae & Leucippes laudat, & ex eo nonnihil profert Leo Allatius de patria Homeri p. 79. Aethiopica Heliodori, antequam ederentur, legit & locum e libro ipfius decimo fub fcriptoris non dilutae auctoritatis elogio Latine attulit Politianus Mifcell. c. III.

Lucem vidit Heliodorus primum Graece Bafileae 1534. 4. ex officina Hervagiana, cum praefatione *Vincentii Obfopoei*, qui ex Bibliotheca Mathiae Corvini, Hungariae regis, a milite quodam direptum redemit. Haec editio, cum MSS. Codicibus ab Andrea Schotto, ni fallor, vel G. Cantero, diligentiffime collata, fuit in Bibliotheca Marquardi Gudii.

Hervagianam fecuta eft *Hier. Commelini* editio, hac epigraphe infignita: Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν βιβλία δέκα· *Heliodori Aethiopicorum libri X. collatione MSS. Bibliothecae Palatinae & aliorum emendati & multis in locis aucti. Hieron. Commelini opera. Apud Hier. Commel.* 1596. 8. Praeter Palatinum Codicem, quem totum diligentiffime contulit Commelinus, ad manus fuere variae lectiones, e Vaticano Codice opera Andr. Schotti defcriptae, quibus & fuas idem vir doctus haud paucas coniecturas adiecerat; tum lectiones alius Codicis, quocum Heliodorum G. Xylander conferendum curaverat, cuius tamen *αὐτόγραφον* ipfi infpicere haud contigit; denique idem ipfe Matthiae Corvini Codex, Hervagianis typis expreffus. Atque horum MSS.

ope adiutus editor multa loca, quae in editione Basileensi corrupta essent aut mutila, feliciter persanavit, ac pristinae integritati restituit. In eadem editione adiecta legitur versio *Stanislai Warschewiczki*, nobilis Poloni. Recusum est hoc Commelini exemplum, adiecta sententiarum ex isto opusculo collectarum serie, & rerum insigniorum indice, *Lugduni, apud viduam Ant. de Harsy*, 1611. 8.

Post Commelinum operam suam Heliodoro addixit *Ioan. Bourdelotius*, cuius editio *Lutetiis Parisiorum* hoc lemmate prodiit: Ἡλιοδώρου — — *Io. Bourdelotius emendavit, supplevit, ac libros decem Animadversionum adiecit*, — — *apud P. Ludovicum Feburier*, 1619. 8. Cum Bourdelotium nullis Codd. suffultum ad Aethiopica edenda accessisse satis constet, in promtu est iudicare, quantum professioni isti, qua Heliodorum a se suppletum iactat, omnino tribuendum sit. Quo eodem loco habendum est alterum, quo emendatius Aethiopica a se edita profitetur, quandoquidem vix unum & alterum locum reperias, in quo a Commeliniano textu recesserit, aut novam in confragosis locis Critices ope, qua omnino parum valuit, viam aperire studuerit. Tanto satius ei visum est, Animadversionum spissum volumen adiicere, plenum rerum vulgarium, & ad Heliodori lectionem iuvandam plane inutilium.

Dan. Pareum editorem iactat ed. Francofurtensis a. 1631, vanissimo hoc titulo inscripta: Ἡλιοδώρου — — *collat. MSS. Bibliothecae Palat. & aliorum emendati & multis in locis aucti, atque in capi-*

ta ordine diſtincti, cura & labore D. Parei. Francoſ. apud Guil. Fitzer, 1631. 8. Quae enim Parei in edendo Heliodoro partes fuerint, cum nihil plane, id quod iure exſpectari poterat, hac de re lectorem monuerit, atque praefationem adeo adiicere ſuperſederit, vix coniectando aſſequaris. Nam & textum e Commeliniano exemplari cum Warſevicii verſione fideliter expreſſum videas, & variae lectiones, ex eodem libro deſcriptae, in calce libri appoſitae ſunt, nulla prorſus criſi ab eo adhibita. Igitur a librario (cuius etiam eſt dedicatio, in fronte libri praefixa) ſuſpenſam in eius veſtibulo hanc fuiſſe hederam, qua ignotos falleret, vix dubitandum videtur.

Noſtra aetate ad Heliodorum denuo typis evulgandum illuſtrandumque aſſiluit *I. P. Schmidius* (Lipſ. 1772. 8.) quae tamen eius opera noſtro parum profuit. Satis enim habuit, Bourdelotii animadverſiones recoctas apponere, & ſubinde e ſuo penu aliquid depromere, quod nec ipſum ita comparatum eſt, ut Heliodori lectionem inde expeditiorem factam iure laetari poſſimus. Criſin raro attigit; in quibus autem locis factum eſt, parum feliciter in ea collocatam eius operam deprehendimus. Ut taceamus vitia typographica, quibus iſta editio ſcatet innumeris.

Nos quidem in adornanda hac editione legem, in edendis Scriptoribus eroticis nobis dictam, ſancte ſervandam duximus, noſtramque operam in detergendo poliendoque, quantum fieri poſſet, orationis contextu continuimus. Quae ne va-

na ac temeraria eſſet opera, redeundum fuit ad exemplum Commelinianum, &, quae ibi expoſitae eſſent, copias criticas. Quibus quidem ita uſi ſumus, ut, ſi quam probabiliorem ibi lectionem e Codice quopiam enotatam videremus, ipſi textui eam audacter immitteremus, ceteraſque varias lectiones, quae alicuius momenti viderentur, excerptas eidem ſubiiceremus. Contulimus quoque Cod. Taurinenſis lectionum farraginem, per Dorvillii ad Charitonem commentarium ſparſam ac diffuſam; neque poenituit nos ſuſcepti huius negotii, per ſe ſatis moleſti ac taedii pleni, cum proficuam admodum emendando Heliodoro impenſam iſtam cognoſſemus operam. Haud raro enim in turpi ceterorum librorum conſenſu ſuppeditatas ab iſto Codice lectiones vidimus probatiſſimae diverſitatis, quas quidem, cum ſeveriorem minime reformidarent criticen, & Heliodoreae loquendi formae apprime reſponderent, tanquam genuinas auctori ſuo reſtituere haud dubitavimus. Raro ipſi coniecturis indulſimus, rariuſque iis in ipſo textu locum conceſſimus, alieni a Toupiana aliorumque levitate, ſuum belle, pulchre, veriſſime! ubique ſibimet acclamantium, probeque memores, quam ſaepius noſtrum inventi blandimento fallatur corrumpaturque iudicium. Denique in congerendis, quae per Obſervationum libros aut alibi repoſita ac diſperſa meminiſſem, virorum doctorum conaminibus, ad iuvandam Heliodori lectionem inſtitutis, aliquod meum ſpectari volui ſtudium: data enim

opera ut illud perſequerer, curioſiſſimiſque oculis ac digitis tales libellos perſtreperem, id vero neque otii mei erat neque ingenii. Quae igitur ad Heliodorum facientia ſerius animadverti, haec in faſcem collecta, lectorum iudicio hic ſubiicere haud gravabor:

Lib. IV, 11, p. 242. Εἶχεν ἀποκειμένην ἐν κυστίδι ſc. ταινίαν. Malim κιστίδι. *Iung. ad Polluc.* L. X, p. 1318.

Lib. IV, 16, p. 252. Ὁλκάδα μυριαφόρον. Lego: ὁλκάδα μυριοφόρον. *Idem ad eundem* IV, p. 447.

Lib. IV, 18, p. 259. Ἐμοῦ δὲ τήν τε ἑστίαν ἐσχάραν εἰς βωμὸν ἀνάψαντος, καὶ λιβανωτὸν ἀποθύσαντος, ἐπώμνυεν ὁ Θεαγένης. Bourdelotium non moror, & emendo ἑστίας ἐσχάραν, domeſtici foci craticulam; & λιβανωτὸν ἐπιθύσαντος. *Valken. ad Ammon.* I, 11, p. 48.

Lib. V, 2, p. 9. Οἷον ἠρινῆς ἀηδόνος ἔλειον ᾠδὴν ἐν νυκτὶ μυρομένης) Optimi Commelini coniecturam αἴλινον legentis, & prorſus geminum locum e Sophocle afferentis, improbare non poſſum, cum & Moſchus ſic ordiatur ſuum ἐπιτάφιον Βίωνος· Αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι καὶ Δώριον ὕδωρ· quamvis aliquando incideret apud Heliodorum ἔλεγον, a flebilibus elegis. Sed hoc argutum nimis, mihique primo evileſcat. *Iung. ad Polluc.* L. I, p. 39.

Lib. V, 16, p. 37. Τὴν τῆς θυσίας πολυτέλειαν) Ita vulg. Τῆς οὐσίας πολυτ. corrigi oportere, vidit quoque *Valken. ad Eurip. Phoen.* v. 712.

Lib. VII, 9, p. 154. Τί σε νέον ἢ καινὸν ἀλγύνει πάθος;) Νέον ἢ καινὸν ſuſpectum mihi valde videtur, eſt enim fere unum idemque, neque opponi ſibi poteſt recte νέον καὶ καινὸν, licet ſupra L. IV πάθος τι καινότερον occurrat, atque alibi νεαρόν. Quare vix dubium mihi haeret, quin legendum hic fuerit νέον ἢ ξένον, *novum aut inſolitum & peregrinum.* Niſi legendum hic potius videatur καίνον h. e. *letiferum, interfi-*

ciens, a καίνω *occido*, *perimo*, unde καινὶς, *caedes*, *mors*, *ſtrages*, ut notum; vel etiam leg. καίριον, *letiferum*, *periculoſum*, quod ſaepe apud Hippocratem & Dionyſ. Halic. occurrit; vel denique ſcribendum αἰνὸν, *difficile*, *grave*, *horrendum*, quae omnia apte huc quadrare nemo non animadvertit. *Triller Obſſ. crit.* III, c. 15, p. 214.

Lib. VIII, 1, *p.* 214. Ἐξήτει μὲν καὶ τὰς Φίλας) Ita pro ἐζήτει cum Palat. MS. legere malo, uti & poſt: ἐξήτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδ. *Iungerm. ad Polluc.* VIII, p. 962. Idem & nos maluimus.

Lib. VIII, 7, *p.* 235. Καὶ τοῖς διακονουμένης Ἄβρας οἴνου κεκραμένου κύλικας ἐπιδούσης) H. e. *cum puella menſae miniſtrans mixti vini calices porrigeret.* In ed. Baſ. legitur Αὔρας, male. Ἄβρα nomen eſt ancillae, opulentiorum olim ſubſervientis uxoribus. *Iung. ad Poll.* IV, p. 440.

Lib. IX, 22, *p.* 320. Τὸν γοῦν ποταμὸν τοῦτον, εἴτε καὶ καθ' ὑμᾶς θεὸν, καὶ κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον) Haec ita vulgo vertuntur: *Ceterum, cum fluvium hunc, ſeu veſtra opinione Deum, & omnium fluviorum cumulum*, inepte omnino & perquam frigide, ſi quid iudicem; quod & dudum viderat C. Barthius Lib. V Adv. c. 20, p. 250. Quid enim quaeſo illud *fluviorum cumulum?* cum vertendum potius eſſet per *alveum*, *ambitum*, *ſpatium ambitioſum*, *capacitatem*, *colluviem* & *voraginem* & ſimilia, ut notum. Κῦτος quippe, aut κύτος (nam utrumque ſcribitur) Heſychio interprete, idem eſt ac σῶμα, ὄγκος, χώρημα, βάθος &c. quemadmodum & Suidas aliique vocem hanc recte exponunt; de qua plura vide ſis apud Arnald. Lect. Gr. I, 13, p. 88. Quibus iam addo locum ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Clementis, ut creditur quidem, L. VIII, p. 139. b. ed. Ven. a. 1563: ἄβυσσον καὶ μέγα κῦτος περιθεὶς, ubi tamen in ipſo MS. exſtat κῆτος, quomodo etiam apud Heſychium, Lucianum, & alios occurrit, forſan minus recte, ut qui-

dem cenſet Arnaldus; niſi fortaſſis utrumque potius rectum ſit, de quo ulterius cogitandum. Licet igitur κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον hoc ſenſu de Nilo optime dici poſſe videatur: tamen maiore aliquo atque ſplendidiore elogio Nilum hic ornare voluiſſe Heliodorum, quam ut eum nude appellaret κῦτος, patet, niſi fallor, ex antecedentibus, καθ' ὑμᾶς θεόν. Quamobrem hic legendum potius cenſeo: καὶ κῦδος ἅπαν τὸ ποτάμιον, vel ἁπάντων ποταμῶν, *omnium fluviorum prima gloria* & *decus fluviatile*, ut ſic loqui liceat. Quemadmodum ſcilicet Ariſtid. in orat. Aegyptiaca extrema pag. 364, T. II ed. Iebb. pari emphaſi parique venuſtate dixerat: Νεῖλος ποταμῶν οὐχ ἧττον κάλλιστος, ἢ μέγιστος, καὶ χρείᾳ καὶ θέας ἡδονῇ, καὶ τοῖς πᾶσι πολὺ νικῶν· item Theophyl. Simoc. L. VII H. Mauric. cap. 17, p. 365: οὗτος ὁ Νεῖλος μέγιστος ἁπάντων τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην καθεστὼς ποταμῶν· & alibi, μέγιστος καὶ κάλλιστος ἁπάντων ποταμῶν. Adde & Iuliani Ep. I, & alibi. Plura eiuſmodi praeclara elogia collegit olim Wendelinus in libro de Admirandis Nili. Κῦδος autem ἁπάντων ποταμῶν, Nilus hic eadem elegantia eodemque pondere dicitur, ac alias apud Graecos κῦδος ἀνάκτων, θεῶν, ἀστέρων, Ἀχαιῶν, σοφῶν, ἡρώων, ἰατρῶν, παρθένων, aliaque in hunc modum plura apud Homerum, Pindarum & alios; quomodo & apud Latinos ſic *magna ac prima gloria Ducum, Teucrûm, puellarum, Deûm, urbium* &c. dici frequenter ſolet. Sic tritiſſimus ille eſt Martialis verſus (XIII, 92) *Inter quadrupedes gloria prima lepus.* Haec *Triller* Obſſ. crit. III, 15, p. 215. *Weſſelingius* contra ad Diod. Sic. III, p. 185, hunc locum ita refingit: καὶ κῆτος ἅπαν τὸ ποτάμιον, i. e. *crocodilos, hippopotamos, eiuſdemque generis alia animalia, quibus Aegyptii divinum honoris cultum deferebant.*

Lib. X, 17, p. 370. Πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος) Poſteriora ne verterent, interpretes credo deterruiſſe difficultatem, quam ta-

men tollere Vatic. Cod. ope pronum eſt, modo πυρὶ, quod is praebet, pro περὶ adſciſcamus. Poſſis τῷ πάϑει quaſi per ἐπεξήγησιν appoſitum ſervare; ſed reiectum liberabit orationem ingrato tractu, & ſententiae vim atque acumen argutius adſtruet: *ipſe maiore, quam in aris ardebat, ſollicitudinis aeſtu confectus. Hemſterh.* ad Lucian. T. I, p. 352.

Lib. X, 21, p. 376. Παρὰ τὸ οὖς τῇ Περσίνῃ προκύψασα) Leg. πρὸς τὸ οὖς τῇ Π. προσκύψασα. *Valken. ad Eurip. Schol. in Phoen.* p. 714

Lib. X, 28, p. 388. Ἀνδρείῳ τῷ λήμματι κινούμενος) Leg. λήματι κινούμενος, *generoſo animi impetu motus.* Cf. Ariſtoph. Ran. 615. Eurip. Rheſ. 245. Hippol. 206. *Valken. ad Ammon.* p. 142.

Lib. X, 31, p. 395. Theagenes cum exercitatiſſimo athleta luctaturus, & aut vincere aut vinci paratus, quia de conſtantia amoris Charicleae fere deſperabat, ita ratiocinatur: ἵνα τι ῥέξας, ἢ παϑὼν, ἐμπλήσω Χαρίκλειαν, τὴν σιωπᾷν εἰς δεῦρο τὰ καϑ' ἡμᾶς καρτεροῦσαν. Hic quaero, quid tandem ſit ἐμπλήσω Χαρίκλειαν; nam ſenſus laſcivus hoc quidem loco nullo plane modo inferri & tolerari poteſt. Quid multa? Unica tantum litera fraudi hic fuiſſe videtur bono interpreti; qua mutata, ut decebat, genuina lectio illico, credo, redibit loco huic alias perquam obſcuro. Legendum nimirum modeſte coniicio, non temere impero, ἐμπλήξω Χαρίκλειαν, *percellam, percutiam, commovebo Charicleam,* ſenſu ſane elegantiſſimo. *Triller Obſſ. crit.* III, 15, p. 218.

Haec quidem hactenus. Reſtat ut de Heliodori verſionibus pauca moneamus. Ac *Latinam* haud inelegantem, cum argumentis, expertus eſt opera *Stanislai Warſchewiczki*, nobilis Poloni, Baſ. 1551, fol. apud Oporinum. Fallitur adeo Baelius, qui in Lexico affirmat, Heliodori editionem

in folio esse Graeco-Latinam. Separatim versio Latina Heliodori recusa est *Ursell.* 1601. 8. *ex officina Corn. Sutorii*, & *Lugd. Bat.* 1637. *apud Ge. van der Marse.* Inter libros ab Oporino excusos memoratur Heliodorus, Graece innumeris locis emendatus a Guil. Cantero, & Latine a Warschewickio versus in 8. quod falsum est.

Gallice Heliodorus translatus est, auctore *Iacobo Amioto*, Paris. 1549 & 1559, fol. & 1575, 1583, & 1588, in 12. quae versio ipsi [1] Abbatiam conciliasse dicitur, licet auctor, quem transtulit, hoc ipso opere Episcopatu fertur excidisse.

Alia Gallica versio paullo nitidior, nescio quo auctore, (*Io. de Montilard* perhibet Paciaud. Proloqu. pag. 48.) cum pluribus nec inelegantibus imaginibus in aes incisis prodiit *Paris. apud Sam. Thiboust.* 1623. 8.

Denuo Heliodorus in linguam Gallicam translatus prodiit *Amstelod. apud Herm. Vytwerck* 1727, cuius auctor satis habuit dedicationi subscribere: *Abbas de F* * * *. Recusa est ista versio *Londini* (Paris.) 1743, & *Paris. apud Coustelier* 1757. 8.

Metaphrasin *Melipi San Gelasii* (*de Saint Gelais*) Episcopi Engolismensis, qui carmine [2] Gallico partem Heliodori transtulisse traditur, haud videre contigit.

Hispanice e Latino per *Ferdinandum de Mena*, Toletanum, recensente Caesare Oudino, Paris.

1 *Baillet* Iugemens de Savans T. I, p. 557. Cf. *Teissier* Elog. T. II, p. 152.

2 *Sorel* Remarq. sur le XIII livre du Berger extravagant p. 685. Bayle Diction. p. 1499.

1616. 12. *La Hiſtoria de los dos leales amantes Theagenes y Chariclea. transladada de latin en Romance por Fernando de Mena, vezino de Toledo: viſta y corregida por Ceſar Oudin.* Antiquiorem editionem, Lutet. a 1612. curatam, laudat Paciaud. in Proloqu. ad Eroticos SS. p. 48. Utraque fluxit ex ed. pr. a. 1585. en Alcala de Henares emiſſa, in qua interpres de Menavezino inſcribitur, teſte eodem Paciaud. l. l. Aliam verſionem ineditam *Iani Vergerae* memorat Nic. Antonius in Bibl. Hiſpana.

Italice: Hiſtoria delle coſe Ethiopiche — — tradotta della lingua Greca nella Toſcana da Leonardo Ghini. In Vinegia, appreſſo Gabriel Giolito de Ferrari, 1556. repetit. a. 1586. tum 1623 & 1638 *Venetiis apud Gerard. & Ioſephum Imbertos.*

Germanice abſque auctoris nomine & anni nota Heliodorus prodiit *Norimbergae apud Endter & Wolfgang.* Forte haec eadem verſio eſt, quam curavit *Io. Zſchorn,* Weſthofii in Alſatia ludimagiſter, quam alteram & denuo recenſitam dicit Fabricius Francof. a. 1580. 8. Alia verſio evulgata eſt Ienae 1750, cuius auctor latere voluit ſub lit. *W. C. W. A.* Noviſſima denique, a *Meinhardo* curata, Lipſ. 1767. duobus Voll. 8.

Anglice Heliodorum interpretati ſunt: *Tho. Underdowne* Lond. 1587. 4. & *W. Lisle* Lond. 1622. 4. Tum *N. Tate: Aethiopian Adventures, or the Hiſtory of Theagenes and Chariclea. Written originally in Greek by Heliodorus. In ten Books. The firſt five translated by a Perſon of quality, the laſt five by N. Tate.* London. 1686. 8. rec. 1753. 8. Noviſſima

eaque elegantiſſima verſio, auctore anonymo, prodiit hoc titulo: *The Adventures of Theagenes and Chariclea. A Romance. Translated from the Greek of Heliodorus.* London 1791. 2 voll. 12.

Anglico carmine hexametro Heliodorum reddere conatus eſt *Abrah. Fraunce* Lond. 1591. 8. cuius initium videre licet in Actis Erudit. a. 1687, p. 580.

Belgice, Amſtelod. 1669. 12. &

Polonice, Vilnae, 1606. 8.

Veram eſſe hiſtoriam, quam Heliodorus deſcripſit, licet ſubinde inſtar Herodoti paradoxis refertam, ſenſit Obſopoeus, Phil. Melanchton, & auctor praefationis ad Germanicam verſionem. Sed non magis aſſenſum noſtrum meretur, quam quod affirmantem G. Calixtum inducit C. W. Eybenius ad Eponymologicum criticum Magiri p. 426, licet nihil tale habet Calixtus de coniug. Clericorum p. 419, Heliodorum libros ſuos conſcripſiſſe lingua Aethiopica; vel quod Menag. T. II Anti Bailletti p. 334, Heliodorum primo loco recenſens inter eos, qui officio ſacro functi amatoria vulgare non dubitarunt, ſcribit Aethiopica eum ſua compoſuiſſe, cum iam eſſet Epiſcopus; vel quod Sorellus a [1] Baelio confutatus negavit auctorem Aethiopicorum fuiſſe Chriſtianum. Ceterum in locorum deſcriptione fide haud indignus eſſe videtur ſcriptor certe venuſtiſſimus, licet non ſatis Atticum obſervet Graevius notis ad Luciani Soloeciſt. p. 746. Ita quoque de Helio-

1 Bayle in *Heliodore*, nota (E.)

doro Salmaſius praef. ad Achillis Tatii Erotica: Veteres Scholiaſtae aliquando ſcriptum hoc Achillis Tatii citant nomine Λευκίππης, ut Heliodori Aethiopica ſub titulo Χαρικλείας. Hi duo ſunt optimi ac praeſtantiſſimi Ἐρωτικῶν auctores, qui hodie exſtent, & terantur manibus hominum otioſorum, & elegantis inertiae ſtudioſorum. Reliqui omnes, Euſtathii & Prodromi, nugae ſunt prae iſtis, vix digni, qui legantur. Heliodorus Achille diſertior, & in operoſiore dicendi genere eloquentiam, quam promittit ac praeſtat, etiam venditans. Certe abundantior eſt, & tractatu limpido & amoeno diffuſae orationis lectorem allicit ac tenet. Iſte (Achilles) ſimplicioris & magis inaffectatae elegantiae ſectator, ut plane in eo agnoſcas peculiares Alexandrinis vernulis argutias, & delicias nativi ſermonis miro ſale ac ſuavitate conditi. Succinctior ubique eſt, & vibrantes ſententias ex abrupto intorquens. Argumenti varietas & accidentium mutatio in Heliodoro mirabilior, (quandoque etiam citra neceſſitatem & nodum vindice dignum interveniente Deo ex machina) quamvis nec Achilles hac in parte ſibi defuerit. Sed ἐπισόδεια intermiſcuit paullo laſciviora, cum ſemper ſit caſtus Heliodorus. Praetereo, quae de Heliodoro erudite, ut ſolet, & eleganter Huetius de orig. fabb. Rom. p. 36 ſq. poſt alia denique obſervans, a ſequentium temporum fabulatoribus Heliodorum tanquam exemplum propoſitum ſibi ad imitandum, perinde ut a poëtis fere Homerum. Quod de recentioribus etiam non

paucis fabularum Romanensium scriptoribus verum esse constat, ut in Gasp. Gilli, Hispani, Diana, Latine a se sub Erotodidascali nomine edita, observavit Casp. Barthius, in Guarini Myrtilo, & Ursaei Sylvandro Huetius. Conf. Claudii Quilleti Callipaediam L. III, p. 43 ed. Paris. 1556. 8. Elegans epitome, nec minus perspicua quam brevis, librorum Heliodori concinnata est a Guil. Cantero L. I Nov. Lect. c. 19. Idem loca nonnulla eiusdem scriptoris castigat in libro de ratione emendandi auctores, & Novar. Lect. III, 9, probans iudicium viri docti, qui epicis poëtis diligenter legendum Heliodorum, & licet prosa decurrat, pro optimo exemplari illis proponendum suasit. Epitomen Aethiopicorum Heliodori edidit etiam cum quibusdam observationibus & narratione de parentibus suis Mart. Crusius, Francof. 1584. 8. Sed & Iohannes Scholvinus, Lubecensis, Aethiopissam Tragicomoediam vulgavit versibus Latinis, cuius argumentum fatetur se ex Heliodori Aethiopicis petiisse, Francof. 1608. 8.

EX PHOTII BIBLIOTHECA

COD. LXXIII.

ἈΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικά. ἔστι δὲ τὸ σύνταγμα, δραματικόν· Φράσει δὲ πρεπούσῃ τῇ ὑποθέσει κέχρηται. καὶ γὰρ ἀφελείᾳ καὶ γλυκύτητι πλεονάζει, καὶ πάθεσι δὲ τὰ μὲν παροῦσι, τὰ δὲ ἐλπιζομένοις, τὰ δὲ ἀνελπίστοις διαποικίλλεται ἡ διήγησις, καὶ παραδόξοις δὲ ἐκ συμφορῶν σωτηρίαις. λέξεσί τε εὐσήμοις καὶ καθαραῖς· καὶ εἴ που, ὡς εἰκὸς, καὶ ταῖς εἰς τροπὴν κλινούσαις ἀποχρήσαιτο· εὔσημοί τέ εἰσι, καὶ ἐναργῶς παριστῶσαι τὸ προκείμενον. περίοδοι σύμμετροι, καὶ εἰς τὸ βραχύτερον· οἷα δὴ καὶ ἡ συνθήκη τε καὶ τἄλλα τῷ

LEGIMUS Heliodori Aethiopica. Opus eſt dramaticum, ea phraſi, quae argumentum conſcriptum deceat. Multa enim eſt in eo ſine affectatione ſimplicitas, atque iucunditas. Affectibus praeterea rerum partim praeſentium, partim ſperatarum, aut inſperatarum, temperata narratio eſt, ſalute ſaepenumero praeter opinionem in mediis calamitatibus allata. Verba quoque adhibentur ſignificantia & pura, quae ſi interdum, ut par eſt, in figuram deflectantur, perſpicua tamen ſunt, evidenterque propoſitam rem exhibent. Periodi etiam, pro ſubiecta re, aptae: quippe aliquanto breviores, contractioreſque. Compoſitio denique, ut cetera omnia, narrationi

λόγῳ ἀνάλογα. ἔρωτα μὲν ἀνδρὸς ὑφαίνει καὶ γυναικός· σωφροσύνης δὲ δείκνυσι πόθον καὶ φυλακὴν ἀκριβῆ.

Καὶ ἔστιν αὐτῷ ἡ τοῦ δράματος ὑπόθεσις Χαρίκλεια καὶ Θεαγένης, σώφρονες ἀλλήλων ἐρασταί· καὶ πλάνη τούτων, καὶ αἰχμαλωσία παντοδαπὴ, καὶ φυλακὴ τῆς σωφροσύνης. τὰ δὲ ἐμφερόμενα ὀνόματα, καὶ ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ πάθη, καὶ αἱ πράξεις, ἑορτὴ Ἀθηναίων, καὶ Χαρίκλεια ἱερατεύουσα, καὶ Θεαγένης σταδιοδρόμος, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔρως ἀπὸ τῆς ὄψεως, καὶ νόσος Χαρικλείας ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, καὶ ἁρπαγὴ ταύτης ἑκούσης ἀπὸ Χαρικλέους, ὃς ἐνομίζετο αὐτῇ πατὴρ, (καὶ Θεαγένης δ' ἦν ὁ ἡρπακὼς διὰ Καλασίριδος) ἀπόπλους καὶ κατάπλους ἐπὶ Ζάκυνθον, καὶ ἔρως τοῦ ναυάρχου πρὸς Χαρίκλειαν, καὶ πεπλασμένη παρὰ Καλασίριδος τοῦ γάμου ὑπόσχεσις, καὶ κατάλυσις παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, τῶν περὶ Χαρίκλειαν· καὶ μήνυσις περὶ τοῦ

ipſi accommodata, qua viri quidem feminaeque refertur amor, ſed qui caſtitatis praeferat deſiderium, cuſtodiamque accuratam.

Dramatis huius argumentum auctori praebuere Theagenes & Chariclea, caſte inter ſe ac pudice amantes, cum ultro citroque iactati errarunt, & capti etiam identidem, fidem tamen coniugalem conſtanter ſervarunt. Ergo nomina horum adducuntur, & ſummatim quidquid paſſi ſunt, egeruntve. Athenienſium feſtus dies, quo, Chariclea ſacerdote, Theagenes curſu certat: ab oculis tunc natus invicem amor, ortuſque ex eo morbus in Chariclea, quae rapta, non invita, e domo Chariclis, qui parens habebatur. Raptor vero, opera Calaſiridis, Theagenes. Abnavigatio atque appulſio in Zazynthum. Navarchus Charicleae amore capitur, & ficta promiſſio facta a Calaſiride coniugii. In litore Chariclea hoſpitio ac-

ὑποδεξαμένου ἁλιέως, ὅτι Τραχῖνος ὁ λήσταρχος ἁρπαγὴν τῆς κόρης βουλεύεται· καὶ ἀπόπλους διὰ τοῦτο Καλασίριδος, καὶ τῶν περὶ Χαρίκλειαν, καὶ ἐπιδίωξις Τραχίνου, καὶ κατάληψις τῆς νεώς· καὶ ἔρως Τραχίνου, καὶ ὑπόκρισις εἰς συγκατάθεσιν Χαρικλείας· καὶ ἐξαίτησις Θεαγένους, ὡς ἀδελφοῦ, ὡς δὲ πατρὸς, Καλασίριδος· καὶ ἐκπλήρωσις τῆς αἰτήσεως, καὶ τρικυμία θαλάσσης, καὶ διαφυγὴ ναυαγίων, καὶ προσόρμισις μέρεσί τισι τῆς Αἰγύπτου· καὶ Τραχῖνος τοῦ γάμου Χαρικλείας μιμνησκόμενος, καὶ Καλάσιρις ὁ δῆθεν πατὴρ ὑπισχνούμενος, καὶ ἀπάτη, καὶ γαμήλιος εὐωχία· καὶ Πελώρου ἔρως, Καλασίριδος παροτρύνοντος, καὶ ἔρις Τραχίνου καὶ Πελώρου περὶ Χαρικλείας· καὶ τέλος σφαγὴ, καὶ ἀπώλεια παρ' ἀλλήλων τῶν λῃστῶν, συνεργούσης καὶ Χαρικλείας τῇ ἐκείνων ἀπωλείᾳ τοῖς τοξεύμασι· καὶ θρῆνος Χαρικλείας ἐπὶ Θεαγένην τραυ-

cepta, & indicium factum a piſcatore, qui receperat, Trachinum quendam, latronum praefectum, virginis raptum meditari. Hinc Calaſiridis fuga & Charicleae: quos Trachinus inſectatus navem capit, captuſque amore eſt, & Chariclea nuptias velle fingit. Expoſtulatio Theagenis ut fratris, Calaſiridis vero, ut parentis, qui & voti compotes redditi. Maris hinc tempeſtate ſuborta & naufragium vitant, & ad quandam Aegypti oram navem appellunt. Charicleae nuptiarum a Trachino facta mentio, & Calaſiridis, ficti parentis, promiſſa atque deceptio, nuptiali epulo inſtituto. Pelori amor, incitante Calaſiride, & contentio Trachini & Pelori ſuper Chariclea. Strages hinc tandem nata, mutuaque latronum internecio, quam ipſa quoque Chariclea mittendis in illos telis multum promovit. Luctus Charicleae ſuper Theagene, vul-

μασι κείμενον· ληστῶν πάλιν ἄλλων ἔφοδος, καὶ τούτων ἐπὶ Χαρικλείᾳ ἔκπληξις· εἶτα σύλληψις αὐτῆς καὶ Θεαγένους, καὶ ἀπαγωγὴ πρὸς Θύαμιν, ὃς ἐπῆρχε τῶν βουκόλων ληστῶν· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὄνομα, ὅσοι τὴν νῆσον ᾤκουν. ἐρᾷ πάλιν Θύαμις Χαρικλείας, καὶ Θεαγένης εἰς ἀδελφὸν ὀνομάζεται. ἐπιδρομὴ κατὰ τῶν βουκόλων καὶ πόλεμος· καὶ σφαγὴ τῶν βουκόλων, καὶ φυγὴ Θυάμιδος, καὶ φυγὴ Θερμούθιος, Κνήμονος καὶ Θεαγένους· καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ Χαρίκλεια, καὶ Θίσβη κατὰ τὰς εἰσόδους τοῦ σπηλαίου ἐσφαγμένη κειμένη νεκρά· καὶ Θεαγένους ὡς ἐπὶ Χαρικλείᾳ πένθος ἀφόρητον, ἕως ἔνδοθεν Χαρίκλεια ἀνεβόησε· καὶ ἀπορία ἐπὶ τῆς Θίσβης τῆς σφαγῆς, καὶ Θέρμουθις ἐπ' αὐτῇ ὀδυρόμενος· καὶ ἀπορία Κνήμονος καὶ Θερμούθιος, καὶ δι' ἑτέρας Χαρικλείας καὶ Θεαγένους· καὶ Κνήμων ἀπολιμπάνων Θέρμουθιν, καὶ συνάντησις Καλασίριδος

neribus ſtrato. Aliorum iterum latronum incurſus, qui aſpectu Charicleae conſternati animo, eam deinde rapiunt cum Theagene, & ad Thyamin adducunt. Is erat latronum Bucolorum (ſic enim appellabantur, qui eam inſulam tenebant) praefectus. Ardet & hic Charicleam, Theageneſque frater nominatur. Impetus item in Bucolos fit, pugnaque excitata, horum oritur caedes: Thyamis fuga dilapſus, Thermuthis quoque & Cnemon, atque Theagenes. Chariclea interim illo in antro (ad quod abducta fuerat) remanſit, ad cuius oſtium caeſa iacebat Thisbe, qua viſa tanquam ſuper Chariclea ingens Theagenis dolor exſtitit, donec ex imo antro Chariclea acclamaret. De Thisbes caede haeſitatio, & ſuper ea Thermuthis luctus ac fletus. Abitus Cnemonis atque Thermuthis, aliaque ex parte Charicleae atque Theagenis. Cnemon a Thermuthi diſcedens Calaſiridi occurrit. Narrant

καὶ Κνήμονος· καὶ διήγησις τῶν συμπεσόντων ἀλλήλοις, Κνήμων μὲν περὶ Θίσβης, καὶ Δημαινέτης τῆς μητρυίας, καὶ τοῦ ἐξοστρακισμοῦ καὶ τῆς ἄλλης δυστυχίας· Καλάσιρις δὲ περὶ Χαρικλέους καὶ περὶ Χαρικλείας καὶ Θεαγένους, καὶ θρῆνος ἐπὶ τούτοις. εἶτα Κνήμων εὐαγγελιζόμενος, ὅτι σώζοιτο Χαρίκλεια καὶ Θεαγένης· καὶ ὅτι Θύαμις αὐτόν τε κἀκείνους εἶχε· Ναυσικλῆς ἄγων Χαρίκλειαν, παρ' ᾧ καὶ Καλάσιρις ᾤκει, ἐν τῷ ὀνόματι Θίσβης. καὶ ταραχὴ διὰ Θίσβης, Κνήμονος· ᾔδει γὰρ αὐτὴν τεθνηκυῖαν· καὶ χαρὰ ἐπὶ Χαρίκλειαν. ἐπιζήτησις πρώτη Θεαγένους, καὶ γάμος Κνήμονος καὶ Ναυσικλείας· καὶ ἀποδημία Καλασίριδος σὺν Χαρικλείᾳ ἐπὶ τὴν Θεαγένους ζήτησιν. καὶ γραῦς καταλαμβανομένη ἐπὶ παιδίῳ κατὰ πόλεμον πεσόντι κωκύουσα, καὶ μαγγανίαις τὸν τοῦ παιδὸς ἐπερωτῶσα νεκρόν. καὶ Χαρίκλεια καὶ Καλάσιρις ὁρῶν-

utrinque, quaecunque acciderint: Cnemon quidem de Thisbe & Demaenete noverca, deque exſilio per teſtularum ſuffragia, praeter alia adverſa; Calaſiris vero de Charicle & Chariclea, atque Theagene. Utrinque comploratio ob haec ipſa mala. Mox Cnemon laetum narrat nuntium, Theagenem & Charicleam ſuperſtites etiamnum eſſe: ſe enim cum illis in Thyamis manibus fuiſſe. Nauſicles autem, apud quem & Calaſiris habitabat, Charicleam adducit ſub Thisbes nomine. Ad huius ergo nomen turbatur Cnemon, quod noſſet, eam mortem obiiſſe: verum mox gaudium oritur ſuper Chariclea. Inveſtigatio primum Theagenis, nuptiaeque Cnemonis & Nauſicleae. Calaſiridis item peregrinatio cum Chariclea, ut Theagenem inveniant. Anus deprehenſa, quae filium bello exſtinctum lamentaretur, magiciſque artibus ac ſuperſtitione filii cadaver conſuleret, aſpicientibus Calaſiride

τες καὶ τὰ ποιούμενα. ἐρώτησις πάλιν βιαία πρὸς τὸν νεκρὸν, εἰ περισωθείη αὐτῆς ὁ ἕτερος υἱός; καὶ ἀρὰ κατὰ τῆς μητρὸς, ὅτι βιάζεται, καὶ ὅτι πράττει ἀθέμιτα. καὶ ὅτι ὁ ἕτερος υἱὸς σφαγίζεται, αὐτὴ δὲ πρὸ ἐκείνου, ἀνθ' ὧν ἀθέμιτα εἰς τὸν νεκρὸν ἔδρασε, καὶ σφαγὴ τῆς γραὸς, κλάσματι δορατίου ἀκούσης περιπεσούσης. Θύαμις καὶ Θεαγένης, καὶ τὸ ἄλλο λῃστρικὸν σύνταγμα ἐπὶ πόλιν Αἰγυπτίων, Μέμφιν, ἐπὶ ἀναζητήσει τῆς ἱερωσύνης, ἣν αὐτῶν ἀφελὼν ὁ νεώτερος εἶχεν ἀδελφὸς Πετόσιρις. καὶ θόρυβος περὶ τὴν πόλιν· καὶ Ἀρσάκη προκαθημένη, καὶ παύειν ἐπιχειροῦσα τὸν πόλεμον, καὶ μονομαχεῖν ἀλλήλοιν τοῖν ἀδελφοῖν ἐπιτρέπουσα, καὶ τῷ νικῶντι τὴν ἱερωσύνην ἁρμόζειν δικάζουσα. μάχη τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἄκοντος Πετοσίριδος· ἄπειρος γὰρ οὗτος ἦν πολέμου. Θύαμις δὲ ἐγεγόνει ἐμπειρότατος· διὸ καὶ τρέπεται τὸν ἀδελφόν· ὁ δὲ πάντα ῥίψας φεύγει, καὶ

& Chariclea, quae fierent. Interrogat illa iterum diris adhibitis cadaver, alterne filius viveret; & imprecatur mortuus matri, quod vi ageret ac per nefas; alterum ergo filium occiſum iri, ſed illam prius, eo quod iniuriam mortuo feciſſet. Vetulae interitus, per haſtae fragmentum invite morientis. Thyamis & Theagenes cum reliqua latronum manu in Aegypti urbem, Memphin, ibant, ut ſacerdotium ille a fratre Petoſiri, natu minore, occupatum repeteret. Hinc tumultus ad urbem excitatur. Arſace ad urbem ſedens, ab armis diſcedere, duello vero fratres confligere iubet, victorem ſacerdotio dignum idoneumque fore iudicans. Singulare dehinc fratrum certamen, Petoriſi invito, utpote armis ferendis inſueto, Thyamide contra belligerandi peritiſſimo. Fratrem hic itaque tergum vertere, abiectiſque armis ſe pro-

ἐπιδιώκει Θύαμις· καὶ κυκλοῦται πολλάκις ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ δρόμου· καὶ παρέπεται Θεαγένης Θυάμιδι, καὶ ἐρᾷ τοῦτον ἰδοῦσα Ἀρσάκη ἡ Ὀροονδάτου γυνὴ, καὶ καταλαμβάνει Καλάσιρις καὶ Χαρίκλεια. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν τοὺς παῖδας κατ' ἀλλήλων φονῶντας, (παῖδες γὰρ Καλασίριδι Θύαμις καὶ Πετόσιρις) προστρέχει, ἀναβοᾷ, μόλις ἐπέσχε τὸν θάνατον, μόλις τῶν παίδων αὐτὸν ἐπεγνωκότων. ἡ δὲ Χαρίκλεια ἐπιπίπτει Θεαγένει· καὶ, τοῦ πολέμου συστάντος, δέχεται Θύαμις τὴν ἱερωσύνην περὶ πατρὸς, αὐτὸς δὲ τελευτᾷ. ἄλλη πάλιν ἐπιβουλὴ Ἀρσάκης κατὰ τῶν νεανιῶν, Θεαγένους καὶ Χαρικλείας· καὶ Κυβέλης, τῆς θεραπαινίδος αὐτῆς, πρόθυμος εἰς πάντα ὑπουργία. καὶ πρόσκλησις αὐτῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Ἀρσάκης· καὶ ἔρως αὐτῆς πρὸς Θεαγένην ἀκατάσχετος, καὶ μηχαναὶ πᾶσαι, καὶ μέθοδοι κακώσεών τε καὶ θεραπειῶν· καὶ ἐπιβουλὴ Κυβέ-

ripere cogit. Insectatur Thyamis, & urbem saepius cursu ambiunt. Thyamin Theagenes sequitur, quem visum deperit Arsace, Oroondati coniux. Superveniunt Calasiris & Chariclea. Et ille quidem liberos cognito in mutuam caedem ruere (Calasiridis enim filii Thyamis ac Petosiris erant) accurrit, & clamore sublato aegre caedem inhibuit, quod vix parentem liberi agnoscerent. Chariclea ibi in Theagenem incidit, ac positis deinde armis, sacerdotium Thyamis adeptus a patre est, qui mox vita decessit. En iterum insidiae Arsaces in Theagenem adolescentem & Charicleam. Cybeles quoque ancillae promtum ad omnia obsequium, domum Arsaces eos evocantis: huius quoque amor in Theagenem immodicus, machinis omnibus nequitiae adhibitis, viisque quaesitis omni delinimentorum genere. Pravum huc ac-

λης διὰ φαρμάκου κατὰ Χαρικλείας. σωτηρία Χαρικλείας, καὶ ἀναίρεσις, δι' ὧν ἀναιρεῖν ἐμελέτησε, Κυβέλης. στρέβλωσις καὶ κάκωσις Χαρικλείας καὶ Θεαγένους, ὅτι μὴ συντίθεται πρὸς τὸν Ἀρσάκης ἔρωτα ὁ Θεαγένης· καὶ Χαρικλείας εἰς πῦρ καταδίκη, καὶ τοῦ πυρὸς διὰ τῆς παντάρβης, τοῦ λίθου, κατάσβεσις, καὶ τῆς Χαρικλείας τέως ἄφεσις. καὶ Ἀρσάκη μαινομένη, καὶ θάνατον εἰς αὔριον Χαρικλείᾳ εὐτρεπίζουσα. ἀποστολὴ Ὀροονδάτου, τῆς Ἀρσάκης ἀνδρὸς, καὶ ἀνάληψις διὰ τῆς νυκτὸς τῶν νεανιῶν. τοῦτο γὰρ προσετέτακτο, ἐπεὶ ὁ παῖς τῆς Κυβέλης, ἀποτυχὼν τοῦ πρὸς Χαρίκλειαν γάμου, πάντα ὅσα τῇ Ἀρσάκῃ διεπέπρακτο, πρὸς τὸν δεσπότην ἀπάρας ἀπήγγειλεν. ἐπίθεσις τῶν Αἰθιόπων, καὶ ἁρπαγὴ Θεαγένους καὶ Χαρικλείας, καὶ πρὸς Ὑδάσπην, τὸν βασιλέα τῶν Αἰθιόπων, ἀπαγωγή. εἶτα ἀφιέρωσις τούτων εἰς τὸ τυθῆναι, τὴν μὲν

cedit consilium Cybeles, quae venenatum Charicleae poculum miscuit: sospite tamen Chariclea, sibi necem attulit venefica. Cruciatus atque aerumna Theagenis & Charicleae, quod Arsaces amorem Theagenes detrectaret. Chariclea ignis poena condemnatur: sed is Pantarbes lapidis beneficio exstinguitur. Sic evasit in praesentia Chariclea. Arsace interim furibunda necem in posterum diem machinatur Charicleae. Oroondates, Arsaces maritus, mittit (Bagoam eunuchum,) qui noctu hos iuvenes secum sumsit. Sic enim imperatum fuerat, postquam Cybeles filius, spe potiundi Charicleae nuptiis frustratus, quaecunque ab Arsace patrata essent, ad herum profectus nuntiasset omnia. Aethiopum mox irruptio, raptusque Theagenis & Charicleae, atque ad Hydaspen, Aethiopum regem, abductio narratur, & ut ille quidem Soli

τῇ Σελήνῃ, τὸν δὲ τῷ Ἡλίῳ. εἶτα ἀγῶνες καὶ θυσίαι, καὶ Σισιμίθρου τοῦ πρώτου τῶν γυμνοσοφιστῶν· καὶ αὐτῶν παρουσία, καὶ Περσίνης, τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως. καὶ αἴτησις Χαρικλείας, ἵνα δικαιολογηθῇ Ὑδάσπῃ. καὶ δικαιολογία, καὶ κρίσις Σισιμίθρου, καὶ μαρτυρία, ὅτι Χαρίκλεια παῖς εἴη Ὑδάσπου, καὶ Περσίνης. πείθεται μόλις Ὑδάσπης· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἄγειν ἔμελλεν εἰς θυσίαν, τιμῶν τὸν πάτριον νόμον. ὁ δὲ δῆμος ἀπηγόρευε, καὶ ἀφίεται Χαρίκλεια. καὶ χαρὰ πάντων ἐπὶ τῇ ἀφέσει. ἀγὼν πάλιν ἄλλος Χαρικλείᾳ. Θεαγένης ἔτι δέσμιος ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λόγοι πρὸς τὸν πατέρα περὶ αὐτοῦ πολλοὶ καὶ ποικίλοι. τοῦ δὲ πατρὸς ἀπόνευσις ἐπὶ τῇ ἀθωώσει Θεαγένους, καὶ ἀδημονία Χαρικλείας, καὶ πρὸς τὴν μητέρα ἐξαγόρευσις πάντων, ὅσα αὐτῇ συνηνέχθη καὶ Θεαγένει.

Deo, Chariclea vero Lunae confecretur victima. Hinc certamina & facrificia, praefentibus Sifimithre, Gymnofophiftarum principe, cum fuis Gymnofophiftis, atque Perfina, regis uxore. Poftulat Chariclea fui defendendi poteftatem fieri apud Hydafpen. Caufa dicta eft, iudicante Sifimithre, teftibufque fuperftitibus probantibus, Hydafpis ac Perfinae filiam effe Charicleam. Regi non fatis perfuadetur, qui etiam fic hoftiam, patriae legi moribufque obfecutus, caedere illos parat. Populus contradicit. Sic rurfum libera abire iuffa Chariclea: quae quidem liberatio incredibilem omnibus peperit laetitiam. Sed iterum Charicleae difcrimen paratum. Theagenes vinctus, ut hoftia aris adhuc deftinatur. Variae multaeque eo nomine apud parentem preces; fed ille liberationem Theagenis impunitatemque abnuit. Animo itaque exfternata Chariclea, omnia, quae fibi & Theageni adverfa accidiffent, matri enarrat. Theagenes interim taurum for-

καὶ ἀριστεία Θεαγένους ἐπὶ τῷ ταύρῳ, καὶ τοῦ δήμου τέρψις. ἔτι ἀριστεία ἐν τῇ πρὸς τὸν Αἰθίοπα τὸν μέγιστον πάλῃ· καὶ νίκη λαμπρὰ, καὶ κρότος τοῦ δήμου. ἀλλ' ἔτι πρὸς τὴν θυσίαν καὶ μετὰ τοὺς στεφάνους Θεαγένης ἀγόμενος. Χαρικλῆς ἀπὸ Ἀθηνῶν πρὸς αὐτὸ τὸ στάδιον ἀφιστάμενος, καὶ τὸν βασιλέα τὴν νομιζομένην αὐτῷ θυγατέρα αἰτούμενος, καὶ συγκατάθεσις βασιλέως διδόναι, ἂν αὐτὸς εὕρῃ. ὁ δὲ οὐχ εὕρισκεν. ἁρπαγή τε αὐτοῦ, καὶ συρμὸς Θεαγένους, καὶ βοή· ὡς οὗτός ἐστιν, ὁ τὴν ἐμὴν ἁρπάσας ἐξ Ἀθηνῶν θυγατέρα. καὶ κρίσις, καὶ τέλος, ἀθώωσις καὶ Θεαγένους, Σισιμίθρου ἐπικρίναντος, καὶ μηκέτι τὴν ἐπ' ἀνθρώπων ὀλέθρῳ θυσίαν γίνεσθαι διατυπώσαντος. εὐφροσύνη ἁπάντων καὶ θυμηδία πολλὴ καὶ Θεαγένους καὶ Χαρικλείας, μετὰ μυρίους κινδύνους ἀλλήλους ἀπολαμβάνοντες· καὶ τὰς ἱερωσύνας, ἡ μὲν παρὰ τῆς μητρὸς,

titer pugnando ſuperavit, ingenti ſpectantis plebis voluptate: Aethiopum item maximum palaeſtra vicit, illuſtrique victoria parta plauſum etiam populi meruit. Ducitur nihilominus ad aras coronatus, ut hoſtiae inſtar cadat, Theagenes. Charicles, tum forte Athenis profectus, huic ſtadio adſtabat, filiamque, uti credebat, ſuam ab ipſo rege poſtulat. Spondet rex daturum, ſi amiſſam reperiſſet. Verum illam non inveniebat. Arripitur deinde, trahiturque Theagenes a Characle clamante: Hic meam Athenis rapuit filiam. Lata denique ſententia, qua & Theagenes tandem indemnis eſt declaratus, ipſo etiam adiudicante Siſimithre, neve poſthac humanis victimis mortalium damno litaretur, ſtatuente. Gaudio hinc cuncti atque laetitia exſultare: Theagenes etiam & Chariclea, quod tot tantiſque defuncti periculis invicem potirentur. Sacerdotiis itaque illa quidem matris, hic ſo-

ὁ δὲ παρὰ τοῦ κηδεστοῦ ἐκδεχόμενοι, καὶ θύοντες, καὶ πρὸς τοὺς γάμους εὐτρεπιζόμενοι.

Ταῦτα δὲ συνέγραψε Φοίνιξ ἀνὴρ, Ἀμινδηνὸς, Θεοδοσίου παῖς, Ἡλιόδωρος, ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος. τοῦτον δὲ καὶ ἐπισκόπου τυχεῖν ἀξιώματος ὕστερόν φασιν.

ceri beneficio acceptis, & re divina facta, nuptias adornant.

Haec quidem Heliodorus, Theodoſii filius, domo Phoenix, Amindenus, conſcripſit, finivitque hiſtoriam: quem etiam Epiſcopi poſt dignitate auctum ferunt.

AETHIOPICORUM PERIOCHE A GUIL. CANTERO CONSCRIPTA.

Ex Hydaspe, rege Aethiopum, & Persina nascitur quondam Chariclea: quae Sisimithri Gymnosophistae cum crepundiis exponenda datur. Is eam septennem in Aegypto, legatus ad Oroondatem missus, apud Charicleam collocat: hic enim Pythius sacerdos cum esset, casu in Aegyptum venerat. Itaque puellam hinc Delphos defert, & in templo apud se Dianae sacerdotem educat. Paullo post ad Pythia profectus, inter ceteros Theagenes Thessalus & Charicleae amore captus, eam rapit, iuvante Calasiri Aegyptio, qui forte ibidem aderat, & agnita Chariclea, cuius iampridem inquirendae curam a matre habebat, suis eam cupiebat restituere. Itaque navi utrumque imponens, postquam Cretam attigit, a Trachino pirata (is puellam in litore Zacynthio forte conspicatus deperibat) capitur: cumque ille virginem in Aegyptum appulsus ducere pararet, Pelorum eius praefectum rivalem opponit, sic ut orta propter praedam contentione latrones omnes mutuis caedibus pereant. Hic Thyamis, latro Memphiticus, superveniens, praeda potitur. Is cum Charicleam itidem ducere pararet, supervenientibus itidem aliis latronibus, illam quidem in speluncam quandam reponit, ipse autem capitur, Theagene interim & Cnemone aufugientibus.

Paullo tamen post ad Charicleam Theagenes redit. Iam cum e spelunca uterque exiisset, a Mitrane, praefecto Oroondatis (hic Aegypti erat satrapa) capitur. Et Chariclea quidem Nausicli, qui Thysben sibi ereptam conquiri iusserat, pro Thysbe traditur: Theagenes autem ad Oroondatem, ut regi Persarum Babylone serviat, mittitur. Ad Nausiclem porro Calasiris casu deveniens, Charicleam recuperat. At in itinere Theagenes a Thyamide, Bessae praefecto, intercipitur. Quo cognito Mitranes, eos adortus, cum suis interimitur. Id cum Oroondates non inultum relicturus videretur, statuunt Memphim profecti eum antevertere. Memphitae vero, cum Oroondates abesset, Arsaces uxoris iussu Petosirim iubent cum fratre Thyamide singulari certamine congredi, qui ab illo simul & sacerdotio privatus, & urbe pulsus fuerat. Iam Calasiris & Chariclea, Theagenem ut quaererent, profecti, commodum in certamen ipsum incurrunt: ac filios ille diremtos, haec Theagenem recuperat. Arsace interim Theagenem nequidquam tentat. Quod cum Oroondates Thebis accepisset, ubi cum Hydaspe bellum gerebat, utrumque celeriter ad se mitti curat. At hi rursum ab Aethiopibus intercipiuntur. Hos Hydaspes, Oroondate devicto, sacris triumphalibus victimas destinat. Itaque Meroën reversus cum sacra fieri iuberet, Chariclea quidem statim prolatis crepundiis, & Sisimithre teste citato, filiam se Hydaspis & Persinae decimo post anno probat: paullo post autem, cum legatis Oroondatis veniens Charicles, qui raptam Charicleam diu a se quaesitam, huc tandem delatam cognoverat, Theagenem primum, deinde Sisimithrem, tum Charicleam agnoscit. Simul etiam parentes, re tota cognita, Charicleam Theageni denique bonis avibus uxorem dant.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ
ΠΡΩΤΟΝ.

Ἡμέρας ἄρτι διαγελώσης, καὶ ἡλίου [1] τὰς ἀκρωρείας καταυγάζοντος, ἄνδρες ἐν ὅπλοις λῃστρικοῖς ὄρους ὑπερκύψαντες, ὃ δὴ [2] κατ' ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, καὶ στόμα τὸ καλούμενον [3] Ἡρακλεωτικὸν ὑπερτείνει, μι-

HELIODORI
AETHIOPICORUM
LIBER PRIMUS.

Cum primum dies illucefceret, & fol cacumina montium illuftraret, viri ex armis & rapto vivere foliti, fupra montem, qui ad influxum Nili in mare, & oftium, quod Heracleoticum appellatur, protenditur, erecti,

1 Τὰς ἀκρεωρείας) In duobus MSS. & uno impreffo (quem tamen nos ignoramus) Bourdel. invenit ἀκρωτηρίας. Vitiofe. Mox ἄνδρες ἐν ὅπλοις λῃστρικοῖς funt ἄνδρες λῃστρικοὶ, feu fimpliciter λῃσταί.

2 Κατ' ἐκβολὰς τοῦ Νείλου) Ita Cod. Pal. Atque fic reponendum cenfebat Schottus. Reliqui cum ed. Baf. κατ' ἐμβολάς· male.

3 Ἡρακλεωτικὸν) Strabo lib. XVII, p. 542 ed. Cafaub. Δύο μὲν οὖν ταῦτα τοῦ Νείλου στόματα, ὧν τὸ μὲν Πηλουσιακὸν καλεῖται, τὸ δὲ Κανωβικὸν καὶ Ἡρακλεωτικόν. Bucolicum hoc vocat Herodot. II, 17, propter haec ipfa latronum domicilia, βουκόλια dicta.

κρὸν ἐπιστάντες, τὴν ὑποκειμένην θάλατταν ὀφθαλμοῖς ἐπήρχοντο· καὶ τῷ πελάγει τὰς ὄψεις [1] τὸ πρῶτον ἐπαφέντες, ὡς οὐδὲν ἄγρας ληστρικῆς ἐπηγγέλλετο μὴ πλεόμενον, ἐπὶ τὸν πλησίον αἰγιαλὸν τῇ θέᾳ κατήγοντο· καὶ ἦν τὰ ἐν αὐτῷ, τοιάδε. ὁλκὰς ἀπὸ πρυμνησίων ὥρμει, τῶν μὲν ἐμπλεόντων χηρεύουσα, φόρτου δὲ πλήθουσα· καὶ τοῦτο παρῆν [2] συμβάλλειν καὶ τοῖς πόῤῥωθεν. τὸ γὰρ ἄχθος, ἄχρι καὶ ἐπὶ τρίτον ζωστῆρα τῆς νεὼς τὸ ὕδωρ ἀνέθλιβεν. [3] ὁ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ πάντα [4] σωμάτων νεοσφαγῶν, τῶν μὲν ἄρδην ἀπολωλότων, τῶν δὲ ἡμιθνήτων, καὶ μέρεσι τῶν σωμάτων ἔτι σπαιρόντων, ἄρτι πεπαῦσθαι τὸν πόλεμον

paullulum confiftentes, mare fubiectum contemplabantur. Cumque initio in pelagus oculos conieciffent, nec quidquam applicaret, quod fpem praedae oftenderet, in propinquum litus adfpectum referebant. Erant autem in ipfo res eiufmodi. Navis rudentibus ad continentem religata quiefcebat, vacua navigantibus, fed plena oneris: quod vel iis, qui procul aberant, coniectura affequi licuit. Onus enim ufque ad tertiam zonam navis aquam premebat. At in litore plena erant omnia recens caeforum hominum, partim prorfus exftinctorum, partim femimortuorum, partibus corporum adhuc palpitantium, & nuper finitum bellum declarantium. Ceterum non

1 Τὸ πρῶτον) Abfunt haec verba a Cod. Palat. quae tamen cum reliqui Codd. etiam ed. Baf. teneant, uncis iterum exemi, quibus Commelinus ea conftrinxerat, fuadente orationis ferie.

2 Συμβάλλειν) Cod. Palat. συμβαλεῖν. Idem cum Xyl. mox, ἄχρι καὶ ἐπὶ τρίτου ζωστῆρος.

3 Ὁ δὲ αἰγιαλὸς) Oratio paullo negligentior, quam ita continuatam exfpectaffes: τοῦ δὲ αἰγιαλοῦ μεστὰ πάντα σ. ν. Forte tamen fcripferat auctor: οὗ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ π. *ubi vero litus erat, in litore autem plena erant omnia* &c.

4 Σωμάτων νεοσφαγῶν) Σωμάτων non habet ed. Hervag. quae legit τῶν νεοσφαγῶν, forte ne bis idem vocabulum recurreret.

κατηγορούντων. ἦν δὲ οὐ [1] πολέμου καθαροῦ τὰ φαινόμενα σύμβολα, ἀλλ' ἀνεμέμικτο καὶ εὐωχίας οὐκ εὐτυχοῦς, [2] ἀλλ' εἰς τοῦτο ληξάσης, ἀλεεινὰ λείψανα· τράπεζαι τῶν ἐδεσμάτων ἔτι πλήθουσαι καὶ ἄλλαι πρὸς τῇ γῇ τῶν κειμένων ἐν χερσὶν ἀνθ' ὅπλων ἐνίοις παρὰ τὴν μάχην γεγενημέναι· (ὁ γὰρ πόλεμος ἐσχεδίαστο) ἕτεραι δὲ ἄλλους ἔκρυπτον, ὡς ᾤοντο, ὑπελθόντας· κρατῆρες ἀνατετραμμένοι, καὶ χειρῶν ἔνιοι τῶν ἐσχηκότων ἀποῤῥέοντες, τῶν μὲν πινόντων, τῶν δὲ ἀντὶ λίθων κεχρημένων. τὸ γὰρ αἰφνίδιον τοῦ κακοῦ τὰς χρείας ἐκαινοτόμει, καὶ βέλεσι κεχρῆσθαι τοῖς ἐκπώμασιν ἐδίδασκεν. ἔκειντο δὲ, ὁ μὲν πελέκει τετρωμένος, ὁ δὲ κάχληκι βεβλημένος, αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ῥα-

fuerant iusti proelii notae ac indicia, quae apparebant, sed mixtae fuerunt infelicis & infausti convivii, ac eiusmodi finem sortiti, miserabiles reliquiae: mensae nimirum dapibus refertae, quarum aliae humi in manibus caede stratorum iacebant, cum armorum loco quibusdam in pugna, ut ex improviso orto bello, fuissent; aliae eos, qui se absconderant, ut opinabantur, occultabant. Praeterea paterae eversae, & ex manibus quaedam effluentes, partim eorum, qui biberant, partim eorum, qui pro lapidibus illis usi fuerant. Subitum enim malum, novum usum afferebat, & iaculorum loco poculis uti docebat. Iacebant vero, hic securi vulneratus, ille testa litorea ictus, quae indidem ex litore suppedi-

1 Πολέμου καθαροῦ) Πόλεμος καθαρὸς, Mars apertus, bellum manifestum, ad quod utraque pars antea rite accingitur, armis comparatis. Erit adeo πόλεμος οὐ καθαρὸς, proelium subitarium, ubi obviis quibusque, ut hic mensis, ac poculis, res geritur. Hinc sequitur, ὁ γὰρ πόλεμος ἐσχεδίαστο, h. e. οὐκ ἦν καθαρός. Aliter dicitur Charit. VI., p. 121, τῆς στρατιᾶς τὸ καθαρώτατον, h. e. *lectissimi milites.*

2 Ἀλλ' εἰς τοῦτο ληξάσης) Εἰς τοσοῦτον ed. Bas. εἰς τοῦτο λῆξαι Cod. Xyl. utrumque male.

χίας πεπορισμένος, ἕτερος ξύλῳ κατεαγὼς, [1] ὁ δὲ δαλῷ κατάφλεκτος, καὶ ἄλλος ἄλλως· οἱ δὲ πλεῖστοι [2] βελῶν ἔργον καὶ τοξείας γεγενημένοι. καὶ μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ἐπὶ μικροῦ τοῦ χωρίου [3] διεσκεύασεν, οἶνον αἵματι μιάνας, καὶ συμποσίοις πόλεμον ἐπιστήσας· πότους καὶ φόνους, σπονδὰς καὶ σφαγὰς ἐπισυνάψας, καὶ τοιοῦτον θέατρον λῃσταῖς Αἰγυπτίοις ἐπιδείξας. οἱ γὰρ δὴ κατὰ τὸ ὄρος θεωροὺς ἑαυτοὺς τῶνδε [4] καθίσαντες, οὐδὲ συνιέναι τὴν σκηνὴν ἐδύναντο, τοὺς μὲν ἑαλωκότας ἔχοντες, οὐδαμοῦ δὲ τοὺς κεκρατηκότας ὁρῶντες· καὶ τὴν μὲν νίκην λαμπρὰν, τὰ λάφυρα δὲ ἀσκύλευτα, [5] καὶ τὴν [μὲν] ναῦν μόνην,

tarat: alius ligno confractis membris, non nemo torre adustus, alii alio modo; plurimi autem iaculis arcu emissis confixi. Denique multiplicem speciem parvo in spatio numen exhibuerat, vinum sanguine imbuens, & convivio bellum adiungens, caedes potionibus, libationes mactationibus promiscue miscens, & tale theatrum praedonibus Aegyptiis instruens. Hi enim cum se in monte spectatores harum rerum praebuissent, spectaculum intelligere neutiquam potuerunt: cum prostratos ibi aliquos cernerent, nusquam autem victores conspicerent: tum victoriam manifestam, spolia vero non detracta: &

1 Ὁ δὲ δαλῷ κατάφλεκτος) Ita Palat. cum Vat. unde recepit Commel. Reliqui cum ed. Bas. κατέφλεκτο; quod & ipsum satis probum, cum sic oratio varietur.

2 Βελῶν ἔργον καὶ τοξείας) Simplicius erat, ἔκειντο βέλεσι καὶ τόξοις κατειργασμένοι. Similiter infra II, 3: Κεῖται Χαρίκλεια, καὶ πολεμίας χερὸς ἔργον ἡ φιλτάτη γεγένηται· & paullo post: ἡ γέγονας καὶ αὐτὴ τοῦ πολέμου πάρεργον; Ceterum omittunt τὸ καὶ Cod. Vat. & ed. Bas. unde suspiceris, alterutrum, βελῶν vel τοξείας, e glossa irrepsisse.

3 Καὶ μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ε. μ. χ. διεσκεύασεν) Cod. Palat. διεσκέδασεν, male. At Cod. Xyl. μετεσκεύαστο, quod locum haberet, si verba ita procederent: καὶ μυρίον εἶδος ε. μ. χ. μετεσκεύαστο, omissis vocc. ὁ δαίμων, quae tamen propter seqq. abesse nequeunt.

4 Καθίσαντες) Cod. Xyl. καθιστῶντες, ex interpretamento.

5 Καὶ τὴν μὲν ναῦν) Eiiciendum hic existimo τὸ μὲν, quod parum

ἀνδρῶν μὲν ἔρημον, τἄλλα δὲ ἄσυλον, ὥσπερ ὑπὸ πολλῶν φρουρουμένην, καὶ ὥσπερ ἐν εἰρήνῃ σαλεύουσαν. ἀλλὰ καίπερ τὸ γεγονὸς ὅ, τι ποτὲ ἐστιν ἀποροῦντες, εἰς τὸ κέρδος ἔβλεπον καὶ τὴν λείαν. ἑαυτοὺς οὖν νικητὰς ἀποδείξαντες, ὥρμησαν.

β'. Ἤδη δὲ αὐτοῖς κεκινηκόσιν ἄποθεν μικρὸν τῆς νεὼς καὶ τῶν κειμένων, θέαμα προσπίπτει [1] τῶν προτέρων ἀπορώτερον. [2] κόρη καθῆστο ἐπὶ πέτρας, ἀμήχανόν τι κάλλος, καὶ θεὸς εἶναι ἀναπείθουσα, τοῖς μὲν παροῦσι περιαλγοῦσα, φρονήματος δὲ εὐγενοῦς ἔτι πνέουσα· δάφνῃ τὴν κεφαλὴν ἔστεπτο, καὶ φαρέτρα τῶν ὤμων ἐξῆπτο, καὶ τῷ λαιῷ βραχίονι τὸ τόξον

navem ſolam vacuam quidem viris, ceterum intactam, non ſecus ac multorum praeſidio munitam, & tanquam in tranquillo vacillantem. Tametſi autem, quid eſſet rei, ignorarent; nihilo minus tamen lucrum & praedam ſpectabant. Se igitur victores eſſe cum ſtatuiſſent, progreſſi ſunt.

II. Cumque iam non procul abeſſent a navi, & iis, qui iacebant, ſpectaculum illis contingit, longe quam priora perplexius. Virgo ſedebat in rupe, inſigni quadam forma praedita, quaeque Dea credi poſſet; ob praeſentem quidem ſortem non mediocri dolore affecta, verum generoſos ſpiritus adhuc gerens. Lauro caput redimitum habebat: pharetra vero pendebat ab humeris: porro ſub

opportune huc pedem intulit. Ex antec. vel ſeq. hic adhaeſiſſe, facile apparet. Ed. Baſ. legit: καὶ τὴν μὲν ναῦν, μόνην· ἀνδρῶν δὲ ἔρημον· e correctione parum probabili. Eadem mox: καὶ περὶ τὸ γεγονὸς, pro καίπερ τὸ γεγ.

1 Τῶν προτέρων ἀπορώτ.) Cod. Taur. apud Dorv. Char. p. 206: τῶν πρότερον ἀ. ut ſuppl. γεγονότων. Sed praeſtat, eodem iudice, vulgata lectio.

2 Κόρη καθῆστο) Καθημένη, Cod. Palat. non utique male, ſi haec verba cum antec. θέαμα per appoſitionem capias. Mox ex eodem καὶ φαρέτρα, quod unice verum eſt, retraxi, cum ceteri legant, καὶ φαρέτραν. Cave vero λοιπὴν χεῖρα de dextra intelligas; ſed eſt reliqua pars ſiniſtrae manus, deorſum pendens.

ὑπεστήρικτο, ἡ λοιπὴ δὲ χεὶρ ἀφροντίστως ἀπῃωρεῖτο· μηρῷ δὲ τῷ δεξιῷ τὸν ἀγκῶνα θατέρας χειρὸς ἐδεδράζουσα, καὶ τοῖς δακτύλοις τὴν παρειὰν ἐπιτρέψασα, κάτω νεύουσα, καί τινα [1] ἀποκείμενον ἔφηβον περισκοποῦσα, τὴν κεφαλὴν ἀνεῖχεν. ὁ δὲ τραύμασι μὲν κατῄκιστο, καὶ μικρὸν ἀναφέρων, ὥσπερ ἐκ βαθέος ὕπνου, τοῦ παρ᾽ ὀλίγον θανάτου κατεφαίνετο. ἤνθει δὲ καὶ ἐν τούτοις ἀνδρείῳ τῷ κάλλει, καὶ ἡ παρειὰ καταῤῥέοντι τῷ αἵματι φοινιττομένη, λευκότητι πλέον ἀντέλαμπεν. ὀφθαλμοὺς δὲ ἐκείνου, οἱ μὲν πόνοι κατέσπων· [2] τὴν δὲ ὄψιν ἡ κόρη ἐφ᾽ ἑαυτὴν ἀνεῖλκε· καὶ τοῦτο ὁρᾷν αὐτοὺς ἠνάγκαζεν, [3] ὅτι ἐκείνην ἑώρων. ὡς

sinistro brachio arcus collocatus fuit: reliqua manus negligenter demissa. Dextro autem femori cubito alterius manus incumbens, ac digitis amplexa genas, deorsum spectans, & quendam procul iacentem ephebum contuens, caput immotum tenebat. At ille vulneribus laceratus erat, & paullulum tantum sese erigere, tanquam ex profundo somno fere ipsius mortis, videbatur. Verum vel in his florebat virili pulchritudine, & gena defluxu sanguinis cruentata, magis tamen candore resplendebat. Oculos vero ipsius dolor deprimebat, vultus autem virgo ad sese trahebat ac erigebat. Atque haec videre cogebantur, quod illam videbant. Ut vero spiritum

1 Ἀποκείμενον ἔφηβον) Palat. & Xyl. προκείμενον, quod magis appositum videtur. Pro ἔφηβον idem Xyl. Cod. habet εὐφυῶς. Unde suspicari licet, εὐτόνως vel simile adv. quod defixum Charicleae vultum declararet, hic lectum fuisse; nisi omnino pro mera aberratione τοῦ ἔφηβον habeas.

2 Τὴν δὲ ὄψιν ἡ κόρη) Ita emendavit h. l. Bourdelot. quod firmare possis simili lib. II, c. 33, πᾶσαν ὄψιν καὶ διάνοιάν ἐφ᾽ ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. Sed vel sic vulgatam lectionem praetulerim: ἡ δὲ ὄψις τῆς κόρης, *oculos Theagenis, depressos calamitatibus, erigebat adspectus puellae.*

3 Ὅτι ἐκείνην ἑώρων) Locus paullo intricatior. Sensus videtur esse: Cum illa in conspectu esset, cogebat oculos suos (αὐτοὺς sc. ὀφθαλμοὺς) illam aspicere, h. e. aegre oculos suos versus puellam erigebat; non poterat, quin oculos suos, etsi labore de-

δὲ πνεῦμα συλλεξάμενος, καὶ βύθιόν τι ἀσθμήνας, λεπτὸν ὑπεφθέγξατο, καὶ, Ὦ γλυκεῖα, ἔφη, σώζῃ μοι ὡς ἀληθῶς, ἢ γέγονας καὶ αὐτὴ τοῦ πολέμου πάρεργον; οὐκ ἀνέχῃ δὲ ὅλως, οὐδὲ μετὰ θάνατον ἀποστατεῖν ἡμῶν, ἀλλὰ φάσμα τὸ σὸν καὶ ψυχὴ τὰς ἐμὰς περιέπει τύχας; Ἐν σοὶ, ἔφη, τὰ ἐμὰ, ἡ κόρη, σώζεσθαι τε καὶ μή. τοῦτο γοῦν ὁρᾷς, (δείξασα ἐπὶ τῶν γονάτων ξίφος) [1] εἰς δεῦρο ἤργησεν ὑπὸ τῆς σῆς ἀναπνοῆς ἐπεχόμενον. καὶ ἅμα λέγουσα, ἡ μὲν τῆς πέτρας ἀνέθορεν· οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ ὄρους, ὑπὸ θαύματος ἅμα καὶ ἐκπλήξεως, ὥσπερ ὑπὸ πρηστῆρος τῆς ὄψεως βληθέντες, ἄλλος ἄλλον ὑπεδύετο θάμνον· μεῖζον γάρ τι καὶ θειότερον αὐτοῖς [2] ὀρθωθεῖσα ἔδοξε, τῶν μὲν βε-

collegit, difficulter admodum reſpirans, languide prolocutus eſt, &, O ſuavium, inquit, ſalvane es revera, an & tu quoque ad belli cladem acceſſiſti? Non potes omnino, ne poſt mortem quidem, a nobis divelli, ſed ſpectrum & manes tui obeundo obſervant fortunas meas? In te ſita ſunt, inquit virgo, mea omnia: denique, ut vivam, aut non. Hic igitur, vides, (oſtenſo cultro ſupra genua) hactenus ceſſavit, propter tuam reſpirationem cohibitus. Ac ſimulatque elocuta eſt, illico de petra deſiluit. Illi vero ſupra montem prae admiratione ſimul & terrore, tanquam fulguris adſpectu perculſi, alius aliud ſubibat arbuſtum. Maius enim quiddam, magiſque divinum, erecta illis eſſe videbatur, cum ſagittae repen-

preſſos, ad puellam attolleret. Commelinus, recepta Cod. Palat. lectione, ὅ, τι ἐκείνη ἑώρα, ita expedit: *& hoc* (Theagenem vulneribus confoſſum) *ipſos* (latrones) *inſpicere cogebat, quidquid illa intuebatur.*

1 Εἰς δεῦρο ἤργησεν) Cod. Baſ. ἤρτησεν· male. Eadem dictio recurrit infra l. IV, οὐχ οὕτως ἡ δὲ ἡ χεὶρ καὶ ξίφος τοὐμὸν ἀργήσει, deſumta ex Eurip. Phoeniſſ. v. 628: ὡς τάχ' οὐκ ἔθ' αἱματηρὸν, τοὐμὸν ἀργήσει ξίφος. Hinc, quid de Amyoti ἤρκησεν ſtatuendum ſit, facile perſpicitur.

2 Ὀρθωθεῖσα ἔδοξε), Ed. Baſ. ὀρθ. ἔδειξε ἔδοξε. Alterutrum ex

λῶν [1] τῇ ἀθρόᾳ κινήσει κλαγξάντων, χρυσοϋφοῦς δὲ τῆς ἐσθῆτος πρὸς τὸν ἥλιον ἀνταυγαζούσης, καὶ τῆς κόμης ὑπὸ τῷ στεφάνῳ βακχεῖον σοβουμένης, καὶ τοῖς νώτοις πλεῖστον ὅσον ὑποτρεχούσης. τοὺς μὲν ταῦτα ἐξεδειμάτου, καὶ πλέον τῶν ὁρωμένων [2] ἡ τῶν γιγνομένων ἄγνοια. οἱ μὲν γὰρ θεόν τινα ἔλεγον, [3] καὶ θεὸν Ἄρτεμιν, ἢ τὴν ἐγχώριον Ἶσιν· οἱ δὲ ἱέρειαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκμεμηνυῖαν, καὶ τὸν ὁρώμενον πολὺν φόνον ἐργασαμένην. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐγίγνωσκον· τὰ ὄντα δὲ, οὔπω ἐγίγνωσκον. ἡ δὲ ἀθρόον κατενεχθεῖσα ἐπὶ τὸν νεανίαν, καὶ πανταχόθεν αὐτῷ περιχυθεῖσα, ἐδάκρυεν, ἐφίλει, κατέματτεν, ἀνῴμωζεν, ἠπίστει κατέ-

tina commotione clangorem edidiſſent, auro vero intexta veſtis ad ſolem reſplenderet, & capillus ſub corona bacchico more iactaretur, ac magnam tergi partem occuparet. Hos quidem haec perterrefaciebant: multoque magis eorum, quae videbantur, quam quae patrata fuerant, ignorantia. Quidam enim Deam quandam eſſe dicebant, & Deam quidem Dianam, aut eius loci praeſidem Iſim: quidam vero ſacerdotem divino furore afflatam, quae ingentem ſtragem, quae apparebat, edidiſſet. Haec igitur iudicabant, rem ipſam nondum ſciebant. At illa ſubito delata ad adoleſcentem, & illi undequaque circumfuſa, flebat, oſculabatur, abſtergebat cruorem, eiu-

ora Cod. Baſ. unde deſcripta eſt illa editio, in textum immigraſſe, in promtu eſt videre. Sed utra genuina ſit, non facile dicas. Utraque enim ſatis commoda videtur.

1 Τῇ ἀθρ. κινήσει κλαγξάντων) Homer. Il. α, 45, de Apolline: ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο αὐτοῦ κινηθέντος· & inde Virgilius paſſim. Mox Cod. Palat. πλεῖστον ὅσον οὔτε ὑποτρεχούσης, inſerto οὔτε, male.

2 Ἡ τῶν γιγνομένων ἄγνοια) Codd. Pal. Vat. Xyl. ἢ τῶν γ. ut ſit, *praedones rerum geſtarum ignorantia magis perculſos fuiſſe, quam iis, quae viderent.* Sed contrarium, quod vulgatae ineſt, unice volunt ſeqq.

3 Καὶ θεὸν Ἄρτεμιν) Oratio parum concinna. Forte corr. οἱ μὲν γὰρ θεόν τινα ἔλεγον, ἢ Ἄρτ. Vel, καὶ οἱ μὲν θεὸν τ. ε. ἢ Ἄρτ.

χουσα. ταῦτα ὁρῶντες οἱ Αἰγύπτιοι πρὸς ἑτέρας ἐννοίας τὴν γνώμην μετέβαλον, καὶ ποῦ ταῦτα ἂν εἴη θεοῦ τὰ ἔργα; λέγοντες. ποῦ δ' ἂν νεκρὸν σῶμα φιλοίη δαίμων οὕτω περιπαθῶς; τολμᾶν ἑαυτοῖς παρεκελεύοντο· καὶ πορευθέντες ἔγγυθεν, λαμβάνειν τὴν τῶν ἀληθινῶν [1] γνῶσιν. ἀναλαβόντες οὖν ἑαυτοὺς, καταθέουσι, καὶ τὴν κόρην ἔτι πρὸς τοῖς τραύμασιν οὖσαν τοῦ νεανίου καταλαμβάνουσι· καὶ ἐπιστάντες ὄπισθεν, εἶχον ἑαυτοὺς, οὔτε τι λέγειν, οὔτε τι πράττειν ἀποθαῤῥοῦντες. κτύπου δὲ περιηχήσαντος, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν σκιᾶς τοῖς ὀφθαλμοῖς παρεμπεσούσης, ἀνένευσεν ἡ κόρη· καὶ ἰδοῦσα, αὖθις ἐπένευσε· πρὸς μὲν τὸ ἄηθες τῆς χροιᾶς καὶ τὸ λῃστρικὸν τῆς ὄψεως ἐν ὅπλοις δεικνυμένης, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐκπλαγεῖσα, πρὸς δὲ τὴν θεραπείαν τοῦ κειμένου πᾶσαν ἑαυτὴν τρέψασα. οὕτως ἄρα πόθος ἀκρι-

labat, &, quamvis illum teneret, vix tamen ipsa sibi credebat. Quod cum animadverterent Aegyptii, mentem in aliam mutavere sententiam: An haec sunt opera Deae? dicentes: mortuumne oscularetur numen tanta commiseratione? Audendum sibi esse, ac abeundum, &, quid revera esset, cognoscendum censebant. Cum itaque se recepissent, decurrunt, virginemque adhuc apud vulnera adolescentis deprehendunt: & a tergo consistentes, reprimunt sese, nihil neque loqui amplius, neque agere ausi. Circumsonante vero strepitu, & umbra illorum incidente in oculos, erexit sese virgo: & postquam respexit, rursus deorsum inclinavit, inusitato coloris conspectu, & praedonum armatorum specie ne minimum quidem perterrita, ad curationem autem iacentis tota sese componens. Sic omnino desiderium vehemens, &

1 Τῶν ἀληθινῶν γνῶσιν) Post γνῶσιν in Cod. Xyl. insertum legitur ἐπειρῶντο. Sed oratio pendet a παρεκελεύοντο.

βὴς, καὶ ἔρως ἀκραιφνὴς, τῶν μὲν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἀλγεινῶν τε καὶ ἡδέων πάντων ὑπερφρονεῖ, πρὸς ἓν δὲ τὸ φιλούμενον, καὶ ὁρᾷν, καὶ [1] συννεύειν τὸ φρόνημα καταναγκάζει.

γ΄. Ὡς δὲ παραμείψαντες οἱ λῃσταὶ κατὰ πρόσωπον ἔστησαν, καί τι καὶ μέλλειν ἐπιχειρεῖν ἐῴκεσαν, αὖθις ἡ παῖς ἀνένευσε, καὶ μέλανας ἰδοῦσα τὴν χροιὰν, καὶ τὴν ὄψιν αὐχμηροὺς, Εἰ μὲν εἴδωλα τῶν κειμένων ἐστὲ, φησὶν, οὐκ ἐν δίκῃ παρενοχλεῖτε ἡμῖν· οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι χερσὶ ταῖς ἀλλήλων ἀνῄρησθε· ὅσοι δὲ πρὸς ἡμῶν, ἀμύνης νόμῳ καὶ ἐκδικίας καὶ εἰς σωφροσύνην ὕβρεως πεπόνθατε. εἰ δέ τινες τῶν ζώντων ἐστὲ, λῃστρικὸς μὲν ὑμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ βίος. εἰς καιρὸν δὲ ἥκετε, λύσατε τῶν περιεστηκότων ἀλγεινῶν, φόνῳ τῷ καθ' ἡμῶν δρᾶμα τὸ περὶ ἡμᾶς καταστρέψαντες. ἡ μὲν

ſincerus amor, omnia, quae extrinſecus adveniunt moleſta, aut iucunda, deſpicit: in unum vero id, quod egregie animo carum eſt, intueri, & in eo totum animum atque omnem curam ponere cogit.

III. Cum vero praetereuntes praedones in fronte conſtitiſſent, & aliquid aggeſſuri eſſe viderentur, rurſus ſeſe ſuſtulit, & colore nigro eſſe conſpicata, ac facie ſqualida: Si iacentium eſtis, inquit, ſpectra, immerito nobis negotium faceſſitis: plurimi enim veſtris ipſorum manibus interfecti eſtis. Quod ſi qui a nobis; iure defenſionis, ad depellendam a pudicitia iniuriam ſuſceptae, id accidit. Sin eſtis aliqui ex illis, qui vivunt: praedonum vitam, ut apparet, amplectimini. Per tempus autem advenitis. Liberate praeſentibus calamitatibus, caede hunc actum noſtrum terminantes. Illa quidem ad hunc modum

1 Συννεύειν) Codd. Xyl. & Baſ. συνεδεύειν. Ed. tamen Baſ. συνεύειν. Mox καὶ poſterius ante μέλλειν inſeruit Commel. e Codd. Pal. & Xyl.

ταῦτα ἐπετραγῴδει. οἱ δὲ, [1] οὐδὲν συνιέναι τῶν λεγομένων ἔχοντες, τοὺς μὲν αὐτοῦ καταλείπουσιν, ἰσχυρὰν αὐτοῖς φυλακὴν τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν ἐπιστήσαντες· ἐπὶ δὲ τὴν ναῦν ὁρμήσαντες, τὸν φόρτον ἐξήντλουν, τῶν μὲν ἄλλων ὑπερορῶντες, ([2] πολλὰ δὲ ἦν καὶ ποικίλα) χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων πολυτίμων καὶ σηρικῆς ἐσθῆτος, ὅση δύναμις ἑκάστοις, ἐκφοροῦντες. ἐπεὶ δὲ ἅλις ἔχειν ἐδόκει, καὶ τοσαῦτα ἦν ὡς καὶ λῃστρικὴν κορέσαι πλεονεξίαν, τὴν λείαν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν καταθέντες, εἰς φορτία καὶ μοίρας κατενέμοντο· οὐ πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν ληφθέντων ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἴσον βάρος τὴν νέμησιν ποιούμενοι. τὰ δὲ περὶ τὴν κόρην καὶ τὸν νεανίαν, ἐν δευτέροις πράξειν ἔμελλον. [3] κᾀν τούτῳ πλῆθος ἕτερον ἐφίσταται λῃστρικὸν,

tragice lamentabatur. At illi, cum neque ea, quae dicerentur, intelligere possent, eos ibi relinquunt, firma illis custodia imbecillitate ipsorum adhibita. Ad navem vero properantes, onus exponebant; aliis spretis, (multa autem erant & varia) auri & argenti, & lapidum pretiosorum, & serici, quantum quisque poterat, efferentes. Cumque iam satis esse videretur, & tot res erant, ut & praedonum cupiditatem satiarent, praeda in litore posita, eam in onera & portiones distribuebant, non dignitate singulorum, quae accepta fuerant, sed aequali pondere partitionem instituentes. De virgine & adolescente postea fuerant acturi. Interim altera multitudo praedonum ad-

1 Οὐδὲ συνιέναι) Forte corr. οὔ τι, vel potius οὐδὲν sc. τῶν λεγομένων· quod in contextum recipere non dubitavi. Paullo inferius: ἡ δὲ τῶν μὲν λεγομένων οὐδὲν συνιεῖσα.

2 Πολλὰ δὲ ἦν καὶ ποικίλα) Haec per parenthesin apposita. Male igitur Cod. Xyl. πολλῶν δὲ ὄντων καὶ ποικίλων.

3 Κᾀν τούτῳ) Cod. Xyl. καὶ τοῦτο, vitiose. Melius Palat. κατὰ τοῦτο.

ἱππέων δύω τοῦ τάγματος ἡγουμένων. ὅπερ ὡς εἶδον οἱ πρότεροι, οὔτε χεῖρας ἀνταράμενοι, οὔτε τι τῶν σκύλων ἐπενεγκάμενοι, τοῦ μὴ ἐπιδιωχθῆναι ἕνεκεν, ὡς δρόμου εἶχον, ἔφευγον· αὐτοὶ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, [1] τρὶς δὲ τοσούτους ἐπελθόντας θεασάμενοι. καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὴν κόρην δεύτερον ἤδη ἡλίσκοντο, οὐδέπω ληφθέντες. οἱ δὲ λησταὶ πρὸς τὴν διαρπαγὴν, καὶ ταῦτα σπεύδοντες, ὑπὸ τῆς τῶν ὁρωμένων ἀγνοίας ἅμα καὶ ἐκπλήξεως, τέως ἀνεστέλλοντο· τοὺς μὲν γὰρ πολλοὺς φόνους, ὑπὸ τῶν προτέρων γεγενῆσθαι ληστῶν εἴκαζον. τὴν κόρην δὲ ὁρῶντες ἐν ξένῃ καὶ περιβλέπτῳ τῇ στολῇ, καὶ τῶν μὲν προσπιπτόντων φοβερῶν ὡς ἂν μηδὲ γιγνομένων ὑπερορῶσαν, ὅλην δὲ τοῦ νεανίου πρὸς τοῖς τραύμασιν οὖσαν, καὶ ὡς ἴδιον τὸ ἐκείνου πάθος ἀλγοῦσαν, τὴν μὲν τοῦ κάλλους καὶ τοῦ φρονήμα-

venit, duobus equitibus ordinem ducentibus. Quod cum vidiſſent priores, ne quidem manus opponere auſi, nec ulla re ex ſpoliis ablata, ne inſequendi hoſti anſam darent, concitato curſu fugiebant, cum non plures eſſent, quam decem, triplo autem numerum advenientium ſuperare cernerent. Ac virgo quidem ſecundo iam capiebatur, nondum tamen capta. Praedones autem, etſi ad direptionem feſtinabant, tamen prae inſcitia eorum, quae videbant, ac formidine, aliquamdiu ſe reprimebant. Magnam enim ſtragem illam, a prioribus praedonibus editam eſſe arbitrabantur. Virginem autem intuentes, cum peregrina & conſpicua ſtola, ea pericula, quae ei imminerent, non ſecus ac ſi nulla eſſent, contemnentem, totam vero in vulnera adoleſcentis intentam, & illius dolorem perinde ac ſuum graviter moleſteque ferentem, cum huius pulchritudinem, & magnitudinem animi mi-

1 Τρὶς δὲ τοσούτους ἐπελθόντας) Palat. & Xyl. τρὶς δὲ τοσούτους τοὺς ἐπελθ. quod & iure praeferebat Commel.

τος [1] [ἐθαύμαζον], τὸν δὲ καὶ τραυματίαν ἐξεπλήττοντο· τοιοῦτος τὴν μορφὴν, καὶ τοσοῦτος τὸ μέγεθος ἔκειτο, κατὰ μικρὸν ἤδη πως ἀνειληφὼς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὸ σύνηθες βλέμμα ἀποκαθιστάμενος.

δ'. Ὀψὲ δὴ οὖν ποτε πλησιάσας ὁ λήσταρχος ἐπιβάλλει τε τῇ κόρῃ τὴν χεῖρα, καὶ ἀνίστασθαί τε, καὶ ἕπεσθαι ἐκέλευεν. ἡ δὲ τῶν μὲν λεγομένων οὐδὲν συνιεῖσα, τὸ δὲ προσταττόμενον συμβαλοῦσα, συνεφείλκετο τὸν νεανίσκον, οὐδὲ αὐτὸν μεθιέντα· καὶ τὸ ξίφος ἐπιφέρουσα τοῖς στέρνοις, ἑαυτὴν ἀποσφάξειν ἠπείλει, εἰ μὴ ἀμφοτέρους ἄγοιεν. συνεὶς οὖν ὁ λήσταρχος τὸ μέν τι τοῖς λεγομένοις, πλέον δὲ τοῖς νεύμασι, καὶ ἅμα σύνεργον ἕξειν εἰς τὰ μέγιστα τὸν νεανίαν, εἰ περισωθείη, προσδοκήσας, καταβιβάσας τόν τε ὑπα-

rabantur, tum faucii adſpectu percellebantur. Tali forma praeditus, & tam procera ſtatura corporis iacebat. Iam enim paullulum ſeſe collegerat, & vultus priſtinum ſtatum revocarat.

IV. Tandem poſt longum tempus, cum appropinquaſſet is, qui illis praedonibus imperabat, iniicit manum virgini, & ſurgere ac ſequi iubet. Illa vero etſi nihil intelligebat eorum, quae dicebantur, tamen id, quod imperabatur, coniectura aſſequens, trahebat una adoleſcentem, alioqui neque ipſum eam dimittentem: & cultrum pectori admovens, minabatur, ſe ſibi mortem conſciturain eſſe, niſi utrumque abducerent. Quod cum dux, partim ex ſermone, ac magis ex ipſo geſtu intellexiſſet; ſimul etiam ſe adoleſcente ad res maximas adiutore uſurum ſperans, ſi convaluiſſet; deſcendens ex

1 Ἐθαύμαζον) Hoc verbum non habet ed. Baſ. additum a Commel. e cod. Palat. & Xyl. Sed rectius abeſt, cum verba τὴν μὲν τοῦ κάλλους cum ſeqq. pendeant ab ἐξεπλήττοντο, *conſpecta tam egregiae formae femina aeque percellebantur ac vulnerato adoleſcente.*

σπιστὴν καὶ ἑαυτὸν τῶν ἵππων, ἀνατίθεται τοὺς αἰχμαλώτους· τοὺς μὲν ἄλλους τὰ λάφυρα [1] συσκευασαμένους ἕπεσθαι προστάξας· αὐτὸς δὲ ἐκ ποδὸς παραθέων καὶ προσανέχων, εἴ ποί τις αὐτῶν περιτρέποιτο. καὶ ἦν δόξης οὐκ ἐκτὸς τὸ γιγνόμενον· δουλεύειν ὁ ἄρχων ἐφαίνετο, καὶ ὑπηρετεῖσθαι ὁ κρατῶν τοῖς ἑαλωκόσιν ᾑρεῖτο. οὕτως εὐγενείας ἔμφασις καὶ κάλλους ὄψις, καὶ λῃστρικὸν ἦθος οἶδεν ὑποτάττειν, [2] καὶ κρατεῖν καὶ τῶν αὐχμηροτέρων δύναται.

έ. Παραμείψαντες οὖν ὅσον δύο στάδια τὸν αἰγιαλὸν, ἐκτραπέντες, εὐθὺ τοῦ ὄρους πρὸς τὰ ὄρθια ἐχώρουν, τὴν θάλατταν ἐν δεξιᾷ ποιησάμενοι, καὶ ὑπερβάντες [3] χαλεπῶς τὰς ἀκρωρείας ἐπί τινα λίμνην κατὰ θατέραν τοῦ ὄρους πλευρὰν ὑποτείνουσαν ἠπείγοντο.

equo ipſe, ac idem ſcutifero facere iuſſo, imponit captivos: reliquis quidem, ut ſpoliis collectis ſequerentur, imperans; ipſe autem e veſtigio iuxta currens, & ſuſtollens ac ſuffulciens, ſi forte quis ex ipſis laberetur. Nec vacabat gloria, id quod fiebat. Servire is, qui imperabat, videbatur, & victor miniſtrare captis in animum inducebat. Sic enim nobilitatis ſpecimen, & pulchritudinis adſpectus, vel praedonum ingenium ſibi ſubiicere, & vincere feriores poteſt.

V. Emenſi igitur ad duo ſtadia itineris iuxta litus, deflexerunt recta ad radices montis: & mari ad dextram relicto, ac ſuperato cacumine montis, ad lacum quendam ad alterum latus montis protenſum properabant,

1 Συσκευασαμένους) Ita Palat. & Xyl. Vulgo σκευασαμένους.

2 Καὶ κρατεῖν καὶ τῶν αὐχμηροτέρων δύναται) Uncinis, quibus poſterius καὶ Bourdelotius conſtrinxerat, iterum exemi, cum vim addat ſententiae, *& vel* his ferociores ſibi ſubdere valet. Verbum vero δύναται, tanquam gloſſema τοῦ οἶδεν e textu eliminandum cenſeo.

3 Χαλεπῶς) Recepit hoc adv. quod in ed. Baſil. non legitur, Commel. e Palat. & Xyl. Cod,

ἣν δὲ τοιάδε τις. Βουκόλια μὲν σύμπας κέκληται πρὸς Αἰγυπτίων ὁ τόπος. ἔστι δὲ κοιλὰς τῆς αὐτόθι γῆς, τοῦ Νείλου ὑπερεκχύσεις τινὰς ὑποδεχομένη, καὶ λίμνη γιγνομένη, τὸ μὲν κατὰ μέσου βάθος ἄπειρον· ἐπὶ δὲ τὰς ἄκρας, εἰς ἕλος ἀποτελευτῶσα. ὃ γὰρ ταῖς θαλάτταις αἰγιαλοὶ, τοῦτο ταῖς λίμναις τὰ ἕλη γίγνεται. ἐν δὴ τούτοις ὅσον Αἰγυπτίων λῃστρικὸν πολιτεύεται· ὁ μὲν ἐπὶ γῆς ὀλίγης, εἴ πῃ τις ὑπερέχει τοῦ ὕδατος, καλύβην πηξάμενος· ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σκάφους βιοτεύει, πορθμεῖον τὸ αὐτὸ καὶ οἰκητήριον ἔχων. ἐπ᾽ αὐτοῦ μὲν αὐτοῖς [1] αἱ γυναῖκες ἐριθεύουσιν, ἐπ᾽ αὐτοῦ δὲ ἀποτίκτουσιν. ἐπὰν δὲ γένοιτο παιδίον, τὰ μὲν πρῶτα τῷ μητρῴῳ γάλακτι, τὰ δὲ ἀπὸ τούτου τοῖς ἀπὸ τῆς λίμνης ἰχθύσι πρὸς ἥλιον ὀπτωμένοις ἐκτρέφει. ἕρπειν δὲ ὀρεγόμενον εἰ αἴσθοιτο, ἱμάντα τῶν σφυρῶν ἐξάψας, ὅσον ἐπ᾽ ἄκρου τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς προβαίνειν

qui erat eiusmodi. Pascuum vocatus eſt totus locus ab Aegyptiis. Eſt autem vallis in illo ipſo tractu, exundationes quaſdam Nili recipiens, & lacus exiſtens, in medio altitudine infinita, circa oras autem in paludem deſinens. Quod enim mari litora, hoc paludes lacubus ſiunt. Ibi praedones Aegyptii, quotquot ſunt, ſuam rempublicam habent. Et alius, ſicubi pauxillum terrae ex aqua eminet, tugurio compacto; alius ſupra navigium vitam agit, eodem in tranſvectione & habitando utens. In hoc illis mulieres lanam faciunt, in eodem quoque pariunt. Edito autem infante, primum materno lacte, poſtea piſcibus ex lacu ad ſolem aſſis eum nutrit. Quod ſi ſenſerit eum reptare cupere, funiculo religato ad talos, ad extremum tantum navigii procedere permittit,

1 Αἱ γυναῖκες ἐριθεύουσιν) Cod. Taurin. teſte Dorvill. ad Charit. p. 568, ἐρύκουσι· unde eruit ἐρείκουσι, h. e. *legumina frangunt*,

ἐπέτρεψε, καινόν τινα χειραγωγὸν αὐτῷ τὸν δεσμὸν τοῦ ποδὸς ἐπιστήσας.

στ'. Καί που τις βουκόλος ἀνὴρ ἐτέχθη τε ἐν τῇ λίμνῃ, καὶ τροφὸν ἔσχε ταύτην, καὶ πατρίδα τὴν λίμνην ἐνόμισεν, ἱκανὴν δὲ, φρούριον ἰσχυρὸν εἶναι λῃσταῖς. διὸ καὶ συῤῥεῖ ἐπ' αὐτὴν ὁ τοιοῦτος βίος. τῷ μὲν ὕδατι πάντες [1] ὡς ἅτε τείχει χρώμενοι, τὸν δὲ πολὺν κατὰ τὸ ἕλος κάλαμον, ἀντὶ χαρακώματος προβεβλημένοι. σκολιὰς γάρ τινας ἀτραποὺς τεμόμενοι, καὶ πολλοῖς ἑλιγμοῖς πεπλανημένας, καὶ σφίσι μὲν διὰ τὴν γνῶσιν ῥᾴστας, τοῖς δ' ἄλλοις [2] ἀπόρους τοὺς διέκπλους κατασκευάσαντες, μέγιστον ὀχύρωμα πρὸς τὸ μὴ ἄν τι παθεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς ἐμηχανήσαντο. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν λίμνην καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῇ βουκόλους ὧδέ πως ἔχει.

novum quendam ductorem vinculum pedis illi adhibens.

VI. Atque ita plurimi bubulcorum naſci ſolent in lacu, eundemque nutricem habent, ac patriam ſibi & idoneum propugnaculum ad tuendos latrones putant. Idcirco quoque ad illum confluit tale genus hominum. Aqua enim omnes tanquam muro utuntur. Porro magna vis arundinis, quae eſt in palude, pro vallo ante illos obiecta eſt. Cum enim obliquas quaſdam ſemitas, & multis anfractibus implicatas, excidiſſent, & ſibi propter peritiam faciles, aliis vero traiectu difficiles effeciſſent, maximam munitionem ad id, ne ex incurſione aliquo detrimento afficiantur, excogitarunt. Ac ea quidem, quae ad lacum, & eos, qui illum incolunt, bubulcos attinent, ſic habent.

1 Ὡς ἅτε τείχει χρώμενοι) Vel ὡς ἂν τ. corrigendum, vel alterutrum delendum videtur. Cod. Xyl. ὅσα καὶ τείχη, at Palat. ὅσα γε τείχει. Ad ſententiam Iſocrates in Buſir. ubi tradit, Aegyptum ἀθανάτῳ τείχει, τῷ Νείλῳ, τετειχισμένην.

2 Ἀπόρους τοὺς διέκπλους) Cod. Taur. teſte Dorvill. ad Char. p. 568, ἀβάτους τοὺς τόπους, ex interpretamento.

ζ'. Ἤδη δὲ ἡλίου πρὸς δυσμὰς ἰόντος, ἀφικνοῦνται ἐπ' αὐτὴν οἱ ἀμφὶ τὸν λῄσταρχον· καὶ οἱ μὲν, τῶν τε ἵππων ἀπεβίβαζον τοὺς νέους, καὶ τὴν λείαν ἐνετίθεντο τοῖς σκάφεσιν· ὁ δὲ πολὺς τῶν κατὰ χώραν μεινάντων λῃστῶν ὅμιλος, ἄλλος ἄλλοθεν τοῦ ἕλους ἐκδὺς, ἀνεφαίνετο, καὶ συνέθεον, καὶ τὸν λῄσταρχον οἱονεὶ βασιλέα τινὰ ἑαυτῶν προσαπαντῶντες ὑπεδέχοντο. τῶν δὲ λαφύρων τὸ πλῆθος ὁρῶντες, καὶ τὸ κάλλος τῆς κόρης θεσπέσιόν τι χρῆμα περισκοποῦντες, ἱερά τινα ἢ ναοὺς πολυχρύσους ἀποσεσυλῆσθαι παρὰ τῶν ὁμοτέχνων ὑπελάμβανον. προσαφῃρῆσθαι δὲ καὶ τὴν ἱέρειαν αὐτὴν, ἢ καὶ αὐτὸ ἔμπνουν μετῆχθαι τὸ ἄγαλμα διὰ τῆς κόρης, [1] ὑπ' ἀγνοίας εἴκαζον· καὶ πολλὰ τὸν λῄσταρχον τῆς ἀνδραγαθίας εὐφημοῦντες, ἐπὶ τὴν οἴκησιν αὐτοῦ

VII. Ceterum ſole iam ad occaſum vergente, pervenit ad eum praefectus cum reliquo comitatu. Et hi quidem deponebant ex equis iuvenes, & praedam navigiis imponebant. At magna turba eorum praedonum, qui illic manſerant, alio aliunde ex palude egreſſo apparebant, certatimque concurrebant: & praefecto obviam progreſſi, tanquam regem ſuum quendam excipiebant. Cumque multitudinem ſpoliorum conſiderarent, & formam virginis divinam quandam ſpeciem eſſe cernerent, templa aliqua aut delubra a conſortibus ſui operis ſpoliata eſſe ſuſpicabantur. Ablatam vero eſſe & ipſam ſacerdotem, vel ipſum Deae ſimulacrum vivum abductum, coniecturam ex virgine, eo quod negotium illis ignotum fuit, faciebant. Ac multis modis praefecto ob res bene ac ſtrenue geſtas gratulantes, ad illius domicilium eum

1 Ὑπ' ἀγνοίας εἴκαζον) Codd. Palat. & Vatic. cum Taurin. teſte Dorv. ad Char. l. l. ὑπ' ἀγροικίας, quod nod peius iudicat idem vir doctus. Magis tamen accommodatum videtur ſententiae totius loci ὑπ' ἀγνοίας, *ignari, quae acta eſſent, coniiciebant* &c.

παρέπεμπον. ἡ δὲ νησίδιον ἦν ἄποθεν τῶν ἄλλων, εἰς καταγώγιον μόνῳ σὺν ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτὸν ἀποτετμημένον. ἐνταῦθα ὡς κατήχθη, τοὺς μὲν πολλοὺς οἴκαδε ἀπιέναι προσέταττεν, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅπαντας ἥκειν ὡς αὐτὸν ἐπιστείλας. αὐτὸς δὲ σὺν ὀλίγοις τοῖς εἰωθόσιν ὑπολειφθεὶς, καὶ δείπνου πρὸς βραχὺ τοῖς τ' ἄλλοις μεταδοὺς, καὶ αὐτὸς μεταλαβὼν, τοὺς μὲν νέους Ἕλληνί τινι παραδίδωσι νεανίσκῳ, οὐ πρὸ πολλοῦ παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτῳ γεγονότι, τοῦ διαλέγεσθαι ἕνεκεν, καλύβης τῆς ἑαυτοῦ πλησίον ἀποκληρώσας, τά τε ἄλλα ἐπιμεληθῆναι τοῦ νέου προστάξας, καὶ τὴν κόρην ἀνύβριστον ἀπὸ πάντων διαφυλάττειν. αὐτὸς δὲ καμάτῳ τε τῆς ὁδοιπορίας βαρούμενος, καὶ φροντίδι τῶν παρόντων συνεχόμενος, πρὸς ὕπνον ἐτέτραπτο.

η'. Σιγῆς δὲ τὸ ἕλος κατασχούσης, καὶ νυκτὸς εἰς

deducebant. Hoc vero erat exigua insula, procul ab aliis, ad receptaculum illius tantum, cum paucis aliis, qui illi adesse solebant, abscisa. Quo cum fuisset deductus, reliquam multitudinem in suam quemque domum abire iubebat, datis mandatis, ut postridie omnes ad eum convenirent: ipse vero cum paucis, qui manere consueverant, relictus, cum brevi intervallo aliis coenam impertivisset, & ipse una sumsisset, iuvenes Graeco cuidam tradit adolescenti, qui non ita pridem ab illis captus fuerat, ut eo internuntio uterentur, tugurii sui parte propinqua illis attributa; cum ut sedulo curaret adolescentem, tum ut virginem, ne ulla in re iniuria afficeretur, custodiret, imperans. Ipsum autem labore itineris gravatum, & cura praesentium negotiorum implicitum, somnus oppressit.

VIII. Porro cum quies & silentium tota palude esset,

πρώτην φυλακὴν προελθούσης, τὴν ἐρημίαν τῶν ὀχλησάντων, εὐπορίαν εἰς θρήνους οἱ περὶ τὴν κόρην ἐλάμβανον· ἀνακινούσης αὐτοῖς, οἶμαι, πλέον τὰ πάθη τῆς νυκτὸς, ἅτε οὐδεμιᾶς οὔτε ἀκοῆς οὔτε ὄψεως ἐφ᾽ ἑαυτὴν ἀντισπώσης, ἀλλὰ μόνῳ τῷ λυποῦντι σχολάζειν ἐπιτρεπούσης. πολλὰ δὴ οὖν ἀνοιμώξασα καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ κόρη, κεχώριστο γὰρ (τοῦτο προσταχθὲν) ἐπί τινος χαμεύνης κατακεκλιμένη, καὶ ὅσον πλεῖστον ἐπιδακρύσασα· Ἄπολλον, ἔφη, ὡς λίαν ἡμᾶς καὶ πικρότερον ἀμύνῃ τῶν ἁμαρτημάτων. οὐδὲ ἱκανά σοι πρὸς τιμωρίαν τὰ παρελθόντα; στέρησις τῶν οἰκείων, [καὶ] καταποντιστῶν ἅλωσις, καὶ θαλασσῶν μυρίος κίνδυνος, καὶ λῃστῶν ἐπὶ γῆς ἤδη δευτέρα σύλληψις, καὶ πικρότερα τῶν ἐν πείρᾳ τὰ προσδοκώμενα; καὶ ποῖ ταῦτα στήσεις; εἰ μὲν εἰς θάνατον ἀνύβριστον, ἡδὺ

& ad primam vigiliam noctis processisset, solitudinem & absentiam eorum, qui tumultuarentur, tanquam occasionem sibi datam ad luctum & lamenta virgo arripuit: excitante etiam magis dolorem ipsa nocte, & nulla re, quae audiri aut videri posset, ad sese animum revocante, sed soli moerenti vacationem concedente. Cum igitur vehementius ingemuisset apud sese virgo (separata enim erat, prout imperatum fuit, in quodam humili vilique lecto recumbens) & cum maximopere illacrimasset: Apollo, inquit, quam longe acerbius de nobis poenam sumis, quam deliquimus! An non sufficiunt tibi haec ad vindictam, quae praeterierunt? quod necessariis & propinquis caremus, quod a piratis capti fuimus, quod aliis praeterea sexcentis in mari periculis iactati, nunc a praedonibus in terra iterum iam comprehensi sumus? Praetereane graviora his, quae experti sumus, exspectanda sunt? Ubi tandem haec sistes? Siquidem in morte, va-

τὸ τέλος· εἰ δέ με γνώσεταί τις αἰσχρῶς, ἣν μηδέπω μηδὲ Θεαγένης, ἐγὼ μὲν ἀγχόνῃ προλήψομαι τὴν ὕβριν, καθαρὰν ἐμαυτὴν ὥσπερ φυλάττω, καὶ μέχρι θανάτου φυλάξασα, καὶ καλὸν ἐντάφιον τὴν σωφροσύνην ἀπενεγκαμένη. σοῦ δὲ οὐδεὶς ἔσται δικαστὴς πικρότερος. καὶ ἔτι λέγουσαν ἐπεῖχεν ὁ Θεαγένης, Παῦε, λέγων, ὦ φιλτάτη καὶ ψυχὴ ἐμὴ Χαρίκλεια· θρηνεῖς μὲν εἰκότα, παροξύνεις δὲ πλέον ἢ δοκεῖς τὸ θεῖον. οὐ γὰρ ὀνειδίζειν, ἀλλὰ παρακαλεῖν χρεών. εὐχαῖς, οὐκ αἰτίαις, ἐξιλεοῦται τὸ κρεῖττον. ἡ δέ, Εὖ μὲν λέγεις· σὺ δέ μοι πῶς ἔχεις; διηρώτα. Ῥᾷον, ἔφη, καὶ βέλτιον ὑπὸ τῆς ἑσπέρας, ἐκ τῆς τοῦ μειρακίου θεραπείας, ἣ τὰ φλεγμαίνοντά μοι τῶν τραυμάτων ἐπεκούφισεν. Ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εἰς ἕω κουφισθήσῃ, ἔφη ὁ τὴν φρουρὰν αὐτῶν ἐπιτετραμμένος. τοιαύτην σοι πο-

cante omni contumelia, dulcis eſt exitus; ſin me quiſpiam turpiter cogniturus eſt, quam neque Theagenes unquam: nae ego quidem laqueo iniuriam antevertam, integram me & caſtam, quemadmodum adhuc feci, ad mortem uſque ſervans, & pulchrum epitaphium pudicitiae inde referens: te vero nullus erit iudex crudelior. Haec adhuc loquentem repreſſit Theagenes: Deſine, dicens, cariſſima, & anima mea Chariclea. Merito tu quidem lamentaris: verum exacerbas magis, quam exiſtimas, numen. Neque enim probris inceſſere, verum orare neceſſe eſt: precibus, non criminibus, placatur id, quod eſt potentius. At illa: Bene admones, inquit. Sed quomodo vales, obſecro? Melius, inquit, a veſpera, ex adoleſcentis curatione, quae mihi inflammata vulnera leniit. Immo magis leniri ſenties ſub auroram, ſubiecit is, qui ad cuſtodiam illius adhibitus fuerat. Nanciſcar enim tibi eiuſmodi herbam, quae tertia

ριοῦμαι βοτάνην, ἢ διὰ τρίτης ἰώσει τὰς πληγάς. ἔχω δὲ αὐτῆς ἔργῳ τὴν πεῖραν λαβών. ἐξ οὗ γάρ με δεῦρο αἰχμάλωτον οἵδε ἤγαγον, εἴ τίς ποτε τῶν ὑπηκόων τῷδε τῷ ἄρχοντι συμβολῆς γενομένης τραυματίας ἧκεν, οὐ πολλῶν ἐδεήθη πρὸς ἴασιν ἡμερῶν, [1] ἣ λέγω ταύτῃ βοτάνῃ χρησάμενος. εἰ δέ μοι μέλει τῶν ὑμετέρων, οὐκ ἄξιον ὑμῖν θαυμάζειν. τύχης τε γάρ μοι τῆς αὐτῆς ἐοίκατε κοινωνεῖν, καὶ ἅμα Ἕλληνας ὄντας οἰκτείρω καὶ αὐτὸς Ἕλλην γεγωνώς. Ἕλλην; ὦ θεοὶ, ἐπεβόησαν ὑφ᾽ ἡδονῆς ἅμα οἱ ξένοι. Ἕλλην ὡς ἀληθῶς τὸ γένος καὶ τὴν φωνήν. τάχα τις ἔσται τῶν κακῶν ἀνάπνευσις. Ἀλλὰ τίνα σε χρὴ καλεῖν, ἔφη ὁ Θεαγένης. ὁ δὲ, Κνήμωνα. Πόθεν δὲ γνωρίζειν; Ἀθηναῖον. Τύχῃ τίνι κεχρημένον; Παῦε, ἔφη. τί ταῦτα κινεῖς καὶ ἀνα-

vice coniunget vulnus. Atque hanc eſſe vim eius, experientia compertum habeo. Ex quo enim hi me huc captivum adduxerunt, ſi quis unquam horum, qui huic praefecto parent, ſaucius poſt conflictum venit, non multis diebus ad curationem indiguit. Quod autem afficior conditione veſtrarum rerum, non eſt, quod miremini. Videmini enim mecum communi eſſe fortuna, ſimulque vos, qui Graeci eſtis, miſeror, cum & ipſe Graecus ſim natus. Graecus, Dii immortales! exclamarunt repente prae voluptate hoſpites. Graecus profecto voce & genere. Paullo poſt dabitur aliqua a malis reſpiratio. Sed quem te appellare oportet? inquit Theagenes. At ille: Cnemonem. Cuiatem autem agnoſci? Athenienſem. Porro qua fortuna uſum? Deſine, inquit. Quid haec

1 Ἣ λέγω ταύτῃ βοτ.) Verba ἣ λέγω propter adi. ταύτῃ abundare videntur, niſi cum Palatino ita diſtinguendum ac legendum cenſeas: οὐ πολλῶν . . . . ἡμερῶν, ἣ λέγω, nempe *trium dierum ſpatio*: ut adeo πολλῶν pro πλειόνων dictum exiſtimes.

μοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν. οὐκ ἐν καιρῷ γένοιτ' ἂν, ἐπεισόδιον ὑμῖν τῶν ὑμετέρων τὰ ἐμὰ ἐπεισφέρειν κακά· καὶ ἅμα οὐδ' ἂν ἐπαρκέσειε τὸ λειπόμενον πρὸς τὸ διήγημα τῆς νυκτός· ὕπνου καὶ ταῦτα δεομένοις ὑμῖν ἀπὸ πολλῶν τῶν πόνων καὶ ἀναπαύσεως.

θ'. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνίεσαν, ἀλλὰ παντοίως λέγειν ἱκέτευον, μεγίστην ἡγούμενοι παραψυχὴν, τὴν τῶν ὁμοίων ἀκοὴν, ἄρχεται ὁ Κνήμων ἐντεῦθεν· Ἦν μοι πατὴρ Ἀρίστιππος, τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, βουλῆς δὲ τῆς ἄνω, τὴν περιουσίαν τῶν μέσων. οὗτος, ἐπειδή μοι τὴν μητέρα τελευτῆσαι συνέβη, πρὸς δευτέρους ἀπεκλίνετο γάμους, ἐπὶ μόνῳ μοι παιδὶ σαλεύειν ἐπιμεμφόμενος, καὶ τοῖς οἴκοις ἐπεισάγει γύναιον ἀστεῖον μὲν, ἀλλ' ἀρχέκακον, ὄνομα Δημαινέτην. ὡς γὰρ τάχιστα εἰσῆλθεν, ὅλον ὑπεποιεῖτο, καὶ πράττειν, ὅ, τι

moves, & eruere conaris? tragoedis iſta relinquamus. Neque enim per tempus hoc auctario meorum malorum veſtra cumularem: praeterea nec reliquum noctis ſufficeret ad narrationem, praeſertim cum ſomno vobis & requie poſt multos labores opus ſit.

IX. Cum autem illi nihil remitterent, &, ut omnino narraret, orarent, maximam conſolationem eſſe ducentes, ſi ſimilia ſuorum caſuum audirent: orditur inde Cnemon. Fuit mihi pater Ariſtippus, genere Athenienſis, ex ſenatu ſuperiori, fortunis cuivis mediocrium civium par. Is, cum accidiſſet, ut mea mater e vita diſcederet, ad ſecundas nuptias animum adiecit; indignum ratus, propter me unum filium, incerto animo atque parum conſtanti vivere. Introducit itaque in aedes mulierculam, urbanam quidem, ſed inveteratae malitiae, nomine Demaenetam. Ut primum enim ingreſſa eſt, totum in ſuam poteſtatem redigere conabatur, & ad id,

βούλοιτο, ἔπειθε· τῇ τε ὥρᾳ τὸν πρεσβύτην ἐπαγομένη, καὶ τἄλλα ὑπερθεραπεύουσα· δεινὴ δὲ, εἴπερ τις γυναικῶν, ἐφ' ἑαυτὴν ἐκμῆναι, καὶ τέχνην τὴν ἐπαγωγὸν ἐκτόπως ἠκριβωμένη, προόδοις τε τοῦ μοῦ πατρὸς ἐπιστένουσα, καὶ εἰσόδοις προστρέχουσα, καὶ βραδύνοντι μεμφομένη, καὶ ὡς ἀπώλετ' ἂν, εἰ ὀλίγον ἐμέλλησε, καὶ περιβάλλουσα ἐφ' ἑκάστῳ ῥήματι, καὶ ἐπιδακρύουσα τοῖς φιλήμασιν· οἷς ἅπασιν ὁ πατὴρ μου σαγηνευθεὶς, ὅλην ἐκείνην καὶ ἔπνει καὶ ἔβλεπεν. ἡ δὲ κἀμὲ τὰ πρῶτα, ἶσα καὶ παῖδα ὁρᾶν ἐπλάττετο, κἀν τούτῳ τὸν Ἀρίστιππον ὑποποιουμένη, καί ποτε καὶ ἐφίλησεν ἂν προσελθοῦσα, καὶ ὄνασθαί μου συνεχῶς ηὔξατο. κἀγὼ προσιέμην, τῶν μὲν ὄντων οὐδὲν ὑποπτεύων· ὅτι δὲ μητρῴαν ἐπιδείκνυται περὶ ἐμὲ θαυμάζων διάθεσιν. ἐπεὶ δὲ ἰταμώτερον προσῄει, καὶ θερμό-

quod ipſa vellet, faciendum adducebat; forma ſenem alliciens, & cum aliis in rebus ambitioſe obſervans, (nam ſi ulla alia mulier, maxime poterat furibundum ſui deſiderium excitare; & artem alliciendi, exactius, quam credibile eſt, noverat) tum egreſſibus patris mei ingemiſcens, & ad ingreſſus accurrens, & tardius venientem accuſans, quod videlicet periiſſet, ſi paullulum commoratus fuiſſet, & amplectens poſt ſingula verba, denique lacrimas addens oſculis. Quibus omnibus pater irretitus, totam illam & ſpirabat & contuebatur. Illa vero & me primum non ſecus, ac ſi ſuus eſſem filius, in oculis ferre ſimulabat, hoc etiam ſibi Ariſtippum devinciens: & interdum oſculata eſt accedens, & ſubinde, ut mecum ſe oblectare poſſet, optavit. Quod ego admittebam, nihil eorum, quae ſuberant, ſuſpicans; admirans autem, quod maternum erga me declararet affectum. Cum vero petulantius accederet, & calidiora

τερα ἦν τὰ φιλήματα τοῦ πρέποντος, καὶ τὸ βλέμμα τοῦ σώφρονος ἐξιστάμενον, πρὸς ὑπόνοιαν ἦγεν ἤδη τὰ πολλὰ, καὶ ὑπέφευγον, καὶ πλησιάζουσαν ἀπωθούμην. καὶ τὰ μὲν ἄλλα, τί δεῖ μηκύνοντα ἐνοχλεῖν; τὰς πείρας ἃς καθῆκε, τὰς ὑποσχέσεις, ἃς ἐπηγγείλατο, νῦν μὲν παιδίον, νῦν δὲ γλυκύτατον ὀνομάζουσα, καὶ αὖθις κληρονόμον, καὶ μετ᾽ ὀλίγον ψυχὴν ἑαυτῆς ἀποκαλοῦσα, καὶ ἁπλῶς τὰ καλὰ τῶν ὀνομάτων τοῖς ἐπαγωγοῖς παραμιγνῦσα, καὶ οἷς τισι μᾶλλον προστρέχω περισκοποῦσα· ὡς ἐν μὲν τοῖς σεμνοτέροις μητέρα ἑαυτὴν ἀναπλάττουσα, ἐν δὲ τοῖς ἀτοπωτέροις τοῦτο ἐκεῖνο λαμπρῶς [1] ἐρωμένην ὑποφαίνουσα.

ι'. Τέλος δὲ γίνεται τὶ τοιοῦτον. Παναθηναίων τῶν

essent oscula, quam decebat, & adspectus modestiam excederet, in suspicionem iam apud me illam multa adducebant, & subterfugiebam ac adblandientem repellebam. Omitto alia, quae molestum esset prolixius commemorare, quibus rationibus me adorta sit, quas pollicitationes proposuerit; nunc pusionem, nunc suavissimum appellans, & rursus heredem, & paullo post animam suam cognominans; denique pulchra nomina illecebris admiscens, & quibus potissimum rebus caperer considerans; ita ut in gravioribus negotiis simularet matris habitum, in ludicris autem amare se manifeste declararet.

X. Ad extremum, tale quiddam accidit. Cum Quin-

1 Ἐρωμένην ὑποφαίνουσα) Cod. Taurin. teste Dorv. ad Char. p. 27, ἐρώμενον ἀποφαίνουσα. Recte quidem hoc, ἀποφαίνουσα propter antec. λαμπρῶς. At quomodo ἐρώμενον locum habere possit, equidem non intelligo. De Theagene capit Dorvill. Deberet saltem de Cnemone intelligi. Mihi omnino verba λαμπρῶς ἐρωμένην, valde suspecta sunt, addita a quopiam, qui illa τοῦτο ἐκεῖνο, *rem, quam modo memoraveram*, sc. *amorem erga me suum*, interpretari vellet. Tecte vero rem parum honestam Cnemon de industria sic elocutus videtur. Saltem ἐρωμένην eiiciendum puto, & λαμπρῶς ad ἀποφαίνουσα referendum.

μεγάλων ἀγομένων, ὅτε τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι ἐπὶ γῆς τῇ Ἀθηνᾷ πέμπουσιν, (ἐτύγχανον μὲν ἐφηβεύων) ᾄσας δὲ τὸν εἰωθότα παιᾶνα τῇ θεῷ, καὶ τὰ νενομισμένα προπομπεύσας ὡς εἶχον στολῆς, αὐτῇ χλαμύδι, καὶ αὐτοῖς στεφάνοις, ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἐμαυτόν. ἡ δὲ, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον εἶδεν, ἐκτὸς ἑαυτῆς γίνεται, καὶ οὐδὲ ἐσοφίστευεν ἔτι τὸν ἔρωτα, ἀλλ᾽ ἀπὸ γυμνῆς τῆς ἐπιθυμίας προσέτρεχε, καὶ περιβαλοῦσα, ὁ νέος Ἱππόλυτος, ὁ Θησεὺς ὁ ἐμὸς ἔλεγε. τίνα με οἴεσθε γεγενῆσθαι, ὃς καὶ νῦν ἐρυθριῶ διηγούμενος; ἀλλ᾽ ἑσπέρας γενομένης, ὁ μὲν πατὴρ εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐσιτεῖτο, καὶ ὡς ἂν ἐν τοιαύτῃ πανηγύρει, καὶ πότῳ πανδήμῳ, καὶ διανυκτερεύειν ἔμελλεν. ἡ δὲ ἐπιγίνεταί μοι νυκτὸς, καὶ ἐπειρᾶτο τινὸς τῶν ἀθεμίτων τυγχάνειν. ὡς δὲ παντοίως ἀντεῖχον, καὶ πρὸς πᾶσαν θεραπείαν καὶ ὑπόσχεσιν καὶ ἀπειλὴν ἀπεμαχόμην, βαρύ τι καὶ βύθιον στενά-

quatria magna celebrarentur, quando navem Athenienses Palladi terra mittunt, (nondum autem tum excesseram ex ephebis) postquam cecini usitatum paeanem Deae, & legitimo ritu & pompa prosecutus sum, quemadmodum eram amictus, una cum chlamyde & coronis redeo domum. Illa vero cum primum adspexit, animo exsternata non amplius astu amorem texit, sed prae mera cupiditate accurrit, & amplexa, Iuvenis Hippolytus, Theseus meus, dicebat. Quo animo vero tum me fuisse putatis, quem & nunc narrare pudeat? Vesperi pater in Prytaneo coenabat: &, quemadmodum in eiusmodi conventu, & publico convivio, ibidem pernoctaturus erat. Illa autem venit ad me noctu, & conata est contra fas quidpiam assequi. Sed cum prorsus resisterem, & omnibus blanditiis, pollicitationibus & minis repugnarem, graviter & ab imo pectore ingemiscens abiit,

ξασα, ἀπιοῦσα ᾤχετο· καὶ μόνην ἡ παλαμναία τὴν νύκτα ὑπερθεμένη, τῶν ἐπιβουλῶν τῶν εἰς ἐμὲ κατήρχετο. καὶ πρῶτον μὲν οὐδὲ διανέστη τότε τῆς εὐνῆς, ἀλλ' ἥκοντι τῷ πατρὶ, καὶ τί τοῦτο πυνθανομένῳ, μαλακῶς τε ἔχειν ἐσκήπτετο, καὶ οὐδὲ ἀπεκρίνατο τὴν πρώτην. ὡς δὲ ἐνέκειτο, καὶ τί πεπόνθοι πολλάκις ἀνηρώτα, Ὁ θαυμαστὸς, φησὶ, καὶ εἰς ἐμὲ νεανίας, ὁ κοινὸς ἡμῶν παῖς, ὃν ἐγὼ πλέον καὶ σοῦ πολλάκις ἠγάπησα, (καὶ μάρτυρες οἱ θεοὶ) κύειν με πρός τινων αἰσθόμενος, ὃ δή σε τέως ἔκρυπτον, ἕως ἂν τὸ ἀσφαλὲς γνοίην, τὴν σὴν ἀπουσίαν ἐπιτηρήσας, ταῦτα δὴ τὰ εἰωθότα παραινοῦσαν, καὶ σωφρονεῖν [1] παρακελευομένην, μὴ δὲ πρὸς ἑταίραις ἔχειν τὸν νοῦν καὶ μέθαις· (οὐ γάρ με ἐλάνθανεν οὕτως ἔχων, σοὶ δὲ οὐκ ἔφραζον, μή τινα λάβοιμι μητρυιᾶς ὑπόνοιαν) ταῦτα λέγουσαν μόνην πρὸς

&, una tantum nocte interpoſita, inſidias mihi ſtruere ſcelerata coepit. Ac primum quidem neque e lecto ſurrexit, ſed venienti patri, &, quid eſſet rei, percontanti, infirma ſe eſſe valetudine ſimulabat. Cum vero inſtaret, &, quid illi accidiſſet, ſaepius quaereret: Egregia pietate, inquibat, etiam erga me adoleſcens, communis noſter filius, quem ego, Deos conteſtor, plus etiam quam te ſaepe dilexi, cum me gravidam eſſe quibuſdam ex rebus ſenſiſſet, quod ego te tamdiu celavi, quoad aliquid certi ſcire poſſem, & abſentiam tuam obſervaſſet, dum illum ſolito more moneo, & ad temperantiam adhortor, neve ſcortis & ebrietati animum dederet, oro, (neque enim me id latebat: tibi vero non dicebam, ne in aliquam novercae ſuſpicionem venirem)

1 Παρακελευομένην, μὴ δὲ πρὸς ἑταίραις) Ita reſtituit hunc locum Commel. ope Vat. Palat. & Xyl. cum Baſ. vitioſe, παρεκελευόμην -- πρὸς ἑτέρας -- καὶ μέθας, offerret. Canterus inſuper, cum & Xyl. Cod. ἑτέραις habere vidiſſet, locum ſic refingendum cenſebat, πρὸς ἑτέρας ἔχειν τὸν νοῦν γαμετάς· ſine idonea cauſa.

μόνον, τοῦ μὴ ἐρυθριᾶν αὐτὸν ἕνεκεν, τὰ μὲν ἄλλα ὅσα περὶ σέ τε κἀμὲ περιύβρισεν, αἰσχύνομαι λέγειν· λὰξ δὲ κατὰ τῆς γαστρὸς ἐναλλόμενος, οὕτως ἔχειν, ὡς ὁρᾷς, διέθηκε.

ια΄. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν, οὐκ εἶπεν, οὐκ ἠρώτησεν, οὐκ ἀπολογίαν προὔθηκεν, ἀλλὰ πιστεύων μήδ᾽ ἂν ψεύσασθαι κατ᾽ ἐμοῦ, τὴν οὕτω περὶ ἐμὲ διακειμένην, εὐθὺς ὡς εἶχε κατά τι μέρος τῆς οἰκείας περιτυχὼν, οὐδὲν εἰδότα, πύξ τε ἔπαιε, καὶ παῖδας προσκαλεσάμενος, μάστιξιν ᾐκίζετο, μηδὲ τὸ κοινὸν δὴ τοῦτο, διότι ξαινοίμην, γιγνώσκοντα. ὡς δὲ ἐνεπέπληστο τῆς ὀργῆς, Ἀλλὰ νῦν γε, ἔφην, ὦ πάτερ, εἰ καὶ μὴ πρότερον, δίκαιος ἂν εἴην τὴν αἰτίαν τῶν πληγῶν μανθάνειν. ὁ δὲ, μᾶλλον παροξυνθεὶς, Ὢ τῆς εἰρωνείας, φησί· τὰς πράξεις αὐτοῦ τὰς ἀνοσίας παρ᾽ ἐμοῦ βούλεται μανθάνειν. καὶ ἀποστραφεὶς, ἐπὶ τὴν Δημαινέτην ἔσπευ-

de his, inquam, dum colloquor sola cum solo, ne erubesceret: alia quidem pudet dicere, quibus me & te contumelia affecit; in uterum autem mihi insiliens, ut ita valeam, quemadmodum vides, effecit.

XI. Haec ut audivit, non dixit quidquam, non interrogavit, non defensionem praeposuit: sed sibi persuadens, nullo modo eam de me aliquid mentitam esse, quae eo animo erga me fuerit, extemplo ut me offendit quadam in parte domus, nihil scientem pugnis feriebat: &, advocatis famulis, caedebat flagris, ne id quidem, quod utique commune est, quamobrem caederer, scientem. Postea vero quam iram explevit, Vel nunc saltem, inquio, pater, merito, quandoquidem prius non licuit, causam harum plagarum scire debeo. At ille eo magis exacerbatus: O simulatum, inquit, hominem! facta sua impia ex me scire vult: & aversus, ad Demae-

δεν. ἡ δὲ, οὔπω γὰρ κεκόρεστο, δευτέρας ἐπιβουλῆς κατ᾽ ἐμοῦ τοιᾶσδε ἥπτετο. Θίσβη παιδισκάριον ἦν αὐτῇ, ψάλλειν τε πρὸς κιθάραν ἐπιστάμενον, καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἄωρον. τοῦτο ἐπ᾽ ἐμὲ καθίησιν, ἐρᾷν μου δῆθεν προστάξασα· καὶ ἥρα παραχρῆμα ἡ Θίσβη· καὶ ἡ πολλάκις πειρῶντα με ἀπωσαμένη, τότε παντοίως ἐφείλκετο, βλέμμασι, νεύμασι, συνθήμασιν. ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος ἄθροον καλὸς γεγενῆσθαι ἐπεπείσμην· καὶ τέλος ἐπὶ τὸν θάλαμον ἐλθοῦσαν νυκτὸς ὑπεδεχόμην. ἡ δὲ καὶ αὖθις ἀνῆκε, καὶ πάλιν, καὶ τοῦ λοιποῦ συνεχῶς ἐφοίτα. ἐπεὶ δέ ποτε φυλάττεσθαι αὐτῇ τὰ πολλὰ παρῄνουν, μὴ γνωσθείη παρὰ τῆς δεσποίνης, Ὦ Κνήμων, ἔφη, ὡς λίαν ἁπλοϊκός τις εἶναι μοι δοκεῖς· εἰ γὰρ ἐμὲ θεράπαιναν οὖσαν καὶ ἀργυρώνητον ἡγῇ χαλεπὸν εἶναι προσομιλοῦσαν ἁλῶναι, τίνος ἂν ἐκείνην ἀξίαν εἴποις εἶναι τιμωρίας, ἣ καὶ εὐγενὴς εἶναι φάσκουσα,

nctam feſtinabat. Illa vero, nondum enim ſatiata fuerat, alium dolum talem contra me machinabatur. Erat illi ancilla Thisbe, callens canere ad citharam, forma & vultu non invenuſto. Hanc in me ſubornat, ut me amaret, imperans. Ac amabat repente Thisbe: & quae me tentantem antea ſaepius reiecerat, tum prorſus alliciebat ad ſeſe, adſpectu, nutibus, notis. Ego vero vanus, quod repente pulcher eſſem, credideram, & ad extremum in thalamum noctu venientem recepi. Illa vero iterum rediit, & deinceps continuo veniebat. Verum cum aliquando multum illam adhortarer, ſibi ut caveret, ne a domina deprehenderetur: O Cnemon, inquit, quam nimium ſimplex mihi videris eſſe, ſi me ancillam, & argento emtam, tecum deprehendi periculoſum putas. Qua porro poena illam dignam iudicabis, quae ſe ingenuam eſſe praedicans, & legitimo iure

καὶ νόμῳ τὸν συνοικοῦντα ἔχουσα, καὶ θάνατον τὸ τέλος τοῦ παρανομήματος γινώσκουσα, μοιχᾶται; Παῦε, ἔφην, οὐ γὰρ ἔχω σοι πιστεύειν. Καὶ μὴν, εἴ σοι δόξειεν, ἐπ' αὐτοφώρῳ παραδώσω τὸν μοιχόν. Εἰ γὰρ οὕτω βουληθῇς, ἔφην. Καὶ μὴν βουλήσομαί γε, ἀπεκρίνατο, σοῦ τε ἕνεκεν οὕτω πρὸς αὐτῆς περιυβρισμένου, καὶ ἐμαυτῆς δὲ οὐκ ἔλαττον, ἣ πάσχω τὰ ἔσχατα, ἐφ' ἑκάστης ζηλοτυπίαν ματαίαν ἐκείνης ἐπ' ἐμὲ γυμναζούσης. ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ [1] κατάλαβε.

ιβ'. Ἐπεὶ δὲ οὕτως ἕξειν ὑπεσχόμην, τότε μὲν ἀπιοῦσα ᾤχετο. τρίτῃ δὲ ὕστερον νυκτὶ καθεύδοντά με ἐξανίστησι, καὶ τὸν μοιχὸν ἔνδον εἶναι κατεμήνυε· τὸν πατέρα μὲν εἰς ἀγρὸν αἰφνιδίου τινὸς χρείας καλούσης πεπορεῦσθαι λέγουσα· τὸν δὲ, οὕτω συγκείμενον αὐτῷ πρὸς τὴν Δημαινέτην, ἄρτι παρεισδεδυκέναι· προσή-

coniugii cohabitatorem habens, denique mortem sibi finem sceleris esse propositum sciens, adulterium committit? Desine, inquibam: neque enim tibi fidem habere possum. Immo, si tibi videbitur, in ipso facto adulterum tradam. Si quidem ita volueris, inquibam. Maxime volo, respondit: & tua causa, qui ab illa tam insigni iniuria affectus es; & non minus mea quoque, ut quae extrema omnia quotidie patiar ab illa, vanam zelotypiam erga me exercente. Quamobrem, si vir es, deprehende.

XII. Cum autem ita fore promisissem, tunc quidem abiit: tertia vero postea nocte dormientem me excitat, & adulterum intus esse significat; patrem in agrum subitae cuiusdam necessitatis causa abiisse dicens: istum vero, ut erat constitutum, ad Demaenetam nuper clam

1 Κατάλαβε) Liber Xyl. καταλαβὼν, quod praeferebat Commel. hoc sensu, *prehenso illo, praebe te virum.* Sed praestat vulgata, eodem sensu.

κειν δὲ καὶ πρὸς ἄμυναν εὐτρεπίζεσθαι, καὶ ξιφήρη ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον τοῦ μὴ διαδρᾶναι τὸν ὑβριστήν. ἐποίουν οὕτως· καὶ λαβὼν ἐγχειρίδιον, τῆς Θίσβης ἡγουμένης, καὶ δᾶδας προαπτούσης, ἐπὶ τὸν θάλαμον ᾔειν. ἐπεὶ δὲ ἐπέστην, λύχνου τέ τινος ἔνδον αὐγὴ διεξέπιπτε, καὶ τὰς θύρας ἐπικειμένας ὡς ὀργῆς εἶχον ἐῤῥαγεὶς, ἀνοίγω· καὶ εἰσδραμὼν, Ποῦ ποτε ὁ ἀλιτήριος, ἐβόων, ὁ λαμπρὸς τῆς πάντα σωφρονούσης ἐρώμενος; καὶ ἅμα λέγων, ἐπῄειν ὡς ἄμφω διαχειρισόμενος. ἐκ δὲ τῆς εὐνῆς ὁ πατὴρ, ὦ θεοὶ, περιτραπεὶς προσπίπτει μου τοῖς γόνασι, καὶ, Ὦ τέκνον, ἐπίσχες μικρὸν, ἔλεγεν· οἴκτειρον τὸν γεννήσαντα· φεῖσαι πολιῶν, αἵ σε ἀνέθρεψαν. [1] ὕβρισα μέν σε, ἀλλ᾽ οὐ μέχρι θανάτου τιμωρητέος. μὴ γίνου τῆς ὀργῆς ὅλος, μὴ δὲ φόνῳ πατρῴῳ χεῖρας μιάνῃς τὰς σάς. ὁ μὲν ταῦτα, καὶ ἕτε-

ingressum esse. Convenire autem, ut & ad vindictam me appararem, & armatus gladio ingrederer, ne improbus effugeret. Faciebam ita: &, accepto pugione, Thisbe praeeunte, & faces praeferente, ad thalamum ibam. Ceterum ut adstiti, lychni cuiusdam, qui intus erat, splendor, penetrabat, & ego, foribus obseratis, ut eram commotus ira, effractis, aperiebam, & incurrens, Ubi est consceleratus, clamabam, praeclarus castae omni ex parte amasius? & simul atque prolocutus sum, accessi utrumque confossurus. At pater ex lecto, Dii boni! devolutus, perculsus accidit ad genua mea, &, O fili, cohibe te paullulum, dicebat, miserere parentis, parce canis, qui te enutrierunt. Iniuria te affecimus, sed non tamen adeo, ut ad mortem usque vindicta de me expetenda sit. Ne indulgeas irae, neque caede pa-

1 Ὕβρισα μέν σε, -- τιμωρητέος) Omnes libri ὑβρίσαμεν -- τιμωρητέος· quam manifestam depravationem Bourdelot. ita tollendam iudicabat: ὑβρίσαμεν — τιμωρητέοι. Enimvero dividendum potius v. ὑβρίσαμεν, nam de se tantum loquitur Cnemonis pater.

ρα πρὸς τούτοις ἐλεεινῶς ἱκέτευεν· ἐγὼ δὲ ὥσπερ τυφῶνι βληθεὶς, αὖος, ἀπόπληκτος, ἑστήκειν, τὴν Θίσβην περιβλέπων, οὐκ οἶδ' ὅπως ἑαυτὴν ὑποστείλασαν, τὴν κλίνην καὶ τὸν θάλαμον ἐν κύκλῳ περιεσκόπουν, εἰπεῖν τι διαπορῶν, πρᾶξαι ἀμηχανῶν. ἐκπίπτει μου καὶ τὸ ξίφος τῶν χειρῶν. καὶ τὸ μὲν ἡ Δημαινέτη προσδραμοῦσα σπουδαίως ἀνήρπασεν. ὁ δὲ πατὴρ ἐν τῷ ἀκινδύνῳ γεγονὼς, ἐπιβάλλει τέ μοι τὰς χεῖρας, καὶ δεσμεῖν ἐκέλευε, πολλὰ τῆς Δημαινέτης παροξυνούσης, καὶ, Οὐ ταῦτα ἦν, ἃ προηγόρευον, βοώσης, ὡς φυλάττεσθαι προσήκει τὸ μειράκιον, ὡς ἐπιβουλεύσειε καιροῦ λαβόμενον; ἑώρων τὸ βλέμμα, συνίην τῆς διανοίας. ὁ δὲ, Προηγόρευες, εἰπὼν, ἀλλ' ἠπίστουν· τότε μὲν ἐν δεσμοῖς εἶχε, λέγειν τι βουλομένῳ τῶν ὄντων, καὶ φράζειν, οὐκ ἐπιτρέψας.

terna manus tuas contamines. Ille quidem his, & aliis praeterea modis, miferabiliter fupplex pro fe precabatur. Ego autem tanquam fulgure percuffus, tacitus & attonitus ftabam, Thisben circumfpiciens, quae nefcio quo pacto fubduxerat fefe: lectum & thalamum in orbem oculis luftrabam, nec quid dicerem fciens, nec ad agendum confilii quidquam habens. Excidit mihi & pugio e manibus. Et hunc quidem Demaeneta propere accurrens arripuit. Pater autem cum iam extra periculum effet, iniicit mihi manus, & ligare iubebat, Demaeneta multis modis irritante, &, An non haec erant, quae praedicebam, clamante, quod caveri oporteret adolefcentem, utpote occafione oblata moliturum aliquid? E vultu animum eius perfpexi. Ille autem, praedicebas cum dixiffet, fed non credebam; me tum in vinculis detinuit, & exponere quidpiam, ut geftum erat, volenti, ne dicendi quidem poteftatem fecit.

ιγ΄. Ἅμα δὲ τῇ ἕῳ, λαβὼν οὕτως ὡς εἶχον δεσμῶν, ἐπὶ τὸν δῆμον ἦγε, καὶ τῆς κεφαλῆς κόνιν καταχεάμενος, Οὐκ ἐπὶ τοιαύταις μὲν ἐλπίσιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τόνδε ἀνέτρεφον, ἔλεγεν, ἀλλὰ τοῦ γήρως τοῦ μοῦ βακτηρίαν ἔσεσθαι προσδοκῶν, ἐπειδὴ τάχιστά μοι ἐγένετο, ἐλευθερίου τε τροφῆς μεταδοὺς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τοὺς φράτορας [1] καὶ γεννητὰς εἰσαγαγὼν, εἰς ἐφήβους ἐγγράψας, πολίτην ὑμέτερον καὶ τοῖς νόμοις ἀποφήνας, πάντα τὸν βίον ἐπὶ τούτῳ τὸν ἐμὸν ἐσάλευον. ἐπεὶ δὲ τούτων ἁπάντων λήθην λαβὼν, ἐμὲ μὲν ὕβρεσι ταπρῶτα, καὶ πληγαῖς ταυτηνὶ τὴν κατὰ νόμους [2] συνοικοῦσαν μοι ᾐκίσατο· τέλος δὲ καὶ ξιφήρης νύκτωρ ἐπῆλθε, καὶ παρὰ τοσοῦτον γέγονε πατραλοίας, παρ᾽ ὅσον ἀντέσχεν ἡ τύχη, ἀπροσδοκήτῳ φόβῳ τὸ ξίφος τῶν τού-

XIII. Quamprimum autem illuxit, prehenſum ſic, ut eram vinctus, produxit ad populum, & adſperſo capiti pulvere, Non ad hanc ſpem, o Athenienſes, hunc educabam, dicebat; ſed bacillum ſenectutis meae futurum aliquando ſperans, ut primum mihi natus eſt, liberaliter eductum, & initiis literarum inſtitutum, cum in tribules & gentiles introduxiſſem, in epheborum album retuliſſem, civem noſtrum etiam legibus effeciſſem, totam vitam meam ob hunc parum tranquille agebam. Ceterum poſtquam horum omnium oblitus, me iniuriis primum & hanc legitimam meam uxorem verberibus affecit, ad extremum & gladio armatus noctu advenit, & eatenus tantum ab eo, quo minus parricida fieret, abfuit, quatenus fortuna reſtitit, inopinato terrore, ut

1 Καὶ γεννητὰς εἰσαγαγὼν) Peſſime antea legebatur καὶ γεννήτορας. Res ipſa ſatis nota.

2 Συνοικοῦσαν μοι ᾐκίσατο) Cod. Xyl. ἐμὴν σύνοικον ᾐκίσατο· ἐπ᾽ ἐμὲ δὲ καὶ ξιφήρης ἐπῆλθε. παρὰ τοσοῦτον &c.

του χειρῶν ἐκπεσεῖν [1] παρασκευάσασα. Καταπέφευγά τε πρὸς ὑμᾶς, καὶ προσαγγέλλω τοῦτον· αὐτόχειρ μὲν αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τοὺς νόμους ἐξὸν, οὐ βουληθείς· ὑμῖν δὲ τὸ πᾶν καταλιπὼν, νόμῳ βέλτιον ἡγούμενος, ἢ φόνῳ παιδὸς τὴν δίκην λαμβάνειν. Καὶ ἅμα ἐπεδάκρυεν· ἐπεκώκυε δὲ καὶ ἡ Δημαινέτη, καὶ περιαλγεῖν ἐπ' ἐμοὶ δῆθεν ἐπεδείκνυτο, τὸν ἄθλιον ἀποκαλοῦσα, τὸν ἐν δίκῃ μὲν, ἀλλὰ πρὸ ὥρας τεθνηξόμενον, τὸν ὑπὸ δαιμόνων ἀλαστόρων ἐπὶ τοὺς γεννήσαντας ἐλαθέντα· οὐ θρηνοῦσα μᾶλλον ἢ καταμαρτυροῦσα τοῖς θρήνοις, καὶ ὡς ἀληθῆ τὴν κατηγορίαν βεβαιοῦσα τοῖς γόοις. ἐπεὶ δὲ μεταδοῦναι κἀμοὶ λόγων ἠξίουν, ὁ γραμματεὺς προσελθὼν, ἠρώτα στενὸν ἐρώτημα, Εἰ τῷ πατρὶ ξιφήρης ἐπῆλθον; ἐμοῦ δὲ, Ἐπῆλθον μὲν, εἰπόντος, ἀλλ' ὅπως, ἀκούσατε· ἀνεβόησαν

illi gladius e manibus excideret, efficiens, confugi ad vos, nomenque iſtius defero. Tametſi enim mihi per leges liceret, mea manu illum interimere, tamen nolui, idque totum veſtro reliqui arbitrio, melius me factu-rum exiſtimans, ſi de filio lege, non caede, ſumerem poenam. Et ſimul illacrimabat. Eiulabat quoque Demaeneta, & ſe ob meum caſum dolore affici ſimulabat; miſerum appellans, ac iuſte quidem, ſed ante tempus, moriturum, a malis Geniis adverſus parentes incitatum; non lugens magis, quam teſtificans lacrimis, & ceu veram accuſationem ploratu confirmans. Cum autem & mihi dicendi poteſtatem dari poſtularem, ſcriba accedens, conciſam quaeſtionem inſtituit, An patrem armatus gladio aggreſſus eſſem? Me vero, Aggreſſus ſum quidem, dicente, ſed quemadmodum, audite: exclama-

1 Παρασκευάσασα) Cod. Palat. παρακελεύσασα, quod rectius iudicabat Commel. Ego vulgatum accommodatius puto.

ἅπαντες, καὶ οὐδὲ ἀπολογίας μοι μετεῖναι κρίναντες, οἱ μὲν λίθοις βαλεῖν, οἱ δὲ τῷ δημίῳ παραδιδόναι καὶ ὠθεῖσθαι εἰς τὸ βάραθρον ἐδοκίμαζον. ἐμοῦ δὲ παρὰ πάντα τὸν θόρυβον καὶ τὸν χρόνον, ὃν περὶ τῆς τιμωρίας διεχειροτόνουν, Ὦ μητρυιὰ, βοῶντος, διὰ μητρυιὰν ἀναιροῦμαι, μητρυιὰ με ἄκριτον ἀπόλλυσι, προσέστη τοῖς πολλοῖς τὸ λεγόμενον, καὶ εἰσῄει τῶν ὄντων ὑποψία. καὶ [1] ἠκούσθην μὲν οὐδὲ τότε· προκατείληπτο γὰρ ὁ δῆμος ἀκαταπαύστῳ θορύβῳ.

ιδʹ. Τῶν δὲ ψήφων διακρινομένων, οἱ μὲν τὸν θάνατον καταχειροτονήσαντες, ἦσαν εἰς ἑπτακοσίους καὶ χιλίους· οἱ μὲν καταλεῦσαι, οἱ δὲ εἰς τὸ βάραθρον πέμψαι κρίναντες. οἱ λοιποὶ δὲ εἰς χιλίους, ὅσοι τι καὶ τῇ ὑπονοίᾳ τῇ κατὰ τῆς μητρυιᾶς δόντες, φυγῇ με ἐς τὸ διηνεκὲς ἐζημίωσαν. ἀλλ' ὅμως ἡ τούτων ἐκράτει ψῆ-

runt omnes, ac neque caufae dicendae ius ad me pertinere iudicantes, alii me lapidibus obrui debere, alii carnifici tradi, & in barathrum praecipitari cenfebant. Me vero, toto hoc tumultu & temporis intervallo, quo de poena ftatuebant, O noverca, clamante, heu propter novercam tollor, noverca me iniudicatum perimit; adhaefit ad multos id, quod a me dicebatur, & fubibat eos fufpicio rei ipfius, ut erat acta. Verum ne tum quidem audiebar: ingens enim tumultus & perturbatio populum praeoccupaverat.

XIV. Cum autem calculi difcernerentur, mortem mihi decernentes circiter mille & feptingenti reperti, quorum alii lapidibus me obruendum effe, alii in barathrum mittendum iudicabant. Reliqui vero ad mille, aliquid dantes fufpicioni de noverca, exfilio me perpetuo damnabant. Nihilominus tamen horum vicit fententia. Tam-

1 Ἠκούσθην) Palat. & Xyl. ἠκούσθη, quod referendum ad antec. λεγόμενον. Sed praeftat vulgata.

φος. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων [1] ὁμοῦ πάντων ἦσαν ἐλάττους, ἐκείνων δὲ διάφορα ψηφισαμένων, εἰς τὸ μέρος οἱ χίλιοι πλείους ἐγένοντο. κἀγὼ μὲν οὕτως ἐξηλαυνόμην ἑστίας τε πατρῴας καὶ τῆς ἐνεγκούσης. οὐ μὴν ἀτιμώρητός γε ἡ θεοῖς ἐχθρὰ Δημαινέτη περιελείφθη. τὸν δὲ τρόπον εἰσαῦθις ἀκούσεσθε. τὸ δὲ νῦν καὶ ὕπνου μεταληπτέον. τό τε γὰρ πολὺ προέβη τῆς νυκτὸς, καὶ ὑμῖν πολλῆς δεῖ τῆς ἀναπαύσεως. Καὶ μὴν προσεπιτρίψεις γε ἡμᾶς, ἔφη ὁ Θεαγένης, εἰ τὴν κακίστην ἀτιμώρητον ἐάσης ἐν τῷ λόγῳ Δημαινέτην. Οὐκοῦν ἀκούοιτ' ἂν, ἔφη ὁ Κνήμων, ἐπειδήπερ ὑμῖν οὕτω φίλον. ἐγὼ μὲν, ὡς εἶχον, μετὰ τὴν κρίσιν εἰς τὸν Πειραιᾶ κατέβην, καὶ νεὼς ἀναγομένης ἐπιτυχὼν, τὸν πλοῦν εἰς Αἴγιναν ἐποιούμην, ἀνεψιοὺς εἶναι μοι τῆς μητρὸς ἐνταῦθα πυνθανόμενος. κατάρας δὲ, καὶ τοὺς ἐπιζητου-

etſi enim erant aliis ſimul coniunctis pauciores, tamen, cum illi diverſa tuliſſent ſuffragia, ſigillatim collatione facta, mille iſti maiorem numerum efficiebant. Atque ego quidem ita laribus paternis & patria pellebar. Nec tamen Diis inviſa Demaeneta hoc deinceps impune tulit: quo autem pacto, poſtea audietis. Nunc autem vobis eſt ſomno indulgendum: nam & ad multam noctem proceſſit, & vobis longa quiete opus eſt. Immo maiore moleſtia nos afficies, inquit Theagenes, ſi peſſimam hanc inultam in narratione reliqueris. Audite igitur, inquit Cnemon, quandoquidem vobis ita lubet. Ego ita, ut eram, poſt iudicium deſcendi in Piraeum, & nactus navem, quae tum ſolvebat, navigabam Aeginam, reſciſcens, illic me habere conſobrinos matris. Eo cum ap-

1 Ὁμοῦ πάντων) Senſus: *Ceteris enim, coniunctim numeratis, etſi hi numero inferiores eſſent, tamen, cum ii diverſa ſtatuiſſent, neque, qui eiuſdem ſententiae eſſent, mille maiorem numerum efficerent, vicit horum ſententia.*

μένους ἀνευρὼν, οὐκ ἀηδῶς τὰ πρῶτα διῆγον. εἰκοστῇ δὲ ὕστερον ἡμέρᾳ συνήθως ἀλύων, ἐπὶ λιμένα κατῆλθον. καὶ λέμβος ἄρτι [1] κατεφέρετο. μικρὸν οὖν ἐπιστὰς, ὁπόθεν τε εἴη καὶ τίνας ἄγοι περιεσκόπουν. [2] οὔπω δὲ τῆς ἀποβάθρας ἀκριβῶς κειμένης, ἐξήλατό τις, καί με προσδραμὼν περιέβαλεν. ἦν δ' ἄρα Χαρίας τῶν ἐμῶν συνεφήβων. καὶ, Ὦ Κνήμων, εὐαγγέλιά σοι κομίζω, φησίν. [3] ἔχεις παρὰ τῆς πολεμίας τὴν δίκην· Δημαινέτη τέθνηκεν. Ἀλλὰ σώζοιο μὲν, ἔφην, ὦ Χαρία. τί δὲ παρατρέχεις τὸ εὐαγγέλιον, ὥσπερ τι τῶν ἀτόπων ἀπαγγέλλων; εἰπὲ δὲ καὶ τὸν τρόπον. ὡς σφόδρα δέδοικα, μὴ τῷ κοινῷ κέχρηται θανάτῳ, καὶ διέ-

plicuiſſem, & eos, quos inquirebam, inveniſſem, non inſuaviter primo tempus degebam. Vigeſimo vero poſt die ſolito more exſpatians deſcendi ad portum. Ecce autem lembus appellebat. Paullulum igitur commoratus, unde eſſet, & quos apportaret, conſiderabam. Necdum pons recte iacebat, cum exſiluit quidam, & me accurrens amplectebatur. Erat autem Charias, unus ex meis ſynephebis: &, O Cnemon, laetum nuntium tibi affero, inquibat. Luit iam tibi inimica poenas: Demaeneta mortua eſt. O utinam ſis ſalvus, Charia. Cur autem praeteris hoc, quidquid eſt laeti nuntii, tanquam quidpiam importunum afferas? Expone, quaeſo, & modum. Quam metuo, ne uſitato more ſit mortua, & effugerit

1 Κατεφέρετο) Baſ. κατεφαίνετο. Ita & interpres Lat. *apparebat.* Sed κατεφέρετο e Palat. & Xyl. recte Commel. praetulit.

2 Οὔπω δὲ τῆς ἀποβάθρας) Cod. Taur. teſte Dorv. ad Char. p. 597, οὔπω δὲ οὐδὲ τῆς ἀποβάθρας ἀκριβῶς κειμένης, ἐξήλλετό τις, καί με προσδραμὼν περιέβαλλεν· non male, eodem recte monente. Ed. Baſ. habet ἐξήλλατο, quae & ipſa forte voluit ἐξήλλετο.

3 Ἔχεις τὴν δίκην) Cod. Xyl. ἔχεις τὴν νίκην, quod locum haberet, ſi Cnemon in iudicio viciſſet. Mox pro ἀπαγγέλλων Xyl. Cod. habet ἐπαγγέλλων, ſollemni varietate.

ὅρα τὸν πρὸς ἀξίαν. Οὐ παντάπασιν, ἔφη ὁ Χαρίας, ἐκλέλοιπεν ἡμᾶς ἡ δίκη [1] καθ' Ἡσίοδον. ἀλλὰ μικρὸν μὲν ἄν τι καὶ παρίδοι ποτὲ, τῷ χρόνῳ τὴν ἄμυναν παρέλκουσα. τοῖς δὲ οὕτως ἀθέσμοις [2] ὀξὺν ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν· ὡς δὴ καὶ τὴν ἀλιτήριον μετῆλθε Δημαινέτην. ἔλαθε δέ με τῶν γεγονότων ἢ λεχθέντων οὐδὲν, τῆς Θίσβης, ὡς οἶσθα, κατὰ τὴν πρός με συνήθειαν πάντα διηγουμένης. τῆς γὰρ ἀδίκου σοι φυγῆς ἐπιβληθείσης, ὁ μὲν ἄθλιός σοι πατὴρ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι μεταμελούμενος, εἰς ἀγρόν τινα καὶ ἐσχατιὰν ἑαυτὸν ἀπῴκισε, κἀκεῖ διῆγεν -- [3] ὃν θυμὸν κατέδων,

mortem, qua digna fuerat. Non omnino deſeruit nos, inquit Charias, iuſtitia, ſecundum Heſiodi ſententiam; ſed quamvis interdum aliquantiſper connixerit in ſceleribus hominum, in longum tempus ultionem protrahens, tamen in eiuſmodi nefarios acrem iniicit oculum: quae & de conſcelerata Demaeneta ſupplicium ſumſit. Neque me quidquam latuit eorum, quae dicta aut facta fuerunt, Thisbe mihi pro conſuetudine, quae illi mecum intercedebat, omnia narrante. Cum enim tibi exſilium iniuſtum decretum attuliſſet, pater infelix, horum, quae fecerat, poenitentia ductus, in agrum quendam & ſolitariam villam ſeſe a conſuetudine hominum abduxit, &

1 Καθ' Ἡσίοδον) Heſiod. Op. 214 ſqq.

2 Ὀξὺν ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμὸν) Cod. Taur. ὀξὺν ἐπιβάλλει τὸν ἰόν· at longe praeſtat vulgata τὸν ὀφθαλμόν. Utrique rei aeque convenit ὀξύτης, *iaculo* & *oculo*: at *Iuſtitiae oculum* elegantius & uſitatius tribueris. Theodor. Prodr. IV, p. 153:

Τὸ τῆς δίκης γὰρ ὄμμα τῆς πανοπτρίας
Ἄγρυπνόν ἐστιν, οὐδὲ μικρὰ καμμύει,
Καὶ τοῖς ἀδικήσασιν ἄγριον βλέπει.

Ammianus Marc. XXIX, 2: *Inconnivens Iuſtitiae oculus, arbiter & vindex perpetuus rerum.* Haec Dorvill. ad Char. p. 204. Eadem ratione Ciceroni & aliis dicitur *oculum alicui rei adiicere*, quam attente ſpectamus, diligenter obſervamus.

3 Ὃν θυμὸν κατέδων) Homer. Il. ζ, v. 202:

Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

τοῦτο δὴ τὸ τοῦ ἔπους· τὴν δὲ εὐθὺς Ἐριννύες ἤλαυνον, καὶ μανικώτερον ἤρα σου μὴ παρόντος, καὶ θρήνων οὐκ ἐπαύετο, δῆθεν μὲν τῶν ἐπὶ σοὶ, τὸ δ' ἀληθὲς, τῶν ἐφ' ἑαυτῇ, καὶ, Κνήμων, ἐβόα νύκτα τε καὶ μεθ' ἡμέραν, παιδίον γλυκύτατον, ψυχὴν ἑαυτῆς ὀνομάζουσα, ὥστε καὶ αἱ γνώριμοι τῶν γυναικῶν φοιτῶσαι παρ' αὐτὴν, σφόδρα μὲν ἐθαύμαζον, καὶ ἐπῄνουν, εἰ μητρὸς ἡ μητρυιὰ πάθος ἐπεισδείκνυται, παραμυθεῖσθαί τε καὶ ἐπιῤῥωννῦναι ἐπειρῶντο. ἡ δὲ, ἀπαραμύθητον εἶναι τὸ κακὸν, καὶ οἷον ἐγκεῖσθαι τῇ καρδίᾳ κέντρον ἀγνοεῖν τὰς ἄλλας ἔλεγεν.

ιε'. Εἰ δέ ποτε γένοιτο καθ' ἑαυτὴν, πολλὰ τὴν Θίσβην ἐμέμφετο, ὡς οὐ προσηκόντως ὑπηρετησαμένην· Ἡ σπουδαία περὶ τὰ δεινὰ, λέγουσα, ἡ πρὸς μὲν τὸν ἔρωτα μὴ συμπράξασα, ἐπὶ δὲ τὸ στερηθῆναι με

ibi degebat aetatem, ſuum animum exedens, ut ait poëta. Illam vero ſtatim furiae agitabant, & maiore cum furore te abſentem amabat, neque luctum intermittebat unquam, quaſi tuum caſum deplorans, revera autem magis ſortem ſuam: &, Cnemon, clamabat noctu ac interdiu, puſio ſuaviſſime, animam ſuam te appellans: ut etiam notae mulieres, illam inviſentes, magnopere mirarentur, eamque laudarent, quod noverca materno amore eſſet praedita, & conſolari & confirmare conarentur. Illa vero maius malum eſſe, quam ut conſolatione leniri poſſet, & alias ignorare, quantus ſtimulus cor illius premeret, dicebat.

XV. Cum vero ad ſe rediiſſet, multis modis Thisben accuſabat, quod non commode illi inſerviiſſet: Quam nimium prompta & ad res atroces, inquiens, quae in amore quidem me non adiuviſti, at, ut cariſſimo priva-

τοῦ φιλτάτου, καὶ λόγου ταχίων ἀποδειχθεῖσα, μηδὲ μεταβουλεύσασθαί μοι συγχωρήσασα. καὶ δήλη παντοίως ἐγένετο κακόν τι διαθήσουσα τὴν Θίσβην. ἡ δὲ βαρυμηνιῶσαν ὁρῶσα, καὶ πάντη λυπηθεῖσαν, ἐπιβουλεῦσαι πρόχειρον, [1] καὶ οὐχ ἥκιστα τῷ τε θυμῷ καὶ ἔρωτι περιμανῆ τυγχάνουσαν, ἔγνω προλαβεῖν καὶ φθῆναι, τῇ κατ᾽ ἐκείνης ἐπιβουλῇ σωτηρίαν ἑαυτῆς περιποιοῦσα· καὶ εἰσελθοῦσα, Τί ταῦτα, ὦ δέσποινα, ἔλεγε, τί μάτην ἔχεις ἐν αἰτίᾳ θεραπαινίδα τὴν σήν; ἐγὼ μὲν σοι πρὸς τὸ βούλημα τὸ σὸν, ἀεί τε καὶ νῦν ὑπηρετησάμην. εἰ δέ τι τῶν μὴ κατὰ γνώμην ἐκβέβηκεν, ἐκεῖνα μὲν τῇ τύχῃ λογιστέον. ἕτοιμος δὲ, εἰ κελεύεις, ἐπινοεῖν τινα τῶν παρόντων λύσιν. ἡ δὲ, Καὶ τίς ἂν εὑρεθείη, φιλτάτη, ἔφη, τοῦ δυναμένου λῦσαι τὰ

rer, dicto citius effecisti, neque spatium mutandi consilii mihi concessisti: & prorsus manifesto prae se ferebat, quod esset illi mali aliquid molitura. Illa vero graviter indignantem videns, & omnino moerore perditam, paratamque ad insidias comparandas, ira simul & amore insanientem, statuit illam antevenire, insidiis illi structis saluti suae consulens; & ingressa ad eam, Quid est hoc, o domina, dicebat, cur frustra accusas famulam tuam? Ego quidem voluntati tuae, cum antea semper, tum etiam nunc sum obsecuta: quod si aliquid non evenit ex animi sententia, illa sunt fortunae adscribenda. Atqui & nunc, si iubes, in excogitando levamine praesentis moeroris, studium meum tibi non deerit. Quod autem, mea tu, inquit illa, reperiri possit, cum is, qui haec levare potuisset, magno locorum intervallo a no-

1 Καὶ οὐχ ἥκιστα) Absunt haec verba ab ed. Bas. & Interprete Lat. Habet tamen Cod. Palat. & Xyl. unde Commel. adiecit. Ex iisdem & Vatic. idem mox inseruit φιλτάτη.

νῦν ἐκποδὼν γεγονότος, κἀμὲ τῆς παρ' ἐλπίδα τῶν δικαζόντων φιλανθρωπίας ἀνελούσης. εἰ γὰρ ἐβέβλητο τοῖς λίθοις, εἰ γὰρ ἀνῄρητο, πάντως ἂν κἀμοὶ συνετεθνήκει τὰ τοῦ πάθους. τὸ γὰρ ἀπελπισθὲν ἅπαξ, ἐξῄρηται τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ μηδαμόθεν ἔτι προσδοκώμενον, ἀπαλγεῖν παρασκευάζει τοὺς κάμνοντας. νῦν δὲ ὁρᾷν φαντάζομαι, παρόντος ἀκούειν ἀπατῶμαι, ἐνειδίζοντα τὴν ἄδικον ἐπιβουλὴν αἰσχύνομαι συντεύξεσθαι. ποτὲ δὲ ἐπελθόντι καὶ ἀπολαύσειν, ἢ καὶ αὐτὴ παρ' ἐκεῖνον φοιτήσειν, ὅπου ποτ' ἂν ᾖ γῆς, ὑποτίθεμαι. ταῦτα ὑπεκκαίει, ταῦτα ἐκμαίνει· δίκαια μὲν, ὦ θεοὶ, πάσχω· τί γὰρ οὐ περιεῖπον, ἀλλ' ἐπεβούλευον; τί δὲ οὐχ ἱκέτευον, ἀλλ' ἐδίωκον; ἠρνήσατο τὴν πρώτην; ἀλλὰ προσηκόντως. ἀλλοτρίαν μὲν, ἀλλ' οὖν γε πατρῴαν εὐνὴν ᾐσχύνετο. τυχὸν ἂν μετεπείσθη χρό-

bis disiunctus ſit, & me eorum, qui iudicabant, inſperata lenitas peremerit? Si enim lapidibus obrutus fuiſſet, omnino & in me una exſtincta fuiſſent & mortua haec cupiditatis incendia. Cuius enim ſpes abiecta ſemel eſt, tollitur ex animo, & quod non amplius exſpectatur, efficit, ut ad omnem ſenſum doloris aegri animi occalleſcant. Nunc videre me illum videor, per errorem praeſentem audire arbitror, iniuſtas inſidias mihi exprobrantem alloqui erubeſco. Interdum vero & adveniente fruituram eſſe me exiſtimo, & nonnunquam ipſa ad illum, ubi ubi terrarum ſit, ire ſtatuo. Haec me inflammant, haec ad furorem adigunt. Iuſta quidem, o Dii, patior: cur enim illum non benevolentia complectebar, ſed inſidiis petebam? cur non ſupplex fui, ſed hoſtiliter ſum perſecuta? Non admiſit primum, & merito quidem, ut alienam. Cubile paternum reverebatur. Fortaſſis adductus fuiſſet, cum tempore tum perſuaſio-

ιω πρὸς τὸ ἡμερότερον, καὶ πειθοῖ μεταπλαττόμενος. ἀλλ' ἡ θηριώδης ἐγὼ καὶ ἀνήμερος, ὥσπερ οὐκ ἐρῶσα τινὸς ἀλλ' ἄρχουσα, δεινὸν, ὅτι μὴ ἐξ ἐπιτάγματος [1] ἐπήκουσεν, ἐποιησάμην, καὶ εἰ τῆς Δημαινέτης ὑπερεῖδε πολὺ τὴν ὥραν αὐτῆς ὑπερβάλλων. ἀλλ, ὦ γλυκεῖα Θίσβη, τίνα λύσιν ὠνόμαζες ῥαδίαν; Ὦ δέσποινα, ἔφη, τοῖς πολλοῖς μὲν ὁ Κνήμων ὑπεξῆλθε τοῦ ἄστεος, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐξώρμησε τῇ κρίσει πειθόμενος, ἐμὲ δὲ ἅπαντα διά σε πραγματευομένην οὐκ ἔλαθεν, αὐτοῦ που πρὸ τοῦ ἄστεος κρυπτόμενος. Ἀρσινόην ἀκούεις που πάντως τὴν αὐλητρίδα; ταύτῃ ἐκέχρητο. μετὰ δὲ τὴν δυστυχίαν, ὑποδέχεται αὐτὸν ἡ μεῖραξ, καὶ συναπαίρειν ἐπαγγελλομένη, παρ' ἑαυτῇ κατέχει, κρυπτόμενον τέως, ἕως ἂν συσκευάσηται. καὶ ἡ Δημαινέτη, Μακαρία μὲν Ἀρσινόη, φησὶ, τῆς τε πρό-

nibus in leniorem sententiam traductus. Sed ego fera & immanis, quasi non amarem quempiam, sed illi imperarem, crudele facinus, quod imperio non paruisset, & quod Demaenetam contemsisset, quam longe forma superabat, perpetravi. Ceterum, o mea Thisbe, quam levationem facilem nominasti? O domina, inquit, multorum opinione Cnemon ex urbe abiit, & Attica regione iudicio obtemperans excessit. Me vero non latuit, propter te enixe omnia inquirentem, quod hic quodam in loco ante urbem occultetur. De Arsinoë tibicina audisti procul dubio: cum hac consueverat. Post calamitatem recipit eum puella, & promittens, se una emigraturam esse, detinet domi suae absconditum tamdiu, quoad sese ad iter accinxerit. Demaeneta autem, O beatam, inquit, Arsinoën, tum propter priorem con-

1 Ἐπήκουσεν) Palat. ὑπήκουσεν, quod usitatius, & mox πολλῷ pro πολύ.

τερον πρὸς Κνήμωνα συνηθείας, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ νυνὶ προσδοκωμένης ἐκδημίας. ἀλλὰ τί ταῦτα ἂν εἴη πρὸς ἡμᾶς; Μεγάλα, ἔφη, ὦ δέσποινα. ἐρᾷν μὲν ἐγὼ προσποιήσομαι τοῦ Κνήμωνος. παρακαλέσω δὲ τὴν Ἀρσινόην, οὖσαν μοι πάλαι γνωρίμην ἀπὸ τῆς τέχνης, εἰσαγαγεῖν με ὡς αὐτὸν νύκτωρ ἀνθ' ἑαυτῆς. ἅπερ εἰ γένοιτο, σὸν ἂν εἴη τὸ ἐντεῦθεν Ἀρσινόην εἶναι δοκεῖν, καὶ φοιτᾷν παρ' αὐτὸν ὡς ἐκείνην. μελήσει δέ μοι καὶ ὑποβεβρεγμένον αὐτὸν κατακλῖναι παρασκευάσαι. εἰ δὲ τύχῃς, ὧν βούλει, μάλιστα μὲν εἰκὸς σχολάσαι τὸν ἔρωτα. πολλαῖς κατὰ τὴν πρώτην πεῖραν ἐναπεσβέσθη τὰ τῆς ἐπιθυμίας. κόρος γὰρ ἔρωτος τῶν ἔργων τὸ τέλος. εἰ δὲ ἐναπομείνειεν, ὃ μὴ γένοιτο, δεύτερος ἔσται, φασὶ, πλοῦς [1] καὶ ἑτέρα βουλή. τὸ παρὸν τέως θεραπεύωμεν.

ſuetudinem, quae illi cum Cnemone interceſſit, tum propter hoc exſilium, quod ipſi cum illo contigit. Sed haec quid ad nos pertinent? Magnopere, o domina. Amare me ego Cnemonem ſimulabo, rogaboque Arſinoën, iam pridem mihi notam ex arte, ut me introducat noctu ad eum, ſuum in locum. Quod ſi a me obtinebitur, tuum erit, ut te iam Arſinoën eſſe putes, & tanquam illa ad eum ingrediaris. Curabo autem id quoque, ut, cum aliquantum adbiberit, cubitum eat. Si igitur adepta fueris id, quod cupis, maxime tum convenit vacare amori. Multis primo experimento exſtinctum eſt cupiditatis incendium. Amoris enim, quo res proſequimur, finis eſt ſatietas. Quod ſi tum quoque manſerit, quod abſit, ſecunda erit, ut aiunt, navigatio, & aliud conſilium. Interea curemus id, quod in praeſentia licet.

1 Καὶ ἑτέρα βουλὴ) Cod. Taur. καὶ δευτέρα βουλὴ, apud Dorvill. ad Char. p. 282, qui fuſe de paroemia, δεύτερος πλοῦς, agit. Vide & Intpp. ad Suid.

ιϛʹ. Ἐπῄνει ταῦτα ἡ Δημαινέτη, καὶ προστιθέναι τάχος τοῖς δεδογμένοις ἱκέτευεν. ἡ δὲ μίαν ἡμέραν ἐνδοθῆναι αὐτῇ πρὸς τὸ διανῦσαι ταῦτα παρὰ τῆς δεσποίνης αἰτήσασα, παρὰ μὲν τὴν Ἀρσινόην ἐλθοῦσα, Τελέδημον οἶσθα, ἔλεγε. τῆς δὲ ὁμολογούσης· Ὑπόδεξαι ἡμᾶς, ἔφη, τὸ τήμερον· ὑπεσχόμην γὰρ αὐτῷ συγκαθευδήσειν. ἥξει δὲ πρότερος· ἐγὼ δὲ, ὅταν κατακλίνω τὴν δέσποιναν. πρὸς δὲ τὸν Ἀρίστιππον εἰς ἀγρὸν διαδραμοῦσα, Ὦ δέσποτα, ἔλεγεν, ἥκω σοι κατήγορος ἐμαυτῆς, καὶ κέχρησο ὅ, τι βούλει. τὸν παῖδα [1] δι' ἐμὲ ἀπολώλεκας, οὐχ ἑκοῦσαν μὲν, ἀλλ' ὅμως συναιτίαν γενομένην. αἰσθομένη γὰρ τὴν δέσποιναν οὐκ ὀρθῶς βιοῦσαν, ἀλλ' εὐνὴν τὴν σὴν ἐνυβρίζουσαν, αὐτὴ τε περὶ ἐμαυτῆς δείσασα, μή ποτε κακὸν λάβοιμι, τὸ

XVI. Approbabat haec & collaudabat Demaeneta, & ut quamprimum aggrederetur ea, quae fuerunt conſtituta, orabat. Illa vero diem unum ſibi ad haec peragenda concedi a domina cum poſtulaſſet, Arſinoën quidem conveniens: Teledemum noſti? dicebat. Hac vero annuente: Recipe nos, inquit, hodie: pollicita ſum enim illi hanc noctem. Veniet autem prior, at ego ſubſequar, cum dominam cubitum deduxero. Ad Ariſtippum autem cum percurriſſet in agrum, ſic locuta eſt: Venio ad te, here, accuſatrix mei ipſius, & ſtatuas in me poenam arbitrio tuo: filium per me amiſiſti, non quidem volentem, ſed tamen adiutricem. Cum enim ſenſiſſem, dominam haud recte vivere, ſed cubili tuo iniuriam inferre, tum mihi ipſi metuens, ne, ſi res per alium quempiam deprehenſa fuiſſet, non effugerem ma-

1 Δι' ἐμὲ ἀπολώλεκας) Cod. Xyl. δι' ἐμὲ τήμερον ἀπολώλεκας. Verius Palat. δι' ἐμὲ τὸ μέρος ἀπολώλεκας. Hoc vult: pars aliqua huius tragoediae fui; hera vero, maxima. Commel,

πρᾶγμα εἰ δι' ἄλλου φωραθείη, καὶ ἐπί σοι περιαλγήσασα, εἰ οὕτω περιέπων τὴν συνοικοῦσαν τοιαῦτα ἀντιπάσχοις, αὐτὴ μέν σοι προσαγγεῖλαι κατώκνησα, φράζω δὲ τῷ νέῳ δεσπότῃ, νύκτωρ παρ' αὐτὸν ἐλθοῦσα, ὡς ἂν γνοίη μηδεὶς, καὶ ἔλεγον, ὡς μοιχὸς ἅμα τῇ δεσποίνῃ συγκαθεύδοι. ὁ δὲ, (προὐλελύπητο γὰρ, ὡς οἶσθα, πρὸς αὐτῆς) ἔνδον εἶναι τότε με λέγειν τὸν μοιχὸν νομίσας, ὀργῆς ἀκατασχέτου πληρωθεὶς, ἀνελόμενος τὸ ἐγχειρίδιον, ἐμοῦ πολλάκις κατέχειν πειρωμένης, καὶ, ὡς οὐδὲν εἴη τοιοῦτον ἐπὶ τοῦ παρόντος, λεγούσης, μικρὰ φροντίσας, ἢ καὶ μεταβαλέσθαι προσδοκήσας, ἐπὶ τὸν θάλαμον ἐμμανὴς ἵεται· καὶ τὰ λοιπὰ γινώσκεις. τὸ δὲ παρὸν ἔνεστί σοι [1] βουλομένῳ πρὸς τὸν παῖδα καὶ εἰ φεύγει τὰ νῦν ἀπο-

lum; tum praecipue tuam vicem dolens, quod, cum tanto amore coniugem tuam complectereris, talem tamen ab illa referres gratiam: ipsa tibi nuntiáre verita, iuveni hero indico, cum noctu ad illum venissem, ut nullus scire posset: & dicebam, quod adulter cum domina incestam consuetudinem haberet. At ille (erat enim ab illa, ut scis, antea exacerbatus) putans me tum adulterum intus esse dicere, ira vehementi incitatus, arrepto pugione, me saepius retinere cupientem, & quod tum nihil tale esset dicentem, parum curans, vel etiam poenitere indicii, & sententiam mutasse, arbitratus, ad thalamum tanquam amens ibat: reliqua iam nosti. Nunc vero tibi licet, ut te de filio, quamvis in exsilio degat aetatem, in praesentia purges, & de ea, quae utrum-

1 Βουλομένῳ -- ἀπολογήσασθαι) Βουλομένῳ e Codd. inseruit Commel. Pro ἀπολογίσασθαι rescripsi ἀπολογήσασθαι, motus auctoritate Dorv. ad Charit. p. 649, etsi & alterum habet, quo se tueatur. Quod si sequaris, sensus erit: data tibi facultas est, iniuriam filio tuo uxoris suasu illatam compensare, vindicare, eam iterum mulctando.

λογίσασθαι, καὶ παρὰ τῆς ἀμφοτέρους ὑμᾶς ἀδικούσης τιμωρίαν λαβεῖν. ἐπιδείξω γάρ σοι τήμερον ἅμα τῷ μοιχῷ τὴν Δημαινέτην, ἐν οἰκίᾳ, καὶ ταῦτα ἀλλοτρίᾳ, ἐκτὸς τοῦ ἄστεος, κατακεκλιμένην. Εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως ἐπιδείξειας, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, σοὶ μὲν ἐλευθερίας μισθὸς ἀποκείσεται. ἐγὼ δὲ τάχα ἂν ἐπιβιῴην, τὴν πολεμίαν ἀμυνόμενος. ὡς πάλαι γε σμύχομαι ἐμαυτῷ, καὶ τὸ πρᾶγμα δι' ὑποψίας ἔχων, ἀπορίᾳ τῶν ἐλέγχων ἡσύχαζον. ἀλλὰ τί δεῖ ποιεῖν; ἡ δὲ, Τὸν κῆπον οἶσθα, ἔλεγεν, ἔνθα τὸ μνῆμα τῶν Ἐπικουρείων; ἐνταῦθα εἰς ἑσπέραν ἐλθὼν περίμενε.

ιζ'. Καὶ ἅμα εἰποῦσα, ἀπέτρεχε· καὶ πρὸς τὴν Δημαινέτην ἐλθοῦσα, Κόσμει, ἔφη, σαυτὴν, ἁβροτέρως ἔχουσαν ἥκειν προσήκει· πάντα σοι τὰ ἐπηγγελμένα ηὐτρέπισται. ἡ δὲ περιέβαλέ τε, καὶ ἔπραττεν,

que veſtrûm iniuria affecit, poenas ſumas. Oſtendam enim tibi hodie Demaenetam cum adultero, in domo, quod vel maxime indignitatem auget, aliena, extra urbem, cubantem. Si haec ita demonſtraveris, inquit Ariſtippus, tibi quidem libertatis pretium perſolvetur: mihi vero tum forte vivere libebit, ubi inimicam illam ultus fuero. Quamdiu ego iam angor animo: nihilominus tamen, etſi rem ſuſpicabar, cum manifeſta argumenta, quibus convincere poſſem, non haberem, quieſcebam. Sed quid faciendum eſt? Hortum ſcis, inquit, ubi eſt monumentum Epicureorum? Ibi me ſub veſperam veniens opperito.

XVII. Hoc elocuta, recurrebat; & ad Demaenetam veniens, Adorna te, inquit: delicatius comtam venire decet. Omnia, quae tibi a me promiſſa fuerunt, parata ſunt. Illa autem amiciebat ſeſe, & faciebat ita, quem-

ὡς ἐκέλευσεν. ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης, ἀναλαβοῦσα ἦγεν, ὡς συνετέτακτο. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, τὴν μὲν ἐπιστῆναι μικρὸν ἐκέλευεν· αὐτὴ δὲ προλαβοῦσα, παρεκάλει τὴν Ἀρσινόην, εἰς ἕτερον μεταστῆναι δωμάτιον, καὶ σχολὴν αὐτῇ παρασχεῖν. ἐρυθριᾷν γὰρ, ἔφη, τὸ μειράκιον, ἄρτι τῶν Ἀφροδίτης μυούμενον. τῆς δὲ πεισθείσης, ἐπανελθοῦσα παρελάμβανε τὴν Δημαινέτην, καὶ εἰσαγαγοῦσα κατακλίνει τε, καὶ τὸν λύχνον ἀφαιρεῖ, τοῦ μὴ γνωρισθῆναι αὐτὴν παρά σου δῆθεν τοῦ ἐν Αἰγίνῃ διάγοντος, καὶ σιωπῶσαν πληροῦν τὴν ἐπιθυμίαν [1] παρεγγυήσασα. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν νεανίαν ἄπειμι, φησὶ, καὶ ἥξω σοι φέρουσα. πίνει δὲ ἐνταῦθα ἐκ γειτόνων. καὶ ὑπεξελθοῦσα, τὸν Ἀρίστιππον, ἔνθα προείρητο, καταλαμβάνει, καὶ δεσμεῖν ἐπιστάντα τὸν μοιχὸν ἤπειγεν. ὁ δὲ εἵπετο, καὶ ἐπιστὰς, εἰστρέχει

admodum iusserat. Postea vero quam advenit vespera, secum assumtam ducebat, ut erat constitutum. Cumque iam prope accederent, eam quidem subsistere paullulum iussit: ipsa vero antevertens, rogabat Arsinoën, in alteram ut emigraret domunculam, & sibi quietem concederet. Erubescere enim aiebat adolescentulum, nuper Veneris rebus initiatum. Hac vero sibi persuaderi facile passa, reversa adiungebat sibi Demaenetam: & cum introduxisset, deponit in lectum, & candelam aufert, ne scilicet agnosceretur a te, qui id temporis in Aegina versabaris; cumque tacentem implere cupiditatem mandasset, Ego vero ad adolescentem, inquit, abeo, & adducam tibi eum: in vicinia enim hic potat. Porro cum exiisset, Aristippum in eo loco, qui commemoratus est, deprehendit, &, ut veniens ligaret adulterum, incitabat. Ille autem subsequebatur: & cum ac-

1 Παρεγγυήσασα) Bene ita e Codd. Commelinus correxit. Ed. Bas. παρεγγυήσασαν.

τε εἰς τὸ δωμάτιον, καὶ τὴν κλίνην πρὸς μικρὰν τῆς σεληναίας αὐγὴν χαλεπῶς ἀνευρών, Ἔχω σε, εἶπεν, ὦ θεοῖς ἐχθρά. καὶ ἡ Θίσβη παραχρῆμα, ταῦτα λέγοντος, τάς τε θύρας ὡς ὅτι πλεῖστον ἐψόφησε, καί, ὢ τῆς ἀτοπίας, διαδέδρακεν ἡμᾶς ὁ μοιχός, ἀνεβόησε· καί, ὅρα, δέσποτα, μὴ καὶ τὰ δεύτερα σφαλῇς. ὁ δέ, θάρσει, ἔφη· τὴν ἀλιτήριον καὶ ἣν μάλιστα ἐβουλόμην, ἔχω. καὶ συλλαβόμενος ἦγεν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν. ἡ δὲ ἅμα πάντα τὰ περιεστῶτα, ὡς εἰκός, ἐννοήσασα, τὴν ἀποτυχίαν τῶν προσδοκηθέντων, τὴν [1] ἐπὶ τοῖς πταίουσιν ἀτιμίαν, τὴν ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαν, ἀνιωμένη μέν, ἐφ' οἷς ἡλίσκετο, χαλεπαίνουσα δέ, ἐφ' οἷς ἠπάτητο, ἐπειδὴ κατὰ τὸν βόθρον ἐγένετο τὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ, (πάντως γινώσκεις ἔνθα τοῖς ἥρωσιν οἱ

ceſſiſſet, incurrit in domunculam, lectoque vix ad exiguum lunae ſplendorem invento, Habeo te, inquit, o Diis inviſa. Thisbe autem repente, haec illo loquente, fores, ut creparent, quam maxime potuit, impulit; &, o rem inauditam, effugit nobis adulter, exclamavit. Vide autem, here, ne iterum aberres. Ille vero, Eſto fidenti animo, inquit, perditam & ſceleratam, quam maxime volui, habeo; comprehenſamque ducebat in urbem. At illa, omnia quae circumſtabant apud ſeſe expendens, ut eſt veriſimile, exſpectationis ſuae fruſtrationem, delictorum ignominiam, poenam legibus conſtitutam; tum excrucians ſeſe ob ea, in quibus deprehenſa fuerat, & indigne patiens, quod decepta & deluſa eſſet; cum ad puteum, qui eſt in Academia, perveniſſet, (notus eſt tibi locus, ubi Heroibus duces

1 Ἐπὶ τοῖς πταίουσιν) Sc. ἐπικειμένην, iis, qui hoc modo delinquunt, propoſitam ἀτιμίαν. At Cod. Xyl. offert ἐπὶ τοῖς μέλλουσαν ἀτιμίαν, ut adeo ἐπὶ τοῖς ſit pro ἐπὶ τοιούτοις, *eiuſmodi delictis irrogata*, eodem ſenſu. Eandem lectionem habent Palat. & Vat. ſed vitioſe μέλλουσιν.

πολέμαρχοι τὸ πάτριον ἐναγίζουσιν,) ἐνταῦθα ἀθρόον τοῦ πρεσβύτου [1] σπαράξασα τὰς χεῖρας, ὦσεν ἑαυτὴν ἐπὶ κεφαλήν. καὶ ἡ μὲν ἔκειτο [2] κακὴ κακῶς. ὁ δὲ Ἀρίστιππος, ἔχω παρά σου καὶ πρὸ τῶν νόμων τὴν δίκην, εἰπὼν τότε, τῷ δήμῳ πάντα εἰς τὴν ἑξῆς ἀνεκοινοῦτο, καὶ μόλις συγγνώμης τυχὼν, τοὺς φίλους περιενόστει καὶ γνωρίμους, εἴ πῃ σοὶ κάθοδον λάβοι πρυτανευόμενος. καὶ εἰ μέν τι πέπρακται τούτων, οὐκ ἔχω λέγειν. ἔφθην γὰρ δεῦρο, ὡς ὁρᾷς, κατά τι χρέος ἐμὸν ἴδιον ἐκπλεύσας. πλὴν ἀλλὰ χρὴ σε προσδοκᾷν, τήν τε κάθοδον ἐπινεύσειν τὸν δῆμον, καὶ τὸν πατέρα σοι κατὰ ζήτησιν ἥξειν. τοῦτο γὰρ ἐπηγγέλλετο.

ιη΄. Ταῦτά μοι ὁ Χαρίας ἀπήγγειλε. τὰ δὲ ἑξῆς,

more & instituto patrio parentant) repente divulsis senis manibus, in caput se praecipitem dedit. Et illa quidem iacebat mala male. Aristippus autem, dedisti mihi poenas etiam ante leges, tum cum dixisset, postridie omnia populo exponebat; & vixdum veniam consecutus, amicos obibat, quibus rationibus reditum tibi impetraret, cum illis consultans. An autem sit peractum aliquid, non possum dicere. Nam, ut vides, antequam aliquid fieret, privatae cuiusdam necessitatis causa huc navigavi. Verumtamen sperare debes, populum ad tuum reditum consensurum, & patrem ad exquirendum te venturum esse.

XVIII. Haec ita mihi Charias nuntiavit. Quae vero

1 Σπαράξασα) Apposita est haec editionis Bas. lectio, quae a Commelino silentio praetereunda non erat. Nisi forte παράξασα, quod eius ed. habet, & inde in reliquas propagatum est, pro mero sphalmate typographico habendum est. Unguibus Demaeneta Aristippi manus lacerat, ut inde suas expediat. Interpres quoque, *divulsis senis manibus*.

2 Κακὴ κακῶς) Eurip. Med. 1386: σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, κατθανῇ κακὸς κακῶς, & sic saepius.

καὶ ὅπως δεῦρο ἀφικόμην, ἢ τίσι ποτὲ κεχρημένος τύχαις, μακροτέρου δεῖται καὶ λόγου καὶ χρόνου. καὶ ἅμα ἐδάκρυεν. ἐδάκρυον δὲ καὶ οἱ ξένοι· τὸ μὲν ἐκείνου πρόφασιν, μνήμης δὲ τῶν ἰδίων ἕκαστος. καὶ οὐδ' ἂν ἔληξαν θρηνοῦντες, εἰ μή τις ὕπνος ἐπιπτὰς [1] ὑφ' ἡδονῆς τῶν γόων ἔπαυσε τῶν δακρύων. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐκάθευδον. Ὁ δὲ Θύαμις (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ λῃστάρχῳ) τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον ἐνηρεμήσας ὑπό τινων ὀνειράτων πεπλανημένων τεταραγμένος, ἀθρόον [2] τῶν ὕπνων ἀποσεσύλητο, καὶ τὴν ἐπίλυσιν διαπορῶν, ἐπηγρύπνει τοῖς φροντίσμασι. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν ἀλεκτρυόνες ᾄδουσιν, εἴτε (ὡς λόγος) αἰσθήσει

deinceps consecuta sunt, & quo modo huc veni, & qua fortuna sum usus, longiore indigent cum oratione, tum tempore: & simul collacrimavit. Flebant quoque hospites, praetextu quidem illius calamitatis, re ipsa autem quisque suorum casuum memoria: neque desiissent a ploratu, nisi quodammodo somnus advolans, prae voluptate fletus lacrimas sedasset. Et hi quidem ita se somno dederunt. Thyamis vero (hoc enim erat nomen praefecto praedonum) cum maxima parte noctis placide quievisset, a quibusdam visis somniorum errantibus deinde perturbatus, repente somno solutus est; & in solvendis illis laborans, invigilabat meditationibus. Quo enim tempore galli canunt, sive, ut ferunt, naturali sen-

1 Ὑφ' ἡδονῆς τῶν γόων ἔπαυσε τῶν δακρύων) Admovit h. l. Dorvill. simili Charitonis loco VIII, 4, p. 135. Idem notat, Taurin. Cod. pro τῶν δακρύων legere τὸν θρῆνον, ortamque esse hanc depravationem, quod non intellexerint reticeri, ἔπαυσεν ἐκείνους ἀπὸ τῶν δακρύων. Eodem teste τῶν θρήνων legit Vatic. cum aliis; quam lectionis varietatem a Commelino praetermissam mireris. Ian. Dousa ad Propert. I, 3, 46, ita h. l. corrigebat: ἔπαυσε καὶ τ. δ. vel ἔπαυσε τῶν τε δακρύων. Sed τῶν γόων referenda ad ἡδονῆς.

2 Τῶν ὕπνων ἀποσεσύλητο) Bacchylidea locutio. Χαλκέων δ' οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος· οὔτε συλᾶται μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφάρων,

φυσικῇ, τῆς τοῦ ἡλίου καθ' ἡμᾶς περιστροφῆς ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσρησιν κινούμενοι, εἴτε ὑπὸ θερμότητος ἅμα, καὶ τῆς περὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ σιτεῖσθαι θᾶττον ἐπιθυμίας, τοὺς συνοικοῦντας ἰδίῳ κηρύγματι ἐπὶ ἔργον ἐγείροντες· ὄναρ αὐτῷ θεῖον ἔρχεται τοιόνδε. κατὰ τὴν Μέμφιν μὲν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, καὶ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος ἐπερχόμενος, λαμπαδίῳ πυρὶ τὸν ὅλον ἐδόκει καταλάμπεσθαι· πεπλῆσθαι δὲ βωμοὺς μὲν καὶ ἐσχάρας ζώων παντοίων, αἵματι διαβρόχους· προπύλαια δὲ καὶ περιδρόμους, ἀνθρώπων κρότου καὶ θορύβου [1] συμμιγοῦς πάντα πληρούντων. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἐντὸς ἥκειν τῶν ἀνακτόρων, τὴν θεὸν ὑπαντῶσαν, ἐγχειρίζειν τε τὴν Χαρίκλειαν, καὶ λέγειν, ὦ Θύαμι, τήν δέ σοι τὴν παρθένον ἐγὼ παραδίδωμι. σὺ δὲ ἔχων οὐχ ἕξεις. ἀλλ' ἄδικος ἔσῃ καὶ φονεύσεις τὴν ξένην· ἡ δὲ οὐ φονευθήσεται. ταῦτα ὡς εἶδεν, ἀμηχάνως διῆ-

ſu converſionis, qua ſol nobis appropinquat, ad Dei ſalutationem commoti; ſive prae caliditate, & motus ac eſcae maturioris appetitu, una habitantes ſua denuntiatione ad operas excitantes: tale quoddam inſomnium divinitus illi apparuit. Memphi in urbe ſua, templum Iſidis ingrediens, viſus eſt ſibi videre totum facibus accenſis igne reſplendeſcere; repletas vero eſſe omni genere animantium aras, ſanguine redundantes; veſtibulum vero templi, & circuitum, hominibus, ſtrepitu & tumultu mixto omnia complentibus. Cum vero veniſſet in intimum templi adytum, Deam obviam progreſſam, tradere ſibi in manum Charicleam, ac dicere: Thyami, hanc virginem tuae commendo fidei: verumtamen habens non habebis, ſed iniquus eris, & occides hoſpitem, nec tamen illa occidetur. Haec ut vidit, angeba-

1 Συμμιγοῦς) Ed. Baſ. συμμιγούσας· male.

γε, τῇδε κἀκεῖσε τὸ δηλούμενον ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἀναστρέφων. ἤδη δὲ ἀπειρηκὼς, ἕλκει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν τὴν ἐπίλυσιν. τὸ μὲν γὰρ, ἕξεις καὶ οὐχ ἕξεις, γυναῖκα καὶ οὐκ ἔτι παρθένον ὑπετίθετο. τὸ δὲ, φονεύσεις, τὰς παρθένους τρώσεις εἴκαζεν, ὑφ᾽ ὧν οὐκ ἀποθανεῖσθαι τὴν Χαρίκλειαν. καὶ τὸ μὲν ὄναρ τοῦτον ἔφραζε τὸν τρόπον, οὕτως αὐτῷ τῆς ἐπιθυμίας ἐξηγουμένης.

ιθ΄. Ἅμα δὲ τῇ ἕω, τούστε πρώτους τῶν ὑφ᾽ αὐτὸν ἥκειν ἐκέλευε, καὶ λάφυρα τὰ σκῦλα σεμνότερον ὀνομάζων, φέρειν εἰς μέσους ἐπέταττε. καὶ τὸν Κνήμωνα ὡς αὐτὸν μετεπέμπετο, ἄγειν καὶ τοὺς φρουρουμένους ἐντειλάμενος. ἐπεὶ δὲ ἤγοντο, Τίς ἄρα τύχη διαδέξεται ἡμᾶς, ἐβόων· καὶ πολλὰ τὸν Κνήμωνα ἱκέτευον εἴ τι δύναιτο συμπράττειν. ὁ δὲ ἐπηγγέλλετο, καὶ θυ-

tur animo, huc atque illuc id, quod erat ſignificatum, quonam modo eſſet intelligendum, volvens. Poſtremo iam defeſſus, ad ſuam ſententiam trahit explicationem: hoc quidem, Habebis, & non habebis, uxorem ſcilicet, non amplius virginem, arbitrabatur. At id, Occides, hymenem vulnerabis, ſignificare coniectabat: unde non morituram eſſe Charicleam. Ac ſomnium quidem hac ratione interpretabatur, ſic illi cupiditate ipſius exponente.

XIX. Quamprimum autem dies illuxit, praecipuos, qui ſub eius poteſtate fuerant, venire iubebat, & praedam ſpoliorum nomine ſpecioſe appellans, in medium proferri imperabat: & Cnemonem ad ſeſe accerſebat, praecipiens, ut eos, qui in cuſtodia habebantur, una adduceret. Cum autem ducerentur, Quaenam excipiet nos fortuna, clamabant, & vehementer Cnemonem orabant, ut, ſi qua re poſſet, eos adiuvaret. Ille vero polliceba-

μὸν ἔχειν ἀγαθὸν προὔτρεπεν· οὐ παντάπασι βάρβαρον εἶναι τὰ ἤθη τὸν λῄσταρχον ἐγγυώμενος, ἀλλ' ἔχειν τι καὶ ἥμερον, γένος τε ὄντα τῶν ἐπὶ δόξης, καὶ [1] πρὸς ἀνάγκης τὸν παρόντα βίον ἑλόμενον. ἐπεὶ δὲ ἤχθησαν, ἤθροιστο δὲ καὶ ὁ λοιπὸς ὅμιλος, ἐπί τινος ὑψηλοῦ προκαθίσας ἑαυτὸν ὁ Θύαμις, καὶ τὴν νῆσον ἐκκλησίαν ἀποφήνας, καὶ τὰ λεχθησόμενα φράζειν τὸν Κνήμωνα καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις προστάξας, (συνίησι γὰρ ἤδη τῶν Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Θύαμις οὐκ ἠκρίβου τὰ Ἑλλήνων) Ἄνδρες, ἔλεγε, συστρατιῶται, τὴν ἐμὴν ἐπίστασθε γνώμην, οἵαν ἀεὶ [2] κέχρημαι πρὸς ὑμᾶς. ἐγὼ γάρ, ὡς ἴστε, παῖς μὲν προφήτου τοῦ ἐν Μέμφει γεγονώς, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἱερωσύνης μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπαναχώρησιν, ἀδελφοῦ νεωτέρου ταύτην [3] παρανομήσαντος παρελέσθαι, ἐφ' ὑμᾶς τε κα-

tur, & fidenti animo eſſe iubebat, non omnino barbarico ingenio eſſe praefectum affirmans, ſed habere aliquid manſuetudinis & comitatis, utpote illuſtri genere natum, & neceſſitate cogente tale genus vitae ſecutum. Poſtea vero quam adducti ſunt, & reliqua turba frequens convenit, cum in editiore quodam loco ante alios conſediſſet Thyamis, inſulam autem concioni deſignaſſet, & ea, quae dicturus eſſet, Cnemonem captivis exponere iuſſiſſet, (intelligebat enim iam Aegyptium ſermonem; Thyamis autem non exacte noverat Graecum) Commilitones mei, dicebat, animum meum, quo ſemper erga vos fuerim, noſtis. Ego enim, ut ſcitis, cum eſſem filius antiſtitis Memphitici, fruſtratus dignitate ſacerdotii, eo quod frater minor natu poſt patris diſceſſum eam mihi contra leges ademit, cum ad vos confugiſ-

1 Πρὸς ἀνάγκης) Πρὸς ἀνάγκην Cod. Taur. quae vulgarior eſt conſtructio.

2 Κέχρημαι πρὸς ὑμᾶς) Amyot. corr. κέκτημαι, ſine idonea cauſa. Vitioſe vero editio Baſ. πρὸς ἡμᾶς.

3 Παρανομήσαντος) Verbum hoc, quod nec ed. Baſ. habet, nec Codd.

ταφυγὼν, ἐφ᾽ ᾧγε τιμωρίαν μὲν λαβεῖν, τὴν τιμὴν δὲ ἀπολαβεῖν, καὶ τοῦ ἄρχειν ὑμῶν παρ᾽ ὑμῶν ἀξιωθεὶς, εἰς τὴν δεῦρο διήγαγον, οὐδὲν τῶν πολλῶν ἐμαυτῷ πλέον ἀπονέμων· ἀλλ᾽ εἴτε χρημάτων νέμησις, ἰσομοιρίαν ἠγάπησα· εἴτε αἰχμαλώτων διάπρασις, εἰς τὸ κοινὸν κατέθηκα· προσήκειν ἡγούμενος, τὸν οὕτω δὴ καλῶς ἐξηγούμενον, τῶν μὲν ἔργων πλεῖστον μετέχειν, τῶν δὲ πορίζομένων τὸ ἴσον· τῶν δὲ ἁλισκομένων, τοὺς μὲν ἄνδρας [1] ἡμῖν αὐτοῖς ἐγκαταλέγων, ὅσοι τῇ ῥώμῃ σώματος ὠφελήσειν ἔμελλον· τοὺς δὲ ἀσθενεστέρους ἀπεμπολῶν· γυναικῶν δὲ ὕβρεως ἀπείρατος· τὰς μὲν εὖ γεγονυίας, ἢ χρημάτων ἀφεὶς, ἢ τῆς τύχης μόνης οἰκτείρων· τὰς δὲ ἐλάττους, καὶ ἃς δουλεύειν οὐχ ἡ αἰχμαλωσία μᾶλλον, ἀλλὰ συνήθεια κατη-

ſem, ut iniuriam ulciſci, & priſtinam dignitatem recuperare poſſem, munere imperandi mihi veſtris ſuffragiis delato, haſtenus vobiſcum vitam egi, nihil mihi prae ceteris ex multitudine praecipui tribuens. Sed, ſeu pecuniae diſtribuendae fuerant, aequalitatem amavi; ſeu captivi divenditi, ſummam in medium attuli, iudicans eius, qui praeclare velit imperare, muneris eſſe, ut ipſe plurimas res gerat, partorum cum aliis aequaliter ſit particeps. Ex captis vero, viros quidem vobis adiudicabam ſemper, qui robore corporis uſui erant futuri: imbecilliores divendebam. Iniuriae autem in mulieres prorſus ſum expers, cum ingenuas, aut pecunia redemtas, aut ipſius fortunae commiſeratione adductus dimitterem; inferioris vero conditionis, quas non tam ius belli captivas, quam conſuetudo ſervire cogebat,

agnoſcere videntur, debetur Commelino. Amyotus cum Vatic. reponebat παρελομένου· quae ſane lenior eſt medicina. Ab eodem Commelino mox intruſum παρ᾽ ὑμῶν, citra neceſſitatem, puto.

1 Ἡμῖν αὐτοῖς) Praeſtat forte ὑμῖν αὐτοῖς ἐγκ.

νάγκαζε, θεραπαίνας ἑκάστοις διανέμων. τὸ δὲ νῦν παρὸν, ἕν τι τῶν λαφύρων αἰτῶ παρ' ὑμῶν, τὴν κόρην ταυτηνὶ τὴν ξένην· ἣν δυνατὸν ἐμαυτῷ με δοῦναι, βέλτιον παρὰ τοῦ κοινοῦ λαβεῖν ἡγοῦμαι. καὶ γὰρ εὔηθες, τὴν αἰχμάλωτον [1] βιασάμενον, ἀκόντων τι τῶν φίλων φαίνεσθαι διαπραττόμενον. ἀλλὰ καὶ ταύτην αἰτῶ παρ' ὑμῶν οὐ προῖκα τὴν χάριν, ἀλλ' ἀντιδοὺς τὸ μηδὲν αὐτὸς τῶν ἄλλων τῆς λείας μεταλαβεῖν. ἐπειδὴ γὰρ τὴν πάνδημον Ἀφροδίτην τὸ προφητικὸν ἀτιμάζει γένος, οὐ τῆς καθ' ἡδονὴν χρείας, ἀλλὰ τῆς εἰς διαδοχὴν σπορᾶς, τήνδε ἐμαυτῷ γενέσθαι διεσκεψάμην.

κ'. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰς αἰτίας ὑμῖν [2] ἀπολογίσασθαι βούλομαι. πρῶτον μὲν εὐγενὴς εἶναι μοι δοκεῖ. τεκμαίρομαι δὲ τῷ τε ἀμφ' αὐτὴν εὑρεθέντι πλούτῳ, καὶ ὅτι

ſingulis ad obſequia diſtribuerem. In praeſentia vero, unum tantum ex reliquis ſpoliis peto a vobis, hanc peregrinam virginem. Quam cum poſſem mihi ipſe dare, melius me facturum exiſtimo, ſi communi conſenſu veſtro accepero. Stultum eſt enim, captivae vi allata invitis amicis videri aliquid facere conari. Quocirca hoc a vobis peto beneficium, non gratis, ſed ita vos viciſſim remunerans, ut reliquarum rerum ex praeda particeps non ſim futurus. Cum enim vulgarem Venerem deſpiciat propheticum genus, non ad voluptatis uſum, ſed ad propagationem ſobolis hanc mihi adiungere conſtitui.

XX. Ac ipſas cauſas, quibus ſum ad id adductus, vobis recenſere volo. Initio mihi bono genere nata eſſe videtur. Eius rei conieсturam facio cum ex his opibus,

1 Βιασάμενον) Vitioſe ed. Baſ. βιασάμεν. Codicem, unde haec excuſa eſt, recte legiſſe, ipſa accentus collocatio ſatis arguit.

2 Ἀπολογίσασθαι) *Cauſas vobis adnumerare, exponere volo.* Male igitur ed. Baſ. ἀπολογήσασθαι.

πρὸς τὰς παροῦσας οὐ πέπτωκε συμφορὰς, ἀλλὰ τὸ φρόνημα πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀναφέρει τύχην. ἔπειτα τὴν ψυχὴν ἀγαθήν τε καὶ σώφρονα [1] στοχάζομαι. εἰ γὰρ εὐμορφία νικῶσα τὰς πάσας, αἰδοῖ τοῦ βλέμματος καὶ τοὺς ὁρῶντας καταστέλλει πρὸς τὸ σεμνότερον, πῶς οὐ τὴν βελτίονα περὶ αὐτῆς εἰκότως παρίστησι φαντασίαν; ὃ δὲ μέγιστόν ἐστι τῶν εἰρημένων, ἱέρεια θεῶν τινος εἶναί μοι φαίνεται. τὴν γοῦν ἱερὰν στολὴν καὶ τὰ στέμματα μεθεῖναι καὶ δυστυχοῦσα δεινὸν καὶ οὐ θεμιτὸν ἡγεῖται.

κα΄. Τίς οὖν γένοιτ᾽ ἂν, ὦ παρόντες, γάμος ἁρμοδιώτερος, τοῦ προφητικοῦ τὴν ἱερωμένην λαμβάνοντος; Ἐπευφήμησαν ἅπαντες, καὶ γαμεῖν ἐπ᾽ αἰσίοις ἐκέλευον. ὁ δὲ ἀναλαβὼν τὸν λόγον, Ὑμῖν μὲν ἔχω τὴν χάριν, ἔφη· εἰκότα δ᾽ ἂν ποιοῖμεν, εἰ καὶ τὴν γνώ-

quae circa illam repertae ſunt, tum quod neutiquam calamitatibus fracta eſt, ſed inde uſque ab initio animos contra fortunam attollit. Deinde indolem & ingenium probum & modeſtum, certis argumentis perſpicio. Si enim forma ſuperat omnes, & adſpectus verecundia etiam illam intuentes ad gravitatem quandam invitat, an non egregiam quoque de ſe exiſtimationem merito relinquet? Quodque omnium eorum, quae dicta ſunt, maximum eſt, ſacerdos cuiuſdam Deae videtur eſſe. Sacram igitur ſtolam, & coronas, etiam in adverſa fortuna dimittere, intolerabile & nefas ſibi eſſe ducit.

XXI. Num quod igitur coniugium, o vos, qui adeſtis, hoc convenientius eſſe poteſt, homine prophetico dicatam Deo ducente? Approbarunt omnes, & matrimonium inire bonis avibus iubebant. At ille iterato ſermone: Vobis quidem, inquit, habeo gratiam; ceterum

1 Στοχάζομαι) Commelinus teſtatur, legi in aliis λογίζομαι.

μην, ὅπως ἔχει πρὸς τοῦτο, τῆς κόρης μάθοιμεν. εἰ μὲν γὰρ ἔδει τῷ τῆς ἀρχῆς ἀποχρήσασθαι νόμῳ, πάντως ἐξήρκει μοι τὸ βούλεσθαι. βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἐξὸν, τὸ πυνθάνεσθαι περιττόν. εἰ δὲ γάμος, τὸ γινόμενον τὸ παρ' ἀμφοτέρων βούλημα, συννεύειν ἀναγκαῖον. καὶ ἀποστρέψας τὸν λόγον, Πῶς οὖν ἔχεις, ὦ κόρη, πρὸς τὸ συνοικεῖν ἡμῖν, διηρώτα. καὶ ἅμα τίνες εἶεν, ἢ ἐκ τίνων, φράζειν ἐκέλευεν. ἡ δὲ πολύν τινα χρόνον τὸ βλέμμα τῇ γῇ προσερείσασα, καὶ πυκνὰ τὴν κεφαλὴν ἐπισείουσα, λόγον τινὰ καὶ ἐννοίας ἀθροίζειν ἐῴκει· καὶ δή ποτε πρὸς τὸν Θύαμιν ἀντωπήσασα, καὶ πλέον ἢ πρότερον αὐτὸν τῷ κάλλει καταστράψασα, καὶ γὰρ πεφοίνικτο τὴν παρειὰν ὑπὸ τῶν ἐνθυμημάτων πλέον ἢ σύνηθες, καὶ τὸ βλέμμα κεκίνητο πρὸς τὸ γοργότερον, ἑρμηνεύοντος τοῦ Κνήμωνος, Μᾶλλον, ἔφη, ὁ μὲν λό-

convenienter praefenti inftituto fecerimus, fi, quae fit puellae hac de re fententia, cognoverimus. Si enim imperii lege utendum fuiffet, prorfus mihi velle fuffeciffet. Quibus enim vi cogere licet, percontari fupervacaneum eft. Verum, cum nunc de legitimo agatur coniugio, utriufque voluntatem congruere neceffe eft. Et cum convertiffet fermonem: Quo igitur animo accipis id, o virgo, quod de coniugio nobifcum ineundo proponitur? interrogabat: & fimul, quinam effent, & a quibus oriundi, dicere iubebat. At illa, cum longo tempore vultu humi defixo ftetiffet, fubinde caput commovens, orationem quandam praemeditari videbatur. Tandem Thyamidem contuita, & plus quam antea pulchritudine tanquam fulgore quodam obruens, (rubore enim folito magis, prae intentione cogitationis, illi genae fuffufae fuerant, & oculi quodam modo vehementius & acrius fefe intenderant) interpretante Cnemone:

γος ἥρμοζεν ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Θεαγένει τούτῳ· πρέπειν γὰρ οἶμαι, γυναικὶ μὲν σιγὴν, ἀνδρὶ δὲ ἀπόκρισιν ἐν ἀνδράσιν.

κβ'. Ἐπειδὴ δὲ κἀμοὶ λόγου μεταδεδώκατε, καὶ τοῦτο πρῶτον ἔνδειγμα φιλανθρωπίας παρέχεσθε, τὸ πειθοῖ μᾶλλον ἢ βίᾳ τῶν δικαίων πειρᾶσθαι τυγχάνειν, ἄλλως τε δὲ ὅτι καὶ τὸ πᾶν εἰς ἐμὲ τείνει τῶν εἰρημένων, ἐκβαίνειν ἀναγκάζομαι τοὺς ἐμαυτῆς τε καὶ παρθένων νόμους, καὶ πρὸς τὴν πεῦσιν τοῦ κρατοῦντος ἀποκρίνασθαι περὶ γάμου, καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὁμίλῳ τοσούτων ἀνδρῶν. ἔστι δὲ τὰ περὶ ἡμῶν τοιάδε. γένος μὲν ἐσμὲν Ἴωνες· Ἐφεσίων δὲ τὰ πρῶτα γεγονότες, καὶ ἀμφιθαλεῖς ὄντες, νόμου τοὺς τοιούτους καλοῦντος ἱερατεύειν, ἐγὼ μὲν Ἀρτέμιδος, Ἀπόλλωνος δὲ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς οὗτος ἐλαγχάνομεν. ἐπετείου δὲ τῆς τιμῆς οὔσης, καὶ τοῦ χρόνου πληρουμένου, θεωρίαν εἰς Δῆλον

Conveniebat, inquit, potius fratri huic meo Theageni oratio. Decere enim puto mulierem ſilentium, virum vero agere cum viris.

XXII. Cum vero mihi dicendi poteſtatem feceritis, & hoc primum humanitatis indicium exhibetis, ut ſuadendo potius quam vi, id, quod aequum eſt, obtinere conemini, maxime cum omnia, quae ſunt dicta, in me potiſſimum dirigantur; egredi cogor ex his legibus, quas mihi ipſa praeſcripſi, quaeque virginum ſunt propriae, & ad interrogationem victoris reſpondebo, in tanta tot virorum frequentia. Igitur noſtrae rationes ſic ſe habent. Natione Iones ſumus, Epheſi ex illuſtri familia nati. Cum autem pubertatis annos ingreſſi eſſemus, lege tales ad ſacerdotii munus vocante, ego Dianae, frater autem hic meus Apollinis deſignatus eſt ſacerdos. Ceterum cum ſit annuus honor, & tempus impleretur, pro-

ἤγομεν, ἔνθα μουσικούς τε καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας διαθήσεσθαι, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀποθήσεσθαι κατά τι πάτριον ἐμέλλομεν. ὁλκὰς οὖν ἐπληροῦτο χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ ἐσθήτων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα πρός τε τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν πάνδημον εὐωχίαν ἐπαρκέσειν ἔμελλε. καὶ ἀνηγόμεθα, τῶν μὲν πατέρων γήρᾳ τε προηκόντων, καὶ δέει τοῦ πλοῦ καὶ τῆς θαλάττης οἴκαδε καταμεινάντων, ἄλλων δὲ πολιτῶν εἰς πλῆθος τῶν μὲν κατὰ τὴν αὐτὴν ὁλκάδα συνεισβάντων, τῶν δὲ σκάφεσιν ἰδίοις χρωμένων. ἐπεὶ δὲ τὸ πολὺ τοῦ πλοῦ διήνυστο, κλυδώνιον ἀθρόως ἐμπεσὸν, καὶ ἄνεμος ἐξώστης, καὶ λαίλαπες συμμιγεῖς καὶ πρηστῆρες τὴν θάλατταν καταιγίζουσαι, τὴν ναῦν τοῦ εὐθέος παραφέρουσι, τοῦ κυβερνήτου πρὸς τὸ ὑπερβάλλον κακὸν ἐνδόντος, καὶ τῷ βιαίῳ τῆς ὁλκάδος ἐκστάντος, καὶ τῇ

fecti fumus in Delum cum facro apparatu, ibi muficos & gymnicos ludos exhibituri, & facerdotium more & inftituto maiorum depofituri. Quamobrem navis onerabatur auro, & argento, & veftibus, & aliis rebus neceffariis, quantum ad ludorum apparatum & epulas populo publice inftruendas fatis effe videbatur. Solvebamus igitur ex portu, cum parentes tum ob aetatem provectiorem, tum ob metum navigationis & iactationis in mari, domi manfiffent; porro alii cives, magna frequentia, pars eandem navim confcendiffent, pars fuis navigiis uterentur. Poftquam autem maxima pars navigationis confecta eft, improvifo tempeftas orta, & ventus vehemens, turbinefque mixti, & prefteres mare concitantes, navem a propofito curfu abripiunt; cum gubernator magnitudine mali fuperatus remififfet, & tempeftatis violentia e navigio exceffiffet, fortunaeque gu-

τύχῃ κυβερνᾶν ἐπιτρέψαντος. ἠγόμεθα οὖν ὑπὸ τοῦ ἀεὶ πνέοντος, ἡμέρας μὲν ἑπτὰ, νύκτας δὲ ἴσας, καὶ τέλος εἰς τὴν ἀκτὴν ἐξωκείλαμεν, ἔνθα πρὸς ὑμῶν ἑάλωμεν· οὗ καὶ τὸν πολὺν ἑωράκατε φόνον, τῶν ναυτῶν ἡμῖν παρὰ τὴν εὐωχίαν, ἣν ἐπὶ σωτηρίοις ἤγομεν, ἐπιθεμένων, ἀνελεῖν τε διὰ τὰ χρήματα βουλευσαμένων, ἕως σὺν πολλῷ τῷ κακῷ καὶ ὀλέθρῳ τῶν οἰκείων ὁμοῦ πάντων, αὐτῶν δὲ ἐκείνων ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων, ἐπεκρατήσαμεν ἐξ ἁπάντων, (ὡς μή ποτε ὄφελον) [1] οἰκτρὸν περισωθέντες λείψανον· ἓν μόνον ἐν δυστυχήμασιν εὐπραγοῦντες, ὅτι θεῶν τις εἰς χεῖρας τὰς ὑμετέρας ἤγαγε· καὶ οἱ περὶ θανάτου δεδιότες, περὶ γάμου σκοπεῖν ἐπετράπημεν· ὃν οὐ βούλομαι κατ' οὐδένα τρόπον ἀρνήσασθαι. τό τε γὰρ αἰχμάλωτον οὖσαν τῆς

bernationem permisisset. Ferebamur igitur continuo venti flatu dies septem, & noctes totidem. Ad extremum in litus eiecti sumus, quo in loco nos cepistis, atque etiam magnam conspexistis stragem. Ubi cum nautae super convivium, quod propter salutem, quae nobis contigerat, agitabamus, nos aggressi essent, & propter pecuniam interimere statuissent, non sine iactura omnium amicorum ac necessariorum, & illorum pariter internecione caedentium & cadentium, soli victoriam obtinuimus, & servati sumus, quod utinam non accidisset, miserabiles reliquiae. Quod cum ita sit, hoc nomine tamen in adversa fortuna felices sumus, quod in manus vestras Deus aliquis nos adduxit; & quod iis, qui mortem metuebant, de coniugio deliberandi facultas est data, quod neutiquam recusare volo. Nam cum captivam

1 Οἰκτρὸν λείψανον) Sic λείψανον Φρυγῶν audit Astyanax Eurip. Troad. 711; & Troiani, qui Achivos effugerant, *reliquiae Danaum atque immitis Achill.* Virg. Aen. I, 30.

τοῦ κρατοῦντος εὐνῆς ἀξιοῦσθαι, πᾶσαν εὐδαίμονα τύχην [1] ὑπερβέβληκε. τό τε θεοῖς ἀνακειμένην προφήτου παιδὶ μετ' ὀλίγον θεοῦ νεύοντος καὶ προφήτῃ συνοικεῖν, οὐ παντάπασιν ἔοικεν εἶναι τῆς ἐκ τοῦ θείου κηδεμονίας ἄμοιρον. ἓν μόνον αἰτῶ, καὶ δὸς, ὦ Θύαμι· συγχώρησον εἰς ἄστυ με πρότερον ἐλθοῦσαν, ἢ ἔνθα βωμὸς ἢ ναὸς Ἀπόλλωνι νενόμισται, τὴν ἱερωσύνην καὶ τὰ ταύτης ἀποθέσθαι σύμβολα. βέλτιον μὲν γὰρ εἰς Μέμφιν, [2] ὅταν καὶ τὴν τιμὴν ἀνακτήσῃ τῆς προφητείας, οὕτω καὶ ὁ γάμος εὐθυμότερος ἄγοιτο, νίκῃ συναπτόμενος, καὶ ἐπὶ κατορθουμένοις τελούμενος. εἰ δὲ καὶ πρότερον, ἐν σοὶ καταλείψω τὴν σκέψιν. μόνον τελεσθείη μοι τὰ πάτρια πρότερον· καὶ οἶδα ὡς

victoris thalamo dignam iudicari, omnem ſuperet felicitatem; tum Diis dicatam, antiſtitis filio, paullo poſt etiam annuente Deo antiſtiti, cohabitare, omnino ſingulari providentia divina vacare non videtur. Unum tantum ut mihi largiaris, Thyami, a te peto. Permitte, me primum, cum in civitatem venero, vel eo ubi ara Apollini aut templum dicatum ſit, ſacerdotium & eius indicia deponere. Commodius quidem eſſet Memphi, cum recuperaſſes antiſtitii dignitatem. Eo enim pacto eveniret, ut nuptiae, cum victoria coniunctae, & poſt res bene geſtas celebratae, eſſent hilariores. Verumtamen, an id prius fieri debeat, tuo relinquo arbitrio: tantum a me patrii ritus ante perficiantur. Scio autem, te aſſen-

1 Ὑπερβέβληκε) Reduxit hanc Codd. lectionem Commel. Vulgo, h. e. ed. Baſ. ὑπερβέβηκε.

2 Ὅταν καὶ τὴν τιμὴν) Plenius Cod. Taur. teſte Dorv. ad Charit. p. 552: ὅταν καὶ τὴν ἱερωσύνην καὶ τὴν τιμήν· quod gloſſam τοῦ, τὴν τιμὴν τῆς προφητ. ſapere videtur, eodem iudice. Niſi potius ex antec. huc irrepſit. Pro ἀνακτήσῃ male ed. Baſ. & idem Cod. Taur. ἀνακαλέσῃ.

ἐπινεύσεις, ἱεροῖς τε ἐκ παίδων, ὡς φῄς, ἀνακείμενος, καὶ τὸ περὶ τοὺς θεοὺς ὅσιον ἀποσεμνύνων.

κγ΄. Καὶ ἡ μὲν ἐνταῦθα τῶν λόγων ἐπαύσατο, δακρύων δὲ ἤρξατο. τῶν δὲ παρόντων οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐπῄνουν, καὶ πράττειν οὕτως ἐκέλευόν τε, καὶ ἑτοίμως ἔχειν ἐβόων. ἐπῄνει δὲ καὶ ὁ Θύαμις, ἑκών τε τὸ μέρος καὶ ἄκων· ὑπὸ μὲν τῆς περὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐπιθυμίας, καὶ τὴν παροῦσαν ὥραν, ἀπέραντον χρόνου μῆκος εἰς ὑπέρθεσιν ἡγούμενος· ὑπὸ δὲ τῶν λόγων, ὥσπερ τινὸς σειρῆνος κεκηλημένος, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι κατηναγκασμένος· ἅμα δέ τι καὶ πρὸς τὸ ἐνύπνιον ἀναφέρων, καὶ τὸν γάμον κατὰ τὴν Μέμφιν ἔσεσθαι καταπιστεύων· καὶ διαλύει μὲν τὸν σύλλογον, τὴν λείαν πρότερον διανείμας, πολλὰ τῶν ἐξαιρέτων αὐτὸς ἑκόντι παραχωρούντων κομισάμενος.

κδ΄. Ἐπιστέλλει δὲ εἰς δεκάτην εὐτρεπισμένους εἶ-

ſurum eſſe, qui & a puero, ut ais, ſacris rebus ſis deſtinatus, & graviter ac pie de Diis ſentias.

XXIII. Illa quidem poſt haec dicendi finem, lacrimarum vero fecit initium. At omnes alii, qui aderant, collaudare, & ſic facere iubere, &, ſe paratos eſſe ad omnia exſequenda, clamore promittere. Approbabat & Thyamis, partim volens, partim invitus. Nam prae cupiditate, qua incendebatur erga Charicleam, etiam illam horam, qua haec gerebantur, infinitum eſſe tempus dilationis ducebat. Rurſus autem illius oratione, tanquam alicuius Sirenis cantu, demulcebatur, & ad aſſenſionem impellebatur: ſimul etiam aliquid ad ſomnium referebat, Memphi nuptias celebratum iri credens. Praeda deinde diſtributa, ſolvit concionem, multa ipſe praecipuis ex rebus, ſponte illi concedentibus aliis, auferens.

XXIV. Porro mandat in decimum diem paratos eſſe,

ναι, τὴν ὁρμὴν ὡς ἐπὶ τὴν Μέμφιν ποιησαμένους. τοῖς δὲ Ἕλλησι τὴν προτέραν ἀπεκλήρου σκηνήν. συνεσκήνου δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ Κνήμων αὖθις ἐκ προστάγματος, οὐ φρουρὸς ἔτι τὸ ἐντεῦθεν, ἀλλὰ συνόμιλος ἀποδεδειγμένος, καὶ δίαιτάν τε τὴν ἁβροτέραν τῆς οὔσης παρεῖχεν ὁ Θύαμις. καὶ εἴ πῃ καὶ τὸν Θεαγένην εἰς αἰδῶ τῆς ἀδελφῆς ὁμοδίαιτον ἐποιεῖτο. αὐτὴν δὲ τὴν Χαρίκλειαν οὐδὲ ὁρᾷν τὰ πολλὰ διεγνώκει, τοῦ μὴ τὴν θέαν ὑπέκκαυμα γίγνεσθαι τοῦ ἐγκειμένου πόθου, καὶ πρᾶξαί τι παρὰ τὰ δόξαντα καὶ προδηλωθέντα καταναγκασθείη. καὶ ὁ μὲν Θύαμις ἐκ τούτων παρῃτεῖτο τὴν ὄψιν τῆς κόρης, οὐ δυνατὸν βλέπειν ἅμα καὶ σωφρονεῖν ἡγούμενος. ὁ δὲ Κνήμων ἐπειδὴ τάχιστα πάντες ἐκποδὼν ἦσαν ἄλλος κατ' ἄλλο τῆς λίμνης καταδύντες, ἣν τῷ Θεαγένει βοτάνην ὑπέσχετο τῇ προ-

tanquam Memphim iter habituros. Graecis autem idem, quod antea, tabernaculum attribuebat. Ac aderat una in eodem tabernaculo Cnemon, iuſſu Thyamidis, non amplius cuſtodiae, ſed colloquii cauſa, adhibitus: & cibum lautiorem, quam quo ipſe utebatur, praebebat Thyamis: atque etiam Theagenem, ſororis reverentia, eiuſdem victus participem faciebat. Ipſam vero Charicleam ne adſpicere quidem ſaepius conſtituerat, ne adſpectus inflammaret vehemens deſiderium, quod illum excruciabat, atque ita aliquid contra ea, quae communi conſenſu decreta fuerant, quaeque iam ſunt commemorata, facere cogeretur. Thyamis igitur has ob cauſas adſpectum virginis defugiebat; haudquaquam poſſibile eſſe, ut ſimul adſpicere quis, & intra temperantiae metas continere ſe poſſit, exiſtimans. Cnemon autem, poſtquam omnes celerrime dilapſi ſunt, alius aliud in lacu latibu-

τεραία, μαστεύων ὀλίγον τῆς λίμνης ἄποθεν ἐπορεύετο.

κέ. Κἀν τούτῳ σχολῆς ἐπιλαβόμενος ὁ Θεαγένης, ἐδάκρυέ τε καὶ ἀνῴμωζε, πρὸς μὲν τὴν Χαρίκλειαν οὐδ' ὁτιοῦν διαλεγόμενος, θεοὺς δὲ συνεχῶς ἐπικαλούμενος μάρτυρας. τῆς δὲ, εἰ τὰ συνήθη καὶ κοινὰ ταῦτα θρηνεῖ, πυνθανομένης, ἢ εἰ μή τι πεπόνθοι καινότερον· Καὶ τί γένοιτ' ἂν, ἔφη ὁ Θεαγένης, καινότερον, ἢ τί ἀθεμιστότερον, ἢ ὅρκων μὲν καὶ σπονδῶν παραβαινομένων, Χαρικλείας δὲ λήθην ἐμοῦ λαβούσης, καὶ πρὸς ἄλλων γάμους ἐπινευούσης; Εὐφήμησον, ἔφη ἡ κόρη· μηδέ μοι γίγνου τῶν συμφορῶν βαρύτερος· μηδὲ τοσαύτην ἔχων ἐκ τῶν παρελθόντων τῶν κατ' ἐμοῦ διὰ τῶν ἔργων δοκιμασίαν, ἐκ λόγων ἐπικαίρων, καὶ πρός τι χρειῶδες εἰρημένων, ἄγε δι' ὑποψίας· εἰ δὲ μὴ γίγνεται τοὐναντίον, καὶ μᾶλλον αὐτὸς μεταβάλλε-

lum ſubeuntes, herbam, quam pridie Theageni promiſerat, quaeſitum ibat aliquantum a lacu.

VII. Illi autem, cum familiariter impliciti eſſent, & iacere ſe deprehendiſſent, repente erecti, erubeſcebant propter Cnemonem, (ac Chariclea praecipue) qui horum ſpectator fuerat, &, ut veniam illis daret, orabant. Qui leniter arridens, & ad hilaritatem illis animum relaxans: Haec, inquit, etiam laudem merentur, me iudice, & quovis alio, qui cum amore ante luctatus, ſuaviter in pugna ſuccubuit, & eius caſus inevitabiles moderate cognovit. Verum illa, Theagenes, neutiquam laudare potui, quorum etiam me revera pudebat, cum viderem, te peregrinam, & nullo vinculo neceſſitudinis coniunctam mulierem, circumfuſum lugere turpiter, praeſertim me

1 Οἱ δὲ ἑτέρως) Interpres legiſſe videtur *ἑταίρας*, *cum familiariter implicati eſſent*, prave utique.

2 Ἅπερ ἠσχυνόμην) Canter. Syntagm. p. 52, legi vult ὑπερησχυνόμην· temere.

νου. καὶ ὁ Θεαγένης, Παῦε, φησὶν, ὦ Κνήμων, διαβάλλων με πρὸς Χαρίκλειαν, ἣν ἐθρήνουν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι, ταύτην εἶναι τὴν κειμένην ἡγούμενος. ἐπεὶ δὲ ἀπάτην ἐκεῖνα θεῶν τις εὖγε ποιῶν ἔδειξεν, ὥρα σοὶ σαυτὸν ὑπομνῆσαι [1] τῆς ἄγαν ἀνδρείας, ὑφ' ἧς ἐθρήνεις μὲν ἐμοῦ τὰ ἐμὰ πρότερος, τὴν δὲ ἀπροσδόκητον τῆς κειμένης ἐπίγνωσιν, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς δαίμονας, ἀπεδίδρασκες, ἔνοπλος καὶ ξιφήρης τὴν γυναῖκα, νεκρὰν καὶ ταύτην, ὑποφεύγων, ὁ γενναῖος καὶ Ἀττικὸς πεζομάχος.

η'. Ἐγέλασαν πρὸς ταῦτα βραχύ τι καὶ βεβιασμένον, οὐδὲ τοῦτο ἀδάκρυτον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐν τοσαύτῃ τῇ συμφορᾷ, πλέον τῷ θρήνῳ κεκερασμένοι. μικρὸν οὖν ἡ Χαρίκλεια διαλιποῦσα, καὶ τὴν παρειὰν ὑπὸ τὸ

ſupereſſe & vivere cariſſimam aſſeverante. Theagenes autem, Ne, inquit, me, Cnemon, apud Charicleam traducas, quam ego in alieno corpore lugebam, hanc eſſe illam, quae iacebat, exiſtimans. Verum quoniam errorem in illa re fuiſſe benevolentia quaedam numinis apertiſſime oſtendit, tuum iam eſt, egregiam illam animi fortitudinem in memoriam revocare, qua meam ſortem prior deplorabas, &, cum inopinato iacentem agnoviſſes, perinde atque in ſcena daemonas productos, refugiebas, armatus & gladio inſtructus, mulierem, atque eam mortuam, pertimeſcens, ſtrenuus & Atticus bellator.

VIII. Leviter ad haec arriſerunt, & quaſi coacti, neque ſine lacrimis; ut in tali calamitate, magis luctu & lacrimis occupati. Igitur cum paullulum ſpatii intermiſiſſet Chariclea, genam ſub aure ſcalpens, Beatam

1 Τῆς ἄγαν ἀνδρείας) Plerique cum ed. Baſ. τῆς ἀνανδρείας, quod praeclare correxit Commel. auctoritatem Cod. Palat. ſecutus, in quo diſerte legitur τῆς ἄγαν ἀνδρείας. Nempe εἰρωνικῶς haec dicuntur, uti mox ὁ γενναῖος καὶ Ἀττικὸς πεζομάχος, & paullo poſt σὺ παύσῃ ἄγαν ἀνδριζόμενος.

οῦς ἐπικνῶσα, Μακαρίζω μὲν, ἔφη, τὴν θρηνηθεῖσαν ὑπὸ Θεαγένους, ἢ καὶ φιληθεῖσαν, ὡς φησὶ Κνήμων, ἥ τίς ποτε καὶ ἐστίν. ἀλλ' εἰ μή τι με διακνομένην ἔρωτι ὑπονοεῖν μέλλετε, τίς ἄρα ἦν ἡ εὐδαίμων ἐκείνη καὶ δακρύων ἀξιωθεῖσα Θεαγενείων, καὶ τίνα τρόπον τὴν ἄγνωστον ὡς ἐμὲ φιλεῖν ἐξηπατήθης, ἐβουλόμην, εἴ πη γιγνώσκεις, μανθάνειν. καὶ ὅς, Θαυμάσεις μὲν, ἔφη. Θίσβην δ' οὖν εἶναι Κνήμων ὅδε φησὶ τὴν Ἀθηνείαν ἐκείνην, τὴν ψάλτριαν, τὴν τῶν εἰς αὐτὸν ἐπιβουλῶν καὶ Δημαινέτην ποιήτριαν. τῆς δὲ Χαρικλείας ἐκπεπληγμένης, καὶ, Πῶς ἦν εἰκὸς, ὦ Κνήμων, εἰπούσης, τὴν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἐσχάτοις γῆς Αἰγύπτου, καθάπερ ἐκ μηχανῆς ἀναπεμφθῆναι; πῶς δὲ καὶ ἐλάνθανεν ἡμᾶς δεῦρο κατιόντας; Ταῦτα μὲν οὐκ ἔχω λέγειν, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτὴν ὁ Κνήμων. ἃ δ' οὖν ἔχω γιγνώσκειν ἀμφ' αὐτῇ, τοιάδε ἐστίν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Δημαινέτη μετὰ τὴν ἀπάτην εἰς τὸν βόθρον ἑαυ-

quidem, inquit, iudico, quam Theagenes luxit, aut etiam osculatus est, ut ait Cnemon, quaecunque tandem sit. Verumtamen, nisi me amore angi & morderi suspicabimini, quaenam fuerit illa felix, & lacrimis digna Theageneis, & quo errore ignotam tanquam me osculatus sis, cuperem, si forte scis, ex te discere. Miraberis, inquit. Thisben enim Cnemon hic dicit esse, Atheniensem illam fidicinam, insidiarum erga se & Demaenetam architectam. Chariclea autem perterrefacta, &, Quomodo consentaneum esset, Cnemon, dicente, ex media Graecia ad extremos Aegypti fines tanquam ex composito esse transmissam? aut quì fieri potuerit, ut nos huc descendentes lateret? De his non habeo, quod dicam, respondit ipse Cnemon. Ceterum quae de illa comperi, sunt eiusmodi. Postquam enim Demaeneta do-

τὴν ἀπεκρήμνισεν, ὁ δὲ πατὴρ ἐξήγγειλε τῷ δήμῳ τὸ γεγενημένον· παρὰ μὲν τὴν πρώτην, ἐτύγχανε συγγνώμης· καὶ αὐτὸς μὲν ὅπως ἂν κάθοδον ἐμοί τε λάβοι παρὰ τοῦ δήμου, καὶ κατὰ ζήτησιν ἐκπλεύσειε τὴν ἐμὴν, διετίθετο. ἡ δὲ Θίσβη τὴν ἀσχολίαν τὴν ἐκείνου, σχολὴν ἑαυτῆς ἐποιεῖτο, καὶ τοῖς συμποσίοις ἀδεῶς ἑαυτήν τε καὶ τὴν τέχνην ἐξεμίσθου. καί ποτε καὶ παρευδοκιμήσασαν τὴν Ἀρσινόην ἀναβεβλημένον αὐλοῦσαν, ἐπίτροχον αὐτὴ ψάλλουσα, καὶ γλαφυρὸν τῇ κιθάρᾳ προσᾴδουσα, ἔλαθεν ἑταιρικὴν ζηλοτυπίαν σὺν πολλῷ καθ' ἑαυτὴν κινήσασα τῷ φθόνῳ, καὶ πλέον, ὅτε τις αὐτὴν Ναυκρατίτης ἔμπορος ὑπόχρυσος, ὄνομα Ναυσικλῆς, ἐνηγκαλίζετο, τὴν Ἀρσινόην, καὶ ταῦτα πρότερον γινωσκομένην αὐτῷ, παραγκωνισάμενος, ἐπειδὴ κυρτουμένην αὐτῇ τὴν παρειὰν ἐν τοῖς αὐλήμασιν εἶδε, καὶ πρὸς τὸ βίαιον τῶν φυσημάτων, ἀπρεπέ-

lo circumventa in puteum ſe praecipitavit, & pater retulit ad populum de eo, quod factum fuerat; initio quidem veniam eſt conſecutus, & in eo, ut mihi reditum impetrare poſſet apud populum, & ad inquiſitionem mei navigaret, erat occupatus. Thisbe autem ex illius occupatione vacationem ſibi faciebat, & in conviviis ſecure tum ſe, tum artem ſuam, proſtituebat. Cum autem aliquando gratia ſuperaſſet Arſinoën, remiſſum quid fiſtula canentem, ipſa celeriter fides pulſans, & concinne ac ſuaviter citharae accinens, non animadvertit, ſe ſibi apud illam conflaſſe meretriciam invidiam & aemulationem, coniunctam cum indignatione ſingulari: praecipue cum eam quidam mercator Naucratites, cognomento Nauſicles, amplecteretur; Arſinoë, cum qua primum conſueverat, contemta, ea de cauſa, quod illi intumeſcere genas inter canendum videbat, & vehementer in-

στερον ἐπὶ τὰς ῥῖνας ἀνισταμένην, τό τε ὄμμα πιμπράμενον, καὶ τῆς οἰκείας ἕδρας ἐξωθούμενον.

θ'. Ὑφ' ὧν οἰδουμένη τῷ χόλῳ καὶ ζήλῳ πυρακτουμένη, τοῖς οἰκείοις τῆς Δημαινέτης προσιοῦσα, τὴν κατ' αὐτῆς ἐπιβουλὴν ὑπὸ τῆς Θίσβης ἐξηγόρευσε· τὰ μὲν αὐτὴ καθ' αὐτὴν ὑποτοπήσασα, τὰ δὲ καὶ τῆς Θίσβης αὐτῇ παρὰ τὴν ἑταιρίαν ἐξειπούσης. συστάντες οὖν ἐπὶ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν οἱ κατὰ γένος τῇ Δημαινέτῃ προσήκοντες, καὶ τοὺς δεινοτάτους τῶν ῥητόρων πρὸς τὴν κατηγορίαν ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν [1] ἀναβιβασάμενοι, ἄκριτον καὶ ἀνέλεγκτον ἀνῃρῆσθαι τὴν Δημαινέτην ἐβόων, καὶ τὴν μοιχίαν προκάλυμμα τοῦ φόνου συγκεῖσθαι διεξῄεσαν, καὶ ἐπιδεικνῦναι τὸν μοιχὸν ἢ ζῶντα ἢ τεθνηκότα ἠξίουν, ἢ καὶ τοὔνομα φράζειν μόνον ἐκέλευον· καὶ τέλος τὴν Θίσβην εἰς βασά-

flando praeter decorum ad nares exſurgere, oculis incenſis, ac ſua ſede excedentibus.

IX. Quamobrem tumens ira, & ardens aemulatione Arſinoë, cognatos Demaenetae accedens, inſidias illi a Thisbe factas expoſuit; quaedam ipſa per ſe ſuſpicata, quaedam ita, quemadmodum illi Thisbe ſocietate coniuncta dixerat, recenſens. Cum igitur coiviſſent in damnationem patris mei neceſſarii Demaenetae, & eloquentiſſimos quoſque oratores, ad accuſandum, magna pecunia conductos produxiſſent, iniudicatam & non convictam periiſſe Demaenetam clamabant, & adulterium ad praetextum caedis compoſitum fuiſſe narrabant, &, ut exhiberet adulterum ſeu vivum ſeu mortuum, poſtulabant: denique nomen ſaltem proferre iubebant: ad extremum, Thisben in quaeſtionem poſtulabant. Cum

1 Ἀναβιβασάμενοι) Baſ. ἀναβιβασμένοι, Pal. ἀναβεβιβασμένοι, Malc.

νους ἐζήτουν. ὡς δὲ ὑποσχόμενος ὁ πατὴρ οὐκ εἶχε παραδιδόναι, προϊδομένης ταῦτα ἐκείνης, ἔτι τῆς δίκης συνισταμένης, καὶ (οὕτω συγκείμενον αὐτῇ πρὸς τὸν ἔμπορον) δρασμῷ χρησαμένης, ὁ δῆμος ἀγανακτήσας, Φονέα μὲν οὐκ ἔκρινεν, ἅπαντα ὡς ἔσχεν ὑποθέμενον, ὡς δὲ συναίτιον τῆς τε εἰς Δημαινέτην ἐπιβουλῆς καὶ τῆς ἐμῆς ἀδίκου Φυγῆς τοῦ τε ἄστεος ἐδίωξε, καὶ δημεύσει τῶν ὄντων ἐζημίωσε, τοιαύτης τῶν δευτέρων γάμων τῆς πείρας [1] ἀπονάμενον. οὕτω μὲν ἡ κακίστη Θίσβη καὶ δίκας ὑπ᾽ ὄψεσι νυνὶ ταῖς ἐμαῖς ὑποσχοῦσα, τῶν Ἀθηνῶν ἐξέπλευσε. καὶ ταῦτα μόνον ἔχω γινώσκειν, Ἀντικλέους τινὸς κατὰ τὴν Αἴγιναν ἐξαγγείλαντος, ᾧ καὶ δεύτερον εἰς τὴν Αἴγυπτον συνέπλευσα, εἴ πῃ κατὰ τὴν Ναυκρατίαν εὕροιμι τὴν Θίσβην, καὶ εἰς τὰς Ἀθήνας ἐπαναγαγὼν

autem, quod pollicitus fuerat pater, non poſſet illam in quaeſtionem ferre: proſpexerat enim illa, cum primum iudicium cogeretur, & (ſic enim illi erat cum mercatore conſtitutum) fuga ſibi conſuluerat: populus inique ferens, interfectorem eum quidem non iudicavit, qui omnia, ut geſta fuerant, expoſuerat; verumtamen ut adiutorem inſidiarum contra Demaenetam, & exſilii mihi iniuſte indicti, ex urbe pepulit, & proſcriptione bonorum mulctavit, eiuſcemodi fructum ex ſecundis nuptiis quaeſitis conſecutum. At ſceleratiſſima Thisbe, quae quidem nunc in conſpectu meo dat poenas, ea ratione navigavit Athenis. Atque haec tantum ſcire potui, quae mihi Anticles quidam in Aegina narraverat: cum quo cum iterum in Aegyptum navigaſſem, ut, ſi forte Naucratiae Thisben reperiſſem, reducens Athenas

1 Ἀπονάμενον) Baſ. ἀπονάμενου. Vitioſè, niſi ad ſeqq. totam hanc ῥῆσιν trahendam exiſtimes.

λύσαιμι μὲν τὰς κατὰ τοῦ πατρὸς ὑπονοίας τε καὶ αἰτίας, ἀπαιτήσαιμι δὲ τῶν εἰς πάντας ἡμᾶς ἐπιβουλῶν τὰς δίκας. ἐνθάδε νυνὶ καὶ σὺν ὑμῖν ἐξετάζομαι. τὴν δὲ αἰτίαν, καὶ ὅπως, καὶ ὅσα τοὺς μεταξὺ χρόνους ὑποστὰς, εἰσαῦθις ἀκούσεσθε. τὸ δὲ ὅπως ἡ Θίσβη κατὰ τὸ ἄντρον, καὶ πρὸς τίνων ἀνήρηται, θεοῦ τινος ἂν ἴσως δεήσει φράζοντος.

ι. Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, τὴν δέλτον, ἣν πρὸς τοῖς στέρνοις αὐτῆς εὑρήκαμεν, ἐπισκοπῶμεν· εἰκός τι πλέον ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἐκμαθεῖν. ἐδόκει ταῦτα. καὶ διανοίξας, ἐπήρχετο· καὶ ἦν τὰ γεγραμμένα τοιάδε· ΚΝΗΜΩΝΙ ΤΩι ΔΕΣΠΟΤΗι, ἡ πολεμία καὶ ἐπαμύνασα Θίσβη. Πρῶτα μὲν εὐαγγελίζομαί σε τὴν Δημαινέτης τελευτὴν, δι' ἐμοῦ μὲν ὑπὲρ σοῦ γενομένην. τὸ δὲ ὅπως, εἴ με προσδέξαιο, παροῦσα διηγήσομαι. ἔπειτα φράζω, κατὰ τήνδε με νυνὶ εἶναι τὴν νῆσον δεκάτην ἤδη ταύτην

liberarem patrem suspicionibus & criminibus in eum illatis, sumerem vero de illa insidiarum nobis omnibus factarum poenas; nunc hic, & una vobiscum rem inquiro. Porro quid fuerit in causa, & modum, & casus, quos hoc intervallo passus sum, deinceps audietis. At quomodo Thisbe in hoc antro, & a quibus sit interfecta, Deo quopiam fortasse, qui nobis exponat, opus erit.

X. Ceterum, si videtur, tabellam, quam in pectore ipsius invenimus, adspiciamus. Consentaneum est, fore, ut inde aliquid praeterea addiscamus. Placuit sententia; & aperiens, incipiebat haec in ea perscripta legere: *Cnemoni hero*, hostis & vindex Thisbe. Initio nuntio tibi Demaenetae mortem, quae illi a me tua causa comparata est. Rationem autem, qua id fecerim, si me receperis, coram exponam. Porro scito, me in hac insula esse decimum iam diem, a quodam praedone ex eorum nu-

ἡμέραν, πρός τινος τῶν τῇδε λῃστῶν ἁλοῦσαν· ὃς καὶ ὑπασπιστὴς εἶναι τοῦ λῃστάρχου θρύπτεται, κἀμὲ κατακλείσας ἔχει, μὴ δὲ ὅσον προκύψαι τῶν θυρῶν ἐπιτρέπων· ὡς μὲν αὐτὸς φησὶ διὰ φιλίαν τὴν περὶ ἐμὲ, ταυτὴν ἐπιθεὶς τὴν τιμωρίαν· ὡς δὲ ἔχω συμβάλλειν, ἀφαιρεθῆναί με πρός τινος δεδιώς. ἀλλ᾽ ἐγώ σε θεῶν τινος ἐνδόντος, καὶ εἶδον, ὦ δέσποτα, παριόντα, καὶ ἐγνώρισα, καὶ τήνδε σοὶ τὴν δέλτον διὰ τῆς συνοίκου πρεσβύτιδος λάθρα διεπεμψάμην, τῷ καλῷ καὶ Ἕλληνι καὶ φίλῳ τοῦ ἄρχοντος ἐγχειρίζειν φράσασα. ἐξελοῦ δή με χειρῶν λῃστρικῶν, καὶ ὑπόδεξαι τὴν σαυτοῦ θεραπαινίδα. καὶ, εἰ μὲν βούλει, σῶζε· μαθὼν, ὡς, ἃ μὲν ἀδικεῖν ἔδοξα, βιασθεῖσα· ἃ δὲ τετιμώρημαι τὴν σοὶ πολεμίαν, ἑκοῦσα διαπραξαμένη. εἰ δὲ ἔχει σέ τις ἀμετάκλητος ὀργὴ, κέχρησο ταύτῃ κατ᾽

mero, qui hic ſunt, captam: qui ſe etiam armigerum eſſe praefecti gloriatur, & me concluſam detinet, ne proſpiciendi quidem vel extra fores facultatem concedens; hac poena mihi, ut ipſe dicit, propter amorem, quo me proſequitur, at quemadmodum ego coniectura aſſequi poſſum, propter metum, ne a quopiam auferar, impoſita. Verumtamen ego te, Deo quodam offerente, praetereuntem, here, & conſpexi, & cognovi: atque hanc tibi tabellam clam per contubernalem anum tranſmiſi, formoſo & Graeco, & amico principis tradere imperans. Eripe me, quaeſo, ex manibus praedonis, & ſuſcipe ancillam tuam: &, ſi tua voluntas feret, ſerva, hoc cognito, quod ea, quibus in te delinquere ſum viſa, neceſſitate coacta; quibus autem inimicam tuam ulta ſum, ea ſponte fecerim. Quod ſi tam vehemens ira tua eſt, ut mutari non poſſit, utere hac contra me, ut lu-

ἐμοῦ πρὸς ὃ βούλει· μόνον ὑπό σε γενοίμην, εἰ καὶ τεθνάναι δέοι. βέλτιον γὰρ ὑπὸ χειρῶν ἀνῃρῆσθαι τῶν σῶν, καὶ κηδείας μεταλαβεῖν Ἑλληνικῆς, ἢ θανάτου βαρυτέραν ζωὴν, καὶ φίλτρον βαρβαρικὸν ἔχθρας ἀνιαρώτερον [1] τῆς Ἀττικῆς ἀνέχεσθαι.

ια΄. Τοιαῦτα μὲν ἡ Θίσβη καὶ ἡ δέλτος ἔφραζεν. ὁ δὲ Κνήμων, Ὦ Θίσβη, ἔφη, σὺ μὲν καλῶς ποιοῦσα τέθνηκας, καὶ γέγονας ἡμῖν αὐτάγγελος τῶν ἑαυτῆς συμφορῶν, ἐξ αὐτῶν ἐγχειρίσασα τῶν σῶν σφαγῶν τὴν διήγησιν. οὕτως ἄρα τιμωρὸς Ἐριννὺς γῆν ἐπὶ πᾶσαν, ὡς ἔοικεν, ἐλαύνουσά σε, οὐ πρότερον ἔστησε τὴν ἔνδικον μάστιγα, πρὶν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ με τυγχάνοντα τὸν ἠδικημένον, θεατὴν ἐπιστῆσαι τῆς κατὰ σοῦ ποινῆς. ἀλλὰ τί ἦν ἄρα, ὃ καὶ πάλιν σε κατ' ἐμοῦ

bet, dummodo in tua ſim poteſtate, etiamſi mori oporteat. Longe enim melius eſſe exiſtimo, manibus interimi tuis, & funeris officium Graeco ritu conſequi, quam morte graviorem vitam, & amorem barbaricum, inimicitia acerbiorem Attica, ſuſtinere.

XI. Talia quidem Thisbe & tabella loquebatur. Cnemon autem, Factum bene, o Thisbe, inquit, quod interfecta ſis, & ipſamet tuarum calamitatum nuntia, ex tua ipſius caede narrationem nobis in manus tradens. Sic omnino ultrix Erinnys, ut res ipſa teſtatur, toto orbe terrarum te agens, non prius iuſtum flagrum cohibuit, quam me, tametſi in Aegypto aetatem agentem, iniuria affectum, ſpectatorem tui ſupplicii conſtituiſſet. Sed quidnam erat ſceleris, quod tibi iam pridem ſtru-

1 Τῆς Ἀττικῆς) Omnes Codd. teſte Commel. τὴν Ἀττικὴν, h. e. *me puellam Atticam perferre.* Sed opponuntur φίλτρον βαρβαρικὸν, amor iſtius barbari, τῇ ἔχθρᾳ Ἀττικῇ, inimicitiae, irae Cnemonis, Athenienſis. Recte adeo Ἀττικῆς ex ed. Baſ. reduxit Commel. etſi lectionis huius fontem non indicaverit.

τεχναζομένην καὶ σοφιστεύουσαν διὰ τοῦ γράμματος, ἡ δίκη προαφείλετο τῶν ἐγχειρημάτων; ὡς κἀγώ σε καὶ κειμένην ἔχω δι' ὑποψίας, καὶ σφόδρα δέδοικα μὴ καὶ πλάσμα ἐστὶν ἡ Δημαινέτης τελευτὴ, κἀμὲ μὲν ἠπάτησαν οἱ ἐξαγγείλαντες, σὺ δὲ καὶ διαπόντιος ἥκεις, ἑτέραν καθ' ἡμῶν σκηνὴν Ἀττικὴν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τραγῳδήσουσα. Οὐ παύσῃ, ἔφη ὁ Θεαγένης, ἄγαν ἀνδριζόμενος, εἴδωλά τε καὶ σκιὰς εὐλαβούμενος; οὐ γὰρ δὴ κἀμέ τε καὶ τὴν ἐμὴν ὄψιν εἴποις ἂν ὡς ἐγοήτευσεν, οὐδὲν κοινωνοῦντα τοῦ δράματος. ἀλλ' ἡ μὲν κεῖται σῶμα νεκρὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ τούτου γε ἕνεκα θάρσει παντοίως, ὦ Κνήμων. τίς δὲ ἄρα ποτέ ἐστιν ὁ σὸς εὐεργέτης, ὁ ταύτην ἀνῃρηκώς; ἢ πῶς δεῦρο καθημένην, ἢ πότε, σφόδρα διαπορῶν ἐκπέπληγμαι. Τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἔχω λέγειν, ἔφη ὁ Κνήμων. ὁ δὲ ἀνῃ-

enti contra me, & machinanti per literas, fortuna e manibus eripuit? Quam te etiam nunc ſuſpectam habeo, & magnopere metuo, ne commentum ſit etiam Demaenetae mors, & cum mihi verba dederint ii, qui id ipſum nuntiarunt, tum tu mari venias, alterum ſpectaculum tragicum ex Attica etiam in Aegypto de nobis exhibitura. An non tandem deſines, inquit Theagenes, nimium eſſe fortis, ſimulacra & umbras reformidans? Neque enim dixeris, quod & mihi, adſpectuique meo, aliquibus praeſtigiis impoſuerit, cum ego nulla ex parte huius fabulae ſim particeps. Sed haec quidem iacet revera exanime corpus, & hac de cauſa nihil eſt, quod labores, Cnemon. Ceterum quiſnam ſit auctor huius erga te beneficii, qui illam interfecit, & quomodo huc demiſſam, aut quando, egomet vehementer ambigens obſtupui. Alia non poſſum tibi dicere, inquit Cnemon.

ρηκὼς ὡς ἐπίπαν ἔστι Θύαμις, εἰ δεῖ τῷ ξίφει τεκμαίρεσθαι, ὃ παρὰ τὴν σφαγὴν εὑρήκαμεν. ἐκείνου γὰρ εἶναι γνωρίζω, καὶ τὸ ἐπίσημον τουτὶ τῆς λαβῆς ἐλέφας εἰς ἀετὸν ἐκτετόρνευται. Ἄρ' οὖν εἴποις ἂν, φησὶν ὁ Θεαγένης, καὶ ὅπως καὶ πότε, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἔδρα τὸν φόνον; Καὶ πῶς ταῦτα ἂν εἰδείην, ἀπεκρίνατο. οὐ γὰρ δὴ μαντικόν με τόδε τὸ σπήλαιον ἀνέδειξε, καθάπερ τὸ ἄδυτον τὸ Πυθοῖ, καὶ ἐν Τροφωνείου λόγος θεοφωνεῖν τοὺς ὑπελθόντας. ἀνῴμωξαν ἀθρόον ὁ Θεαγένης καὶ ἡ Χαρίκλεια. καὶ, ὦ Πυθοῖ καὶ Δελφοὶ, θρηνοῦντες ἐβόων· ὁ δὲ Κνήμων ἐκπέπληκτο, καὶ ὅ, τι πεπόνθοιεν πρὸς τὸ ὄνομα τῆς Πυθοῦς οὐκ εἶχε συμβάλλειν.

ιβ'. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. ὁ δὲ Θέρμουθις ὁ τοῦ Θυάμιδος ὑπασπιστὴς, ἐπειδὴ κατὰ τὴν μάχην

At interfector eius omnino eſt Thyamis, ſi quidem coniectura facienda eſt ex gladio, quem iuxta caedem invenimus. Illius enim eſſe cognoſco, & inſigne hoc anſae: aquila enim ebore caelata eſt. Dicas igitur, inquit Theagenes, quomodo caedem hanc, & quando, & qua de cauſa patrarit. Quo pacto autem hoc ſcire poſſim? reſpondit Cnemon: neque enim me fatidicum hoc antrum effecit, quemadmodum adytum Delphicum, & ſicuti iis, qui Trophonii ſpecum ſubierunt, uſu venire ferunt, ut divino furore afflati vaticinentur. Collacrimarunt ſubito Theagenes & Chariclea, atque, o Pytho & Delphi! plorantes clamabant. Cnemon autem perculſus eſt, nec potuit coniicere, quidnam illis a nomine Pythonis accidiſſet.

XII. Ac hi quidem hiſce erant occupati. Porro Thermuthis, ſcutifer Thyamidis, poſtquam e proelio ſaucius

τρωθεὶς ἀπενήξατο πρὸς τὴν γῆν, νυκτὸς ἐπιγενομένης, πορθμείῳ φερομένῳ κατὰ τὸ ἕλος ἐκ τῶν ναυαγίων ἐπιτυχὼν, ἑαυτόν τε ἐνθέμενος, ἐπὶ τὴν νῆσον καὶ παρὰ τὴν Θίσβην ἔσπευδε· ταύτην ὀλίγων πρόσθεν ἡμερῶν ἀγομένην ὑπὸ τοῦ ἐμπόρου τοῦ Ναυσικλέους, κατά τινα στενὴν τῆς ὑπωρείας ὁδὸν λοχήσας ὁ Θέρμουθις ἀφήρητο· παρὰ δὲ τὸν τοῦ πολέμου θόρυβον, καὶ τὴν τῶν ἐναντίων ἔφοδον, ὅτε αὐτὸν οἴσοντα τὸ ἱερεῖον ἀπέστελλεν ὁ Θύαμις, ἔξω βελῶν ποιούμενος, καὶ περισώζειν ἑαυτῷ βουλόμενος, ἔλαθεν εἰς τὸ σπήλαιον καθεὶς, καὶ πρὸς τὸν τάραχον καὶ τὴν σπουδὴν, αὐτοῦ που περὶ τὸ στόμιον καταλιπών. ἔνθα ὡς ἐνεβλήθη κατὰ τὴν πρώτην ἐγκαταμείνασαν, δέει τε τῶν παρόντων φόβων, καὶ ἀγνοίᾳ τῶν πρὸς τὰ βάθη φερουσῶν ἀτραπῶν, ἐντυχὼν ὁ Θύαμις, ὡς Χαρίκλειαν ἀνῄρει τὴν Θίσβην. παρὰ δὴ ταύτην, ὡς διαδράσας τὸν ἐκ τοῦ

in terram enavit, cum nox ſuperveniſſet, navigium quoddam, quod ex naufragio iuxta paludem ferebatur, nactus, & conſcendens, ad inſulam ac Thisben feſtinabat. Hanc paucis ante diebus, cum duceretur a Nauſicle mercatore, in anguſta quadam via ad latus montis, ex inſidiis Thermuthis interceperat. Ut autem tumultus belli perſtrepuit, & hoſtes adventabant, quando illum ad afferendam victimam Thyamis mittebat, extra teli iactum collocans, & ſervare ſibi incolumem cupiens, clam eam in antrum demiſerat, atque adeo prae perturbatione & feſtinatione circa ipſum os reliquerat. Quo in loco, ut iniecta erat initio, metu praeſentium periculorum, & inſcitia ſemitarum in profunditatem fundi ferentium, manentem Thisben Thyamis offendens, tanquam Charicleam, interfecerat. Ad hanc

πολέμου κίνδυνον, ὁ Θέρμουθις ἐπειγόμενος, ἐπειδὴ τῇ νήσῳ προσέσχεν, ὡς εἶχε τάχους, ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἀνέτρεχε. καὶ αἱ μὲν ἦσαν οὐδὲν ἔτι πλὴν ὅτι τέφρα. τὸ δὲ στόμιον ἀπὸ τοῦ λίθου χαλεπῶς ἀνευρὼν, καλάμους τε, εἴ πῃ τινὲς ἔτι σμυχόμενοι περιελείφθησαν, ἀψάμενος, κατέθεεν, ὡς εἶχε σπουδῆς· ὀνομαστί τε Θίσβην ἐκάλει, μέχρι τοῦ ὀνόματος ἑλληνίζων. ὡς δὲ εἶδε κειμένην, ἐπὶ πολὺ μὲν ἀχανὴς εἱστήκει· τέλος δὲ θροῦν τινα καὶ βόμβον αἰσθόμενος ἐκ τῶν κοίλων τοῦ σπηλαίου φερόμενον· διελέγοντο γὰρ ἔτι πρὸς ἑαυτοὺς Θεαγένης τε καὶ Κνήμων· τούτους ἐκείνους εἶναι τοὺς σφαγέας τῆς Θίσβης εἴκαζε, καὶ ἀμηχάνως εἶχε, ὅ, τι καὶ δράσειεν· ὑπὸ μὲν θυμοῦ λῃστρικοῦ καὶ βαρβαρικῆς ὀργῆς, πλέον τότε δι' ἐρωτικὴν ἀποτυχίαν ἐπιτεινομένης, ὁμόσε χωρεῖν αὐτόθι τοῖς νομιζομένοις αἰ-

igitur, ut qui effugerat periculum belli, properans Thermuthis, poſtquam ad inſulam applicuit, contento curſu ad tabernacula perrexit. At haec quidem, praeter cinerem, nihil erant amplius. Oſtio vero ex lapide vix tandem agnito & invento, & arundine, ſicubi adhuc reliquiae manſerant, accenſa, decurrit ſummo ſtudio, nominatim Thisben appellans, tantumque nomine Graeciſſans: verum ut vidit iacentem, diu ſtupens, immotus ſtetit. Ad extremum, cum murmur & ſonos quoſdam ſenſiſſet ex concavis antri partibus efferri, (colloquebantur enim adhuc Theagenes & Cnemon) illos ipſos eſſe interfectores Thisbes ſuſpicabatur: angebaturque animo, cogitans, quid ſibi faciendum eſſet; cum ferocia quidem latronibus inſita, & ira barbarica, magis tum etiam propter amoris fruſtrationem intenſa, ad impetum ibidem in eos, quos putabat eſſe auctores, facien-

τίοις ἐπειγόμενος· ἀπορίᾳ δὲ ὅπλων καὶ ξίφους, ἄκων πρὸς ἐγκράτειαν καταστελλόμενος.

ιγ΄. Ἐδόκει δὲ αὐτῷ βέλτιστον εἶναι, μὴ ὡς πολέμιον ἐντυγχάνειν τὴν πρώτην· εἰ δὲ εὐπορήσειεν ἀμυντηρίου, μετιέναι τοὺς πολεμίους. καὶ οὕτω κρίνας, ἐφίσταται τοῖς ἀμφὶ τὸν Θεαγένην, ἄγριόν τε καὶ τραχὺ περισκοπῶν, καὶ τὸ κρυπτόμενον βούλημα τῆς ψυχῆς τῷ βλέμματι καταμηνύων. οἱ δὲ, ὡς εἶδον ἄνδρα γυμνὸν, ἀπροσδόκητον, τραυματίαν, φονῶντα τὴν ὄψιν, ἡ μὲν Χαρίκλεια καὶ πρὸς τὰ κοιλότερα τοῦ σπηλαίου κατεδύετο, τάχα μὲν [1] καὶ εὐλαβηθεῖσα, πλέον δὲ ἄρα καταισχυνθεῖσα τὴν γυμνὴν καὶ οὐκ εὐσχήμονα τοῦ φανέντος ὄψιν. ὁ δὲ Κνήμων, ἠρέμα καὶ ὑπεδίδρασκε, γνωρίζων μὲν τὸν Θέρμουθιν, ὁρῶν δὲ παρ' ἐλπίδα, καί τι τῶν ἀτοποτέρων αὐτὸν ἐγχειρήσειν προσ-

dum impelleretur; rurſus autem inopia armorum & gladii vel invitus ad moderationem revocaretur.

XIII. Viſum eſt itaque illi conſultiſſimum eſſe, initio non hoſtiliter aggredi: ſi vero ſuppeditarent arma, deinde ut hoſtes invadere. Atque hoc apud animum conſtituto, venit ad Theagenem torvis trucibuſque oculis circumſpectans, & occultam animi ſententiam vultu declarans. Illi autem ut viderunt virum nudum, ex improviſo ſupervenientem, ſaucium, cruenta facie, diverſimode ſe geſſerunt: Chariclea ad interiores partes antri deſcendit, fortaſſis verita nudi & deformis viri, qui apparuerat, conſpectum; Cnemon autem quieſcebat, & pedem referebat, cum agnoſceret quidem Thermuthim, ſed tamen praeter ſpem conſpiceret, & aliquid novi aggreſſurum eſſe arbitraretur. Verum Theagenem

1 Καὶ εὐλαβηθεῖσα — τὴν γυμνὴν) Verba, quae his media ſunt, omittit ed. Baſ. recte ſuppleta e Codd. a Commel. & Cantero.

δοκῶν. ἀλλὰ τὸν Θεαγένην οὐ κατέπληττεν ἡ θέα μᾶλλον, ἢ παρώξυνε· καὶ τότε ξίφος ἐπανετείνετο ὡς πατάξων εἴ τι παρὰ λόγον ἐγχειρείη· καὶ, Στῆθι, ἔλεγεν οὗτος, ἢ βεβλήσῃ. βέβλησαι δὲ οὐδέπω, διότι σε καὶ κατὰ μικρὸν ἐγνώρισα, καὶ τέως ἀμφίβολος ἥκεις τὴν γνώμην. ἐδεῖτο ὑποπεσὼν ὁ Θέρμουθις, ἱκέτης ἐκ τοῦ καιροῦ μᾶλλον ἢ τοῦ τρόπου γιγνόμενος, καὶ τὸν Κνήμωνα πρὸς ἐπικουρίαν ἐπεκαλεῖτο, καὶ σώζεσθαι δίκαιος εἶναι πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ἀδικῶν τε οὐδὲν, καὶ τῶν φιλίων εἰς τὴν παρελθοῦσαν ἡμέραν γεγενῆσθαι, καὶ παρὰ φίλους ἥκειν διατεινόμενος.

ιδ΄. Ἐπεκλᾶτο πρὸς ταῦτα ὁ Κνήμων, καὶ προσελθὼν, ἀνέστησέ τε τῶν γονάτων ἐχόμενον τοῦ Θεαγένους, καὶ ποῦ Θύαμις ἐπυνθάνετο συνεχῶς. ὁ δὲ πάντα ἔλεγεν· ὡς συνέρραξε τοῖς πολεμίοις, ὡς ἐμβαλὼν εἰς μέσους ἐμάχετο, οὔτε ἐκείνων, οὔτε ἑαυτοῦ

non magis terrebat ſpectaculum, quam irritabat: & gladium intentabat, tanquam percuſſurus, ſi quid temerarium aggrederetur, &, Siſte gradum, dicebat, aut vulnus accipies: quod autem nondum accepiſti, in cauſa eſt, quod te paullulum agnoſcam, & qua mente venias ambiguum ſit. Deprecabatur accidens Thermuthis, ſupplex, temporis magis ratione, quam morum, factus: & Cnemonem in auxilium vocabat, meritumque ſe eſſe, ut ſervaretur, dicebat; nulla in re unquam ſe illum iniuria affeciſſe, & ſocium pridie fuiſſe, & ad amicos venire, aſſeverans.

XIV. Permotus eſt his Cnemon, & accedens erexit amplexum genua Theagenis, &, ubi eſſet Thyamis, continuo quaerebat. Ille autem omnia dicebat, quomodo conflixerat cum hoſtibus, quomodo in mediam aciem ſeſe immittens dimicabat, nec illorum nec ſuae ſaluti

φειδόμενος· ὡς ἀνῄρει μὲν ἀεὶ τὸν ὑπὸ χεῖρας γιγνόμενον· ἐδορυφορεῖτο δὲ αὐτὸς ἀπὸ κηρύγματος, πάντα τινὰ Θυάμιδος φείδεσθαι παρεγγυῶντος· καὶ τέλος ὡς ἐκεῖνος μὲν ὅ, τι καὶ γέγονεν, [1] οὐκ ἔχοι λέγειν· αὐτὸς δὲ τραυματίας ἀπενήξατο πρὸς τὴν γῆν, καὶ τὸ παρὸν κατὰ ζήτησιν ἥκοι τῆς Θίσβης ἐπὶ τὸ σπήλαιον. οἱ δὲ, τί διαφέρουσαν αὐτῷ ἢ πόθεν γενομένην ἐπιζητοίη Θίσβην, ἠρώτων. ἔλεγε καὶ ταῦτα ὁ Θέρμουθις καὶ διηγεῖτο, ὡς ἐμπόρων ἀφέλοιτο, ὡς ἠράσθη μανικῶς, καὶ τὸν μὲν ἄλλον ἔκρυπτεν ἔχων χρόνον· παρὰ δὲ τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων, καθῆκεν εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ νῦν εὑρίσκει πρός τινων ἀνῃρημένην, οὓς οὐκ ἔχει μὲν γιγνώσκειν, μάθοι δ᾽ ἂν ἡδέως, ὑπὲρ τοῦ γνῶναι καὶ τὴν αἰτίαν. καὶ ὁ Κνήμων ἄγαν ἐσπουδασμένως, Θύαμίς ἐστιν ὁ σφαγεὺς, ἔλεγεν, ἀπο-

parcens: quomodo quemque obvium trucidabat, ipſum vero tuebatur ac protegebat edictum, quo unicuique mandabatur, Thyamidi parceret: denique quod, quid ad extremum illi acciderit, non poſſet dicere, & ipſe ſaucius in terram enaſſet, in praeſentia vero ad inquiſitionem Thisbes in antrum veniret. Illi autem, quid ipſius intereſſet, Thisben inquirere, aut unde ipſam adeptus eſſet, percontabantur. Dicebat & haec Thermuthis, ac enarrabat, quomodo mercatoribus abſtuliſſet, quomodo illam deperiiſſet, quomodo alio quidem tempore clam apud ſeſe aſſervaſſet, ſub adventum autem hoſtium in antrum demiſiſſet; nunc autem inveniat a quibuſdam interemtam, quos qui ſint ſcire non poſſit; verumtamen libenter reſciſcat, cauſae & occaſionis caedis cognoſcendae gratia. Cnemon itaque ſingulari ſtudio cupiens ſeſe quamprimum ſuſpicione liberare, Thyamis

1 Οὐκ ἔχοι λέγειν) Sic correxit Commel. Omnes libri conſpirant in vitioſa lectione ἔχω.

λύσασθαι τῆς ὑποψίας ἑαυτὸν ἐπειγόμενος, καὶ μαρτύριον ἐπεδείκνυ τὸ ξίφος, ὃ παρὰ τὴν σφαγὴν εὑρήκεσαν. ὡς δὲ εἶδεν ὁ Θέρμουθις ἔτι καὶ τοῦ αἵματος ἀποστάζον, καὶ τὸν πρὸ ὀλίγου φόνον θερμὸν ἔτι τὸν σίδηρον ἀποπτύοντα, ἐγνώρισέ τε εἶναι Θυάμιδος, βαθύ τι καὶ βύθιον στενάξας, καὶ τὸ γεγονὸς, ὅπως εἶχεν, ἀμηχανῶν, ἀχλύϊ καὶ σιγῇ κάτοχος, ἐπὶ τὸ στόμιον ἀνεδύετο τοῦ σπηλαίου, καὶ παρὰ τὸ σῶμα τῆς κειμένης ἥκων, ἐπιθείς τε τοῖς στέρνοις τὴν κεφαλὴν, ὦ Θίσβη, ἔλεγε, καὶ τοῦτο πολλάκις, καὶ πλέον οὐδέν· ἕως τὸ ὄνομα κατὰ μέρος ἀποτέμνων καὶ κατὰ μικρὸν ἐκλείπων, ἔλαθεν [1] εἰς ὕπνον ἐμπεσών.

ιε΄. Τῷ δὲ Θεαγένει καὶ τῇ Χαρικλείᾳ συνάμα τῷ Κνήμωνι, πάντων ἔννοια τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἀθρόον [2] ἐπεισῄει, καὶ σκοπεῖν μέν τι βουλομένοις ἐῴκεσαν.

eſt interfector, dicebat: & in teſtimonium adducebat gladium, quem iuxta caedem invenerant. Eum ut vidit Thermuthis adhuc cruore manantem, calido adhuc ferro recentem caedem exſudante, & cognovit eſſe Thyamidis, vehementius atque imo a pectore ingemiſcens, & quomodo confectum eſſet negotium ignorans, caligine ac ſilentio oppreſſus exibat ex antro, & ad corpus iacentis veniens, ac pectori capite impoſito, o Thisbe ſubinde, neque praeterea quidquam dicebat, uſque dum nomen paullatim mutilans, & paullo poſt ipſe deficiens, ſomno clam oppreſſus eſt.

XV. Theagenem autem & Charicleam, una cum Cnemone, ſubibat de ſtatu rerum ſuarum cogitatio, & videbantur quidem quaſi conſultare velle: ſed tum ae-

1 Εἰς ὕπνον ἐμπεσὼν) Ita Cod. Xyl. Reliqui cum ed. Baſ. ἐκπεσὼν, frequenti literarum permutatione. Mox recte ἔννοια corr. Com. pro vulg. ἐννοίᾳ, dandi caſu.

2 Ἐπεισῄει) Vitioſe omnes edd. Commel. ἐπείσει. At ἐπεισῄει recte habet ed. Baſ.

τῶν δὲ παρελθόντων ἀλγεινῶν τὸ πλῆθος, καὶ τῶν παρουσῶν συμφορῶν τὸ ἄπορον, καὶ τῶν προσδοκωμένων τὸ ἄδηλον, ἐζόφου τῆς ψυχῆς τὸ λογιζόμενον. εἰς ἀλλήλους δὲ ἐπιπλεῖστον ἑώρων, καὶ ἕκαστος τὸν ἕτερον εἰπεῖν τι προσδοκῶν, εἶτα ἀποτυγχάνων εἰς γῆν τὸ βλέμμα ἐπέστρεφε, καὶ ἀνανεύσας αὖθις ἀνέπνευσε, στεναγμῷ τὸ πάθος ἐπικουφίσας. καὶ τέλος, κλίνει μὲν ἑαυτὸν εἰς τὴν γῆν ὁ Κνήμων· ὀκλάζει δὲ ἐπὶ πέτραν ὁ Θεαγένης, ῥίπτει δὲ ἐπὶ τοῦτον ἑαυτὴν ἡ Χαρίκλεια, καὶ τὸν ὕπνον ἐπιπολὺ μὲν ἐπιφερόμενον διωθοῦντο, βουλήν τινα στήσασθαι τῶν παρόντων ἐπιθυμοῦντες, λειποθυμίᾳ δὲ καὶ πόνοις ἐνδόντες, φύσεως νόμῳ καὶ ἄκοντες ἐπείθοντο, καὶ πρὸς ἡδὺ κῶμα διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς λύπης ὠλίσθησαν. οὕτως ἄρα ποτε σώματος πάθει, καὶ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς συνομολογεῖν [1] ἠνέσχετο.

rumnarum, quae praeterierant, multitudo, tum praeſentium calamitatum moles, & imminentium incertitudo, obſcurabat atque impediebat partem animae ratiocinatricem: ſe ipſos vero ſaepiſſime intuebantur, & quilibet alterum quidpiam in rem praeſentem dicturum eſſe exſpectans, deinde ſpe lapſus, in terram vultum demittebat, ac rurſus attollens ſuſpirabat, gemitu dolore levato. Poſtremo reclinat ſeſe in terram Cnemon, collabitur in ſaxum Theagenes, reiicit ſeſe in eum Chariclea: & ſomnum quidem urgentem diu repellebant, conſilium aliquod capere de praeſentibus rebus cupientes; verum angoribus & labore fracti, legi naturae vel inviti parebant, & in dulcem ſomnum ut ex ingenti moeſtitia lapſi ſunt. Sic equidem cum affectione corporis & animae pars intelligens conſentire cogebatur.

1 Ἠνέσχετο) Ed. Baſ. ὑπηνέσχετο. At Commel. Codd. auctoritatem ſecutus, repoſuit ἠνέσχετο.

ιστʹ. Ἐπεὶ δὲ μικρὸν [1] ἐσπάσαντο ὕπνου, καὶ τοσοῦτον ὅσον τὰ ἄκρα τῶν βλεφάρων ἐπιλεᾶναι, τῇ Χαρικλείᾳ τῇδε ξυγκειμένῃ ὄναρ ἐφοίτησεν. ἀνὴρ τὴν κόμην αὐχμηρὸς, καὶ τὸ βλέμμα ὑποκαθήμενος, καὶ τὴν χεῖρα ἔναιμος, ἐμβαλὼν τὸ ξίφος, τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῇ τὸν δεξιὸν ἐξῄρητο· ἡ δὲ, ἀνέκραγε τε αὐτίκα, καὶ οἱ τὸν ὀφθαλμὸν ἀνηρπάσθαι λέγουσα, τὸν Θεαγένην ἐκάλει. καὶ ὁ μὲν παρῆν αὐτίκα πρὸς τὴν κλῆσιν, καὶ τὸ πάθος ὑπερήλγει καθάπερ καὶ τῶν ἐνυπνίων συναισθανόμενος. ἡ δὲ τῷ τε προσώπῳ τὴν χεῖρα ἐπέβαλε, καὶ τὸ μέρος ὃ κατὰ τὸ ὄναρ ἀπώλεσεν ἐπαφωμένη, πάντοθεν ἐπεζήτει. ὡς δὲ ὄναρ ἦν, Ὄναρ ἦν, ἔλεγεν· ἔχω τὸν ὀφθαλμόν. θάρσει, Θεάγενες. ἀνέπνευσε πρὸς τὴν ἀκοὴν ὁ Θεαγένης, καὶ, Εὖ μὲν ποιοῦσα, ἔφη, τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀποσώζεις. τί

XVI. Poftea vero quam paullulum fomnum produxerant, ita ut palpebrae tantum nonnihil levarentur, Charicleae ibi una cubanti infomnium tale venit. Vir fqualida coma, & truci ac infidiofo adfpectu, manibus cruentis oculum eius eruebat. Illa autem ftatim exclamavit, & fibi ereptum oculum effe dicens, Theagenem vocabat. Atque hic vocatus ftatim aderat, & illius cafum, quafi etiam eum in fomnis fentiret, deplorabat. Porro illa manum faciei admovebat, & partem, quam in fomnis amiferat, attrectans, ubique inquirebat. Ut vero fomnium fuiffe intellexit, Somnium fuit, dicebat: habeo oculum, ades animo, & omitte timorem, Theagenes. Refpiravit his auditis Theagenes, &, Bene eft, inquit, quod folares illos radios incolumes fervaveris:

1 Ἐσπάσαντο ὕπνου) Liber Xyl. ἐπάσαντο ὕπνου, fatis eleganter. Sed & alibi nofter: ὀλίγον δὲ καὶ ὕπνου σπάσωμεν. Mox vitiofe ed. Baf. ἐπιλαιᾶναι.

δὲ ἦν ὅ μοι πέπονθας; ἢ τίς ἡ περί σε πτοία γέγονεν; Ἀνὴρ ὑβριστὴς, ἔφη, καὶ ἀτάσθαλος, καὶ οὐδὲ τὴν σὴν ἄμαχον καταδείσας ῥώμην, κειμένη μοι πρὸς τοῖς σοῖς γόνασιν ἐπεκώμαζε ξιφήρης, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ᾤμην ὡς ἐξεῖλε τὸν δεξιόν· καὶ εἴθε γε ὕπαρ ἦν, καὶ μὴ ὄναρ, ὦ Θεάγενες, τὸ φανέν. τοῦ δὲ, εὐφήμησον εἰπόντος, καὶ διότι [1] τοῦτο λέγοι πυνθανομένου· Διότι βέλτιον ἦν, ἔφη, θατέρου με τῶν ὀφθαλμῶν ἐλαττωθῆναι, ἤπερ ἐπί σοι φροντίζειν. ὡς σφόδρα δέδοικα, μὴ εἴς σε τείνοι τὸ ἐνύπνιον, ὃν ὀφθαλμὸν ἐγὼ καὶ ψυχὴν καὶ πάντα ἐμαυτῆς πεποίημαι. Παῦσαι, ἔλεγεν ὁ Κνήμων· (ἐπηκροᾶτο γὰρ ἁπάντων, πρὸς τὴν ἐξαρχῆς βοὴν τῆς Χαρικλείας ἀφυπνισμένος·) ἐμοὶ γὰρ ἄλλῃ πῃ φράζεσθαι τὸ ὄναρ καταφαίνεται· καὶ, εἴγε σοι πατέρες εἰσὶν, ἀπόκριναι. τῆς δὲ ὁμολογούσης, καὶ, εἰ-

ceterum quid tibi accidit, aut quis terror te invaserat? Vir, inquit, sceleratus & protervus, neque tuum invictum robur pertimescens, iacenti mihi ad tua genua insultabat gladio armatus, atque adeo illum mihi dextrum exemisse oculum omnino putabam. Utinam autem revera id mihi accidisset, potius quam in somnis apparuisset. Hoc vero, Dii meliora, dicente, & hoc quamobrem diceret sciscitante: Quoniam sane, inquit, melius fuerat, altero oculo me privari, quam de te esse sollicitam. Quam metuo, ne te hoc insomnium petat, quem ego oculum & animam, & fortunas meas omnes esse duxi. Desine, subiecit Cnemon: nam exaudierat omnia, ad primum clamorem Charicleae de somno excitatus. Mihi enim aliud quiddam somnium videtur significare, &, utrum parentes habeas, responde. Hac vero annu-

1 Τοῦτο λέγοι πυνθανομένου) Verba haec, quae in ed. Bas. manu ad seq. διότι aberrante, exciderunt, e Codd. restituit Commel. Idem vidit iam Canter. Var. Lect. l. 3, c. 1.

ποτε ἦσαν, εἰπούσης· Οὐκοῦν τὸν πατέρα σοι τεθνηκέναι νόμιζε, ἔλεγε. τοῦτο δὲ ὧδε συμβάλλω. τοῦ προελθεῖν εἰς τὸν τῇδε βίον, καὶ τοῦδε τοῦ φωτὸς μεταλαβεῖν, [1] τοὺς φῦντας ἴσμεν αἰτίους. ὥστε εἰκότως ἐπὶ πατέρα καὶ μητέρα τὴν ὀμμάτων συζυγίαν, ὡς ἂν φωτεινὴν αἴσθησιν καὶ ὁρατῶν ὑπουργὸν οἱ ὄνειροι σοφίζονται. Βαρὺ μὲν, ἔφη, καὶ τοῦτο, ἡ Χαρίκλεια. [2] πλὴν ἀλλ' ἔστω γε ἀληθὲς μᾶλλον ἢ τὸ ἕτερον, καὶ νικήσειεν ὁ παρὰ σοὶ τρίπους· ἐγὼ δὲ ψευδόμαντις ἀποφανθείην. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσται, καὶ χρὴ πιστεύειν, ἔλεγεν ὁ Κνήμων. ἡμεῖς δὲ ὀνειρώττειν ὡς ἀληθῶς ἐοίκαμεν, ἐνύπνια μὲν καὶ φαντασίας ἐξετάζοντες, τῶν δὲ καθ' ἑαυτοὺς περίσκεψιν οὐδ' ἡντιναοῦν προτιθέντες, καὶ ταῦτα ἕως ἔξεστι, τοῦ Αἰγυπτίου τούτου (ἔλεγε

ente, &, ſi quando erant, dicente: Igitur patrem tibi eſſe mortuum exiſtima, dicebat. Inde autem eius rei coniecturam facio. Siquidem ut egrediamur in hanc vitam, & hac luce fruamur, parentes ſcimus eſſe auctores. Quocirca non abs re patrem & matrem oculorum pari, tanquam ſenſu capaci lucis, & eorum, quae videri poſſunt, miniſtro, ſomnia occulte ſignificant. Grave & hoc eſt, inquit Chariclea: verumtamen ſit potius verum, quam illud alterum: & vincat tuus tripus, ac ego falſa vates eſſe pronuntier. Haec quidem ita evenient, & in iis acquieſcere oportet, dicebat Cnemon. Nos autem revera ſomniare videmur, inſomnia & imaginationes expendentes, noſtrarum autem rationum conſilium nullum in medium proponentes, praeſertim quamdiu licet, Aegy-

1 Τοὺς φῦντας) Commel. auctor eſt, vulgo legi τοὺς φύσαντας. Ita vero exhibet ed. Baſ.

2 Πλὴν ἀλλ' ἔστω) Partic. ἀλλὰ, vulgo h. e. in ed. Baſ. omiſſam, Commel. e libris inſeruit.

δὲ τὸν Θέρμουθιν) ἀπολειπομένου, καὶ νεκροὺς ἔρωτας ἀναπλάττοντος καὶ θρηνοῦντος.

ιζ'. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Θεαγένης, Ἀλλ', ὦ Κνήμων, ἔφη, ἐπειδή σε θεῶν τις ἡμῖν συνῆψε, καὶ συνέμπορον τῶν δυστυχημάτων πεποίηκεν, ἄρχε βουλῆς. τόπων τε γὰρ τῶν τῇδε καὶ φωνῶν ἔμπειρος, καὶ ἄλλως ἡμεῖς νωθέστεροι [1] συνιέναι τὸ δέον, πλείονι κλύδωνι κακῶν βεβυθισμένοι. μικρὸν οὖν ἐπιστήσας ὁ Κνήμων, τοιάδε ἔφη. Κακῶν μὲν, ὦ Θεάγενες, ἄδηλον, ὅστις πλεονεκτεῖ· ἀφθόνως γὰρ κἀμοὶ τῶν συμφορῶν ὁ δαίμων ἐπήντλησεν. ἐπειδὴ δὲ τὰ παριστάμενα ὡς προγενεστέρῳ κελεύετε λέγειν, ἡ μὲν νῆσος ἥδε, ὡς ὁρᾶτε, ἔρημος, καὶ πλέον ἡμῶν οὐδέν. καὶ χρυσοῦ μὲν καὶ ἀργύρου καὶ ἐσθῆτος ἀφθονία, (πολλὰ γὰρ τά-

ptio hoc (ſignificabat autem Thermuthim) a nobis ſeparato, & exanimes amores fingente, ac lugente.

XVII. Excipiens itaque eius verba Theagenes: Enimvero Cnemon, inquit, quoniam te Deus aliquis nobis copulavit, & ſocium calamitatum fecit, auſpicare conſilium. Nam & locorum in hiſce regionibus, & linguae peritus es: & nos alioqui minus apti ſumus ad id, quod ſit neceſſarium, intelligendum, utpote maiore fluctu aerumnarum obruti. Paullulum igitur immoratus Cnemon, ſic locutus eſt: Malis quidem qui magis abundet, incertum eſt. Satis enim magnum onus calamitatum & mihi numen impoſuit. Verumtamen quoniam me, ut maiorem natu, dicere de praeſentibus rebus iubetis, ſic accipite. Haec inſula, ut videtis, deſerta eſt, & neminem praeter nos continet. Deinde argenti quidem, & auri, & veſtium magna copia: (multa enim ſunt haec,

1 Συνιέναι.) Codd. Vatic. Xyl. & Taurin. apud Dorv. ad Char. p. 467, συνεῖναι. Perperam.

δὲ ἃ κατὰ τὸ σπήλαιον ὑμῶν τε ἀφελόμενοι, ἄλλων τε ἀποσυλήσαντες, ὁ Θύαμις καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κατέθεντο) σίτου δὲ καὶ ἐπιτηδείων ἄλλων, οὐδὲ ὄνομα περιλέλειπται. δέος δὲ διαφθαρῆναι μὲν καταμείναντας λιμῷ· διαφθαρῆναι δὲ ἐφόδῳ τινῶν, ἤτοι τῶν ἐναντίων πάλιν ἐλθόντων, ἢ καὶ διὰ τῶν σὺν ἡμῖν γεγονότων, εἰ καθ᾽ ἕνα ποτὲ συλλεγέντες, καὶ τὸν ἐνθάδε θησαυρὸν οὐκ ἀγνοοῦντες, ἐπέλθοιεν διὰ τὰ χρήματα. τότε οὐκ ἂν φθάνοιμεν παραπολλύμενοι, ἢ ταῖς ὕβρεσι ταῖς ἐκείνων, τὸ φιλανθρωπότερον, [1] ἐκκείμενοι. ἄλλως τε γὰρ ἄπιστον τὸ βουκόλων γένος, καὶ νῦν πλέον, ὅτε τοῦ καταστέλλοντος τὴν γνώμην πρὸς τὸ σωφρονέστερον ἄρχοντος ἀμοιροῦσιν. ἀπολειπτέον οὖν ἡμῖν καὶ φευκτέον ὡς ἄρκυς τινας καὶ δεσμωτήριον τὴν νῆσον, ἀποπέμψαντας πρότερον τὸν Θέρμουθιν, πρόφασιν ὡς πευ-

quae in hoc antro cum nobis erepta, tum aliis ademta, Thyamis, & qui illi aderant, depofuerunt) ceterum frumenti, & eorum, quae funt ad victum neceffaria, ne nomen quidem relictum eft. Periculum eft igitur, ne, fi diutius hic manferimus, vel fame fit nobis pereundum, vel adventu five hoftium revertentium, five horum, qui nobifcum fuerunt, fi collecti (quoniam hunc thefaurum non ignorant) propter pecunias advenerint. Tunc enim effugere non poffemus, quin interimeremur; aut faltem, fi lenius nobifcum agerent, contumeliis eorum & petulantiae obiiceremur. Cum enim femper fit infidum bubulcorum genus, tum nunc praecipue, cum duce, pro imperio revocante illorum animos ad moderationem, carent. Relinquenda igitur eft nobis, & fugienda, tanquam retia quaedam, aut carcer, infula, ablegantibus primum Thermuthim, eo praetextu, ut in-

1 Ταῖς ὕβρεσι -- ἐκκείμενοι) Ita maluimus, ait Commel. quam ἐγκείμενοι. Atque fic liquido exftat in ed. Baf.

στόμενον καὶ πολυπραγμονήσοντα, εἴ τι περὶ τοῦ Θυάμιδος ἔχοι μανθάνειν. ῥᾷον τε γὰρ ἐφ' ἑαυτῶν ἂν σκοποῖμεν καὶ ἐγχειροῖμεν τὰ πρακτέα· καὶ ἄλλως ἄνδρα ἐκποδὼν ποιήσασθαι καλὸν, φύσει τε ἀβέβαιον καὶ λῃστρικὸν καὶ δύσερι τὸ ἦθος, πρὸς δὲ καὶ ὑποψίας τι φέροντα εἰς ἡμᾶς τῆς Θίσβης ἕνεκα, καὶ οὐκ ἂν παυσόμενον εἰ μὴ ἐπιβουλεύσειεν, εἰ καιροῦ λάβοιτο.

ιη'. Ἐπῃνέθη ταῦτα, καὶ ἐδόκει γίγνεσθαι· καὶ ὁρμίσαντες ἐπὶ τὸ στόμιον τοῦ σπηλαίου, (καὶ γάρ τι καὶ ἡμέρας ἤδη ξυνίεσαν) διανέστησάν τε τὸν Θέρμουθιν ὁλοσχερῶς τῷ ὕπνῳ κατεσχημένον, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν τῶν βουλευθέντων φράσαντες, καὶ ῥᾳδίως ὑπόκουφον ἄνδρα πείσαντες, τό τε σῶμα τῆς Θίσβης εἴς τι κοῖλον ἐνθέντες, καὶ τὴν τέφραν τὴν ἐκ τῶν σκηνῶν [1] ὅσα γ' ἦν ἐπιφορήσαντες, καὶ τὰ εἰωθότα διὰ τὴν

terroget & curiofe inquirat, fi quid de Thyamide poffit cognofcere. Facilius enim ipfi feorfim confultabimus, & aggrediemur ad ea, quae facienda funt: & alioquin virum a nobis removere confultum eft, natura inconftantem, & feris ac immanibus moribus praeditum, praeterea aliquid de nobis Thisbes caufa fufpicantem, neque prius conquieturum, quam nos, fi occafionem nactus fuerit, infidiis circumvenerit.

XVIII. Approbata funt haec, & vifum eft, ut fierent: & abeuntes ad os antri (iam enim & diem effe intellexerant) excitarunt Thermuthim, prorfus fomno torpentem; & cum deliberatorum, quae verifimilia erant, expofuiffent, ac facile viro levi perfuafiffent, corpus autem Thisbes in alveum quendam impofuiffent, & quantum pulveris ex tabernaculis relictum fuerat, id totum fupra illam aggeffiffent, & ea, quae fieri affolent

1 Ὅσα γ' ἦν) Praeclara haec eft Commelini emendatio, cum antea vulgaretur ὅσα γῆν, fine fenfu.

ὁσίαν ἐξ ὧν ὁ καιρὸς ἐδίδου πληρώσαντες, καὶ δάκρυα καὶ θρήνους ἀντὶ πάντων τῶν νομιζομένων ἐναγίσαντες, ἐξέπεμπον ἐφ' ἣν ἔδοξε βουλὴν τὸν Θέρμουθιν. ὁ δὲ βραχὺ προελθὼν, ἀνέστρεφέ τε, καὶ οὐκ ἂν ἔφη μόνος πορεύεσθαι, οὐδὲ ἀναῤῥίψειν τοσοῦτον κίνδυνον κατασκοπῆς, εἰ μὴ καὶ Κνήμων ἐθέλοι κοινωνεῖν τῆς πράξεως. ἀποδειλιῶντα δὴ πρὸς ταῦτα τὸν Κνήμωνα θεασάμενος ὁ Θεαγένης, (καὶ γὰρ φράζων τὰ λεχθέντα πρὸς τοῦ Αἰγυπτίου δῆλος ἦν ὑπεραγωνιῶν) Σὺ δὲ, ἔφη, τὴν μὲν γνώμην ἐῤῥωμένος τις ἄρα ἦσθα, τὸ λῆμμα δὲ ἀσθενέστερος· γνωρίζω [σε] ἄλλοις τε, καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς νῦν. ἀλλὰ θῆγε τὸ φρόνημα, καὶ πρὸς τὸ ἀνδρειότερον ὄρθου τὴν γνώμην. τὸ μὲν γὰρ παρὸν, ἀναγκαῖον δοκεῖ οὕτω συντίθεσθαι, τοῦ μή τινα τοῦ δρασμοῦ λαβεῖν αὐτὸν ὑπόνοιαν, καὶ συμπορεύε-

propter religionem, eo apparatu, quem tempus ſuppeditabat, peregiſſent, lacrimiſque ac luctu pro omnibus caerimoniis parentaſſent, Thermuthim ad id conſilium perficiendum, quod antea fuit conſtitutum, emiſerunt. Sed ille paullulum progreſſus, reverſus eſt; neque ſe ſolum iturum eſſe dixit, neque temere obiecturum tanto periculo explorationis, niſi Cnemon particeps negotii eſſe vellet. Quod cum detrectare vidiſſet Cnemonem Theagenes: (referens enim ea, quae dicta fuerant ab Aegyptio, videbatur angi animo, & formidare) Tu vero, inquit, conſilio valueras, at animis es aliquanto imbecillior: atque id de te comperi cum ex aliis rebus, tum praecipue ex praeſenti tempore. Enimvero excita ſpiritus, & ad fortitudinem erige animum. In praeſentia enim, ne aliquam ſuſpicionem de fuga concipiat, neceſſarium eſſe videtur, ita cum eo paciſci, & initio una

σθαι τὴν πρώτην· (δέος δὲ δήπουθεν οὐδὲν, ἀνόπλῳ τὴν χεῖρα ξυνιέναι, ξιφήρη καὶ πεφραγμένον αὐτὸν) καιροῦ δὲ λαβόμενον ἐγκαταλείψειν διαλαβόντα, καὶ ἥκειν παρ' ἡμᾶς, οὗπερ ἂν συνθώμεθα. συνθώμεθα δὲ, εἰ δοκεῖ, κώμην τινα πλησίων, εἴ πῃ γιγνώσκεις [1] ἥμερον. εὖ λέγειν ἔδοξε τῷ Κνήμωνι· καὶ Χέμμιν τινα κώμην οὕτω καλουμένην ἔφραζεν, εὐδαίμονά τε καὶ πολυάνθρωπον, καὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ Νείλου πρὸς ἐπιτειχισμὸν τῶν βουκόλων ἐπὶ λόφου παρῳκισμένην· ἀπέχειν δὲ περαιωθεῖσι τὴν λίμνην, στάδια οὐ πολλῷ λειπόμενα τῶν ἑκατόν. δεῖν δὲ εὐθὺς [2] πρὸς μεσημβρίαν ὁρῶντας ἰέναι.

ιθ΄. Χαλεπῶς μὲν, ἀπεκρίνατο ὁ Θεαγένης, Χαρικλείας γε ταύτης ἕνεκα, τοῦ βαδίζειν μακρότερον ἀήθως ἐχούσης· ἐλευσόμεθα δ' οὖν ὅμως, εἰς πτωχοὺς

ire: (nihil eſt enim periculi, cum inermi iter facere, ei qui gladium habeat, & ſit munitus armis) deinde occaſione oblata clam eum relinquere, & venire ad nos in eum locum, quem conſtituerimus. Conſtituemus autem pagum aliquem propinquum, ſi quem alibi noſti, in quo homines manſueti. Bene monere Cnemoni eſt viſus: & Chemmin quendam pagum ſic appellatum indicabat, opulentum, & frequentem hominibus, denique ad ripas Nili in colle munitionis cauſa contra incurſum bubulcorum ſitum. Diſtare vero, tranſmiſſo lacu, ſtadiis propemodum centum: oportere autem, ut meridiem verſus recta eant.

XIX. Difficulter quidem, reſpondit Theagenes, praeſertim propter Charicleam, quae longioribus itineribus aſſueta non eſt; attamen ibimus, mendicos nos eſſe, &

1 Ἥμερον) Ita repoſuit Comm. e Palat. uti legendum ratio ipſa & oratio monet. Reliqui cum ed. Baſ. σήμερον. Mox pro παρῳκισμένην vitioſe ed. Baſ. παρῳχημένην.

2 Πρὸς μεσημβρίαν ὁρῶντας) Ita Codd. Palat. & Xyl. cum ed. Baſ. At Vatic. ὁρμῶντας, aeque recte.

καὶ τοὺς διὰ τροφὴν ἀγύρτας ἑαυτοὺς μεταπλάσαντες. Νὴ Δία, εἶπεν ὁ Κνήμων· καὶ γὰρ τῶν ὄψεων σφόδρα διεστραμμένως ἔχετε, (ἡ δὲ Χαρίκλεια καὶ πλέον, ἅτε καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἀρτίως ἐκκεκομμένη) καὶ ἐμοὶ δοκεῖτε τοιοίδε ὄντες, [1] οὐκ ἀκόλους, ἀλλ' ἄοράς τε καὶ λέβητας αἰτήσειν. πρὸς ταῦτα ἐμειδίασεν ὀλίγον καὶ βεβιασμένον, καὶ μόνοις τοῖς χείλεσιν ἐπιτρέχον. ὅρκοις δὲ πιστωσάμενοι τὰ δόξαντα, καὶ μή ποτε ἀπολείψειν ἑκόντες, ἐπιμαρτυρόμενοι τοὺς θεοὺς, ἔπραττον ὡς ἐβούλετο ἡ σκέψις. ὁ μὲν δὴ Κνήμων καὶ ὁ Θέρμουθις, ἅμα ἡλίῳ τὴν λίμνην περαιωθέντες, ἐχώρουν δι' ὕλης τινος βαθείας καὶ τὸ λάσιον δυσδιέξοδον παρεχομένης. ἡγεῖτο δὲ ὁ Θέρμουθις, τοῦτο τοῦ Κνήμωνος καὶ εἰπόντος καὶ βουληθέντος, πρόφασιν μὲν

eos, qui victus quaerendi caufa cum praeftigiis quibufdam circumvagentur, affimulantes. Hercle, inquit Cnemon: etenim eftis nimis deformi & diftorto adfpectu, Chariclea praecipue, utpote cui oculus nuper fit elifus: quare mihi videmini, tales cum fitis, non ftipem, frufta panis, fed cultros & lebetes petituri. Ad haec arrifit leviter, & dicis caufa, ita ut fumma labra tantum rifus percurreret. Iureiurando vero firmatis iis, quae decreverant, &, quod nunquam fponte fe effent deferturi, conteftantes Deos, exfequebantur ea, quae conftituta fuerant. Cnemon igitur & Thermuthis, multo mane tranfmiffo lacu, iter faciebant per denfam quandam filvam, tranfitu difficilem. Praecedebat autem Thermuthis, cum hoc Cnemon dixiffet & voluiffet, peritiam eius in diffi-

1 Οὐκ ἀκόλους) Refpexit Homer. Od. P, 222:
Αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας.
unde & Callim. H. in Cer. 116:
αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός.

αὐτῷ τὴν ἐμπειρίαν τῆς δυσχωρίας ἀναθέντος, καὶ ἡγεμονεύειν τὴν ὁδὸν ἐπιτρέψαντος· πλέον δὲ τὸ ἀσφαλὲς αὐτῷ περιποιοῦντος, καὶ καιρὸν τοῦ διαδρᾶναι προετοιμάζοντος. ἐπεὶ δὲ προϊόντες ἐνέτυχον ποίμναις, οἱ δὲ νομεύοντες ἀπέδρασαν, καὶ πρὸς τὸ πυκνότερον τῆς ὕλης κατέδυσαν· κρίον τινα τῶν ἡγουμένων καταθύσαντες, ἐπί τε τοῦ πυρὸς ὃ προητοίμαστο τοῖς νομεῦσιν ἀφανήναντες, ἐνεφοροῦντο τῶν κρεῶν· οὐδὲ τὴν ἀποχρῶσαν ὄπτησιν ἀναμείναντες, ἐπειγομένης ὑπὸ τοῦ λιμοῦ τῆς γαστρός. οἷον οὖν λύκοι τινες ἢ θῶες ἐλάφυσσον τὰ ἀεὶ τετμημένα, καὶ πρὸς ὀλίγον τῷ πυρὶ μεμολυσμένα· τὰ δὲ ἡμίοπτα, ταῖς παρειαῖς ἐν τῇ βρώσει τοῦ αἵματος ἀπέσταζεν. ὡς δὲ ἐνεφορήθησαν γάλακτος ἐμπιόντες, ὁδοῦ τῆς προκειμένης εἴχοντο. καὶ ἦν μὲν ὥρα περὶ βουλυτὸν ἤδη. ἐπεὶ δὲ λόφον τινα ἀνιόντων, ὑπὸ

cili itinere, qua ille praeditus eſſet, praetexens, & illi provinciam monſtrandae viae demandans; magis vero ſuae ſecuritati conſulens, & occaſionem ſibi ad effugiendum praeparans. Cum autem longius progreſſi in armenta incidiſſent, & ii, qui paſcebant ea, diffugiſſent, denſioreſque ſilvae partes ſubiiſſent; ariete quodam ex iis, qui gregem praecedebant, mactato, & ad ignem a paſtoribus praeparatum torrefacto, carnes vorabant, neque exactam aſſationem exſpectantes, ventre, quod fame ſtimularetur, properante. Tanquam igitur lupi quidam, aut thoes, deglutiebant abſciſa quaelibet, & paullulum tantummodo igne denigrata, ita ut quaedam adhuc ſemiuſta inter mandendum ſanguine ſtillarent. Poſtquam autem ſeſe expleverunt, & lacte ſitim reſtinxerunt, iter propoſitum tendebant: & iam adveſperaſcebat. Itaque cum collem quendam adſcendiſſent, (ſub hoc ſitum eſſe

τοῦτον εἶναι τὴν κώμην ἔφραζεν ὁ Θέρμουθις, οὗπερ τὸν Θύαμιν συνειλημμένον, ἢ κατέχεσθαι, ἢ καὶ ἀνῃρῆσθαι εἴκαζεν, διαφθορέναι οἱ τὴν γαστέρα πρὸς τῆς ἀδδηφαγίας ᾐτιᾶτο, καὶ ῥυίσκεσθαι χαλεπῶς ἐκ τοῦ γάλακτος ἔλεγεν ὁ Κνήμων, προφθάνειν τε τὸν Θέρμουθιν παρεκελεύετο, αὐτὸς δὲ ἐπικαταλήψεσθαι. τοῦτο ποιῶν ἅπαξ μὲν καὶ αὖθις, καὶ τρίτον ἐπαληθεύσας ὤφθη, καὶ καταλαμβάνειν χαλεπῶς ἔλεγεν.

κ΄. Ὡς δὲ εἰς ἔθος τὸν Αἰγύπτιον ἐνεβίβασεν, ἔλαθε τὸ τελευταῖον ἐναπομείνας, καὶ πρὸς τὰ χαλεπότερα τοῦ δάσους κατὰ τοῦ πρανοῦς ἑαυτὸν ὡς εἶχε τάχους ἐπαφεὶς, διεδίδρασκε. καὶ ὁ μὲν, ἐπειδὴ πρὸς ταῖς ἀκρωρείαις ἐγένετο τοῦ ὄρους, ἀνέπαυεν ἑαυτὸν ἐπί τινος πέτρας, ἑσπέραν τε καὶ νύκτα ἀναμένων. καθ' ἣν συνέκειτο αὐτοῖς ἥκουσιν εἰς τὴν κώμην, τὰ περὶ τὸν Θύαμιν πολυπραγμονεῖν, καὶ ἅμα καὶ τὸν Κνήμωνα

pagum Thermuthis dicebat, atque ibi Thyamidem captum aut detineri in vinculis, aut interemtum eſſe, coniectabat) affligi ſibi ventrem ob nimiam repletionem cauſabatur, & magno cum cruciatu ex lacte profluere dicebat Cnemon. Atque Thermuthim, ut progrederetur, orabat, ſe vero aſſecuturum eſſe. Hoc ſemel atque iterum faciens, tertio ſincere agere viſus eſt, & difficulter ſe illum aſſequi confirmabat.

XX. Poſtquam autem Aegyptium aſſuefecit, ad extremum manſit illo inſcio, & in denſitatem profundiorem, quanta celeritate potuit, per declivem ſeſe coniiciens profugit. Et ille quidem cum in cacumen montis evaſiſſet, requieſcebat in quodam ſaxo, veſperam & noctem operiens, qua conſtituerant, cum veniſſent in pagum, Thyamidis ſtatum explorare; ſimul & Cnemonem cir-

περισκοπῶν, εἴ ποι ποτὲ ἐπέλθοι, βουλὴν εἰς αὐτὸν ποιούμενος ἀτοπωτέραν· οὐ γὰρ ἀνίη τῆς γνώμης τὸ εἰς αὐτὸν ὕποπτον ὡς ἀνελόντα τὴν Θίσβην, καὶ ὅπως ἂν οἱ ποτὲ διαχρήσαιτο ἐνενόει, ἐπιθέσθαι τε μετὰ τοῦτον καὶ τοῖς περὶ τὸν Θεαγένην ἐλύττα. ὡς δὲ ὁ Κνήμων ἐφαίνετο οὐδαμοῦ, τῆς δὲ νυκτὸς ἐγίγνετο ἀωρὶ, πρὸς ὕπνον τραπεὶς ὁ Θέρμουθις, χάλκεόν τινα καὶ πύματον [1] ὕπνον εἵλκυσεν, ἀσπίδος δήγματι, μοιρῶν τάχα βουλήσει, πρὸς οὐκ ἀνάρμοστον τοῦ τρόπου τὸ τέλος καταστρέψας. ὁ δὲ Κνήμων, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν ἀπέλιπε τὸν Θέρμουθιν, οὐ πρότερον ἀνέπνευσε τὴν φυγὴν, ἕως τὸ νυκτὸς ἐπελθὸν κνέφας, ἐπέδησεν αὐτῷ τὴν ὁρμήν· αὐτοῦ τε οὗ κατείληπτο ἑαυτὸν ἐγκρύψας, καὶ τῆς φυλλάδος ὅσον πλεῖστον ἠδύνατο ἐφ' ἑαυτὸν ἐφαμήσας. ὑφ' ᾗ κείμενος, τὰ πολλὰ μὲν

cumſpiciens, ſi forte ſuperveniret, quiddam nefarium contra eum moliens. Neque enim relinquebat de illo conceptam animo ſuſpicionem, quod Thisben intermiſſet, & quo pacto illum viciſſim interficere poſſet, cogitabat, ac deinde ad aggrediendum Theagenem rabie quadam incitabatur. Cum vero Cnemon nuſquam appareret, & nox intempeſta iam eſſet, in ſomnum verſus Thermuthis, aeneum quendam & ultimum ſomnum dormivit, aſpidis morſu, fatorum fortaſſe voluntate, non inconvenientem vitae finem ſortitus. At Cnemon, initio cum Thermuthim reliquiſſet, non prius reſpiravit in fuga, quam nocturnae venientes tenebrae cohibuerunt eius impetum, eodemque loco, ubi nox illum occuparat, ſeſe abſcondit, & foliorum quantum poterat ſupra ſe accumulavit: ſub quibus iacens, magna ex parte inſomnem du-

1 Ὕπνον εἵλκυσεν) Baſ. ὕπνον ὕπνωσεν. Sed alterum eodem modo dictum videtur, quo ſupra c. XVI, σπάσασθαι ὕπνου. In eadem Baſ. mox deſunt verba τοῦ τρόπου, recte a Comm. e Pal. & Xyl. inſerta.

ἄϋπνος ἐταλαιπωρεῖτο, πάντα καὶ κτύπον, καὶ ἀνέμου ῥιπὴν, καὶ φύλλου κίνησιν, Θέρμουθιν ἡγούμενος. εἰ δέ που καὶ κατὰ μικρὸν [1] ἐκνικηθείη πρὸς ὕπνον, φεύγειν ἐδόκει, καὶ ἅμα πρὸς τὰ κατόπιν ὑπέστρεφε, καὶ περιεσκόπει τὸν οὐδαμοῦ διώκοντα, καὶ βουλόμενος καθεύδειν [2] ἀπηύχετο τοῦθ' ὃ ἐβούλετο, χαλεπωτέροις ὀνείροις τῆς ἀληθείας ἐντυγχάνων. πρός τε τὴν νύκτα καὶ χαλεπαίνειν ἐῴκει, μακροτέραν τῶν ἄλλων ὑποτιθέμενος. ὡς δὲ ἡμέραν ἄσμενος εἶδε, πρῶτα μὲν ἐκτέμνει τῆς κόμης τὸ περιττότερον, καὶ ὅσον αὐτῆς εἰς τὸ λῃστρικώτερον εἶδος παρὰ τοῖς βουκόλοις ἤσκητο, τοῦ μὴ ἀποτρόπαιος ἢ ὕποπτος εἶναι τοῖς ἐντυγχάνουσι. βουκόλοι γὰρ ἄλλα τε πρὸς τὸ φοβερώτερον φαίνεσθαι, καὶ δὴ καὶ τὴν κόμην εἰς ὀφρὺν ἕλκουσι καὶ σοβοῦσι τῶν ὤμων ἐπιβαίνουσαν, εὖ τοῦ-

cens noctem, excruciabatur, omnem ſtrepitum & quamlibet auram, ac foliorum motum, Thermuthim eſſe exiſtimans. Quod ſi quando vincebatur paullulum a ſomno, fugere ſe putabat, & ſtatim convertebat ſeſe, & circumſpiciebat a tergo eum, qui nuſquam inſequebatur: & dormire volens, averſabatur id quod volebat, in graviora ſomnia, quam res ipſa erat, incidens. Ad extremum nocti iraſci videbatur, longiorem eſſe ceteris exiſtimans. Ut autem diem ſummo deſiderio vidit, primum praecidit ex comae prolixitate tantum, quantum ad comparandam ſpeciem praedonibus convenientem apud bubulcos aluerat, ne illum obvii quique averſarentur, aut ſuſpectum haberent. Bubulci enim cum alia faciunt, ut formidabiliores appareant, tum etiam comam in frontem cogunt, & quatiunt ſuper humeros ſparſam, non igno-

1 Ἐκνικηθείη) Cod. Pal. ἐκκινηθείη. Deberet ſaltem eſſe ſimplex v.

2 Ἀπηύχετο) Baſ. ἀπείχετο, quod forte ſine cauſa Comm. mutabat, e vitioſa Palat. Cod. ſcriptura ἀπήγχετο eruens ἀπηύχετο.

το εἰδότες, ὡς κόμη τοὺς μὲν ἐρωτικοὺς ἱλαρωτέρους, τοὺς δὲ λῃστρικοὺς φοβερωτέρους ἀποδείκνυσιν.

κα΄. Ἀποτεμὼν οὖν ὁ Κνήμων ὅσον εἰκὸς ἦν ἔλαττον κομᾷν τοῦ λῃστρικοῦ τὸν ἁβρότερον, ἐπὶ τὴν Χέμμιν τὴν κώμην, οὗ τῷ Θεαγένει συνετέτακτο, ἔσπευδεν. ἤδη δὲ αὐτῷ πλησιάζοντι τῷ Νείλῳ, καὶ πρὸς τὴν Χέμμιν περαιοῦσθαι μέλλοντι, πρεσβύτης τις ἀνὴρ ἐναλύων ταῖς ὄχθαις ἐφάνη, καὶ δολιχόν τινα τῷ ῥείθρῳ πολλάκις ἄνω καὶ κάτω παραθέων, καὶ ὥσπερ τῷ ποταμῷ φροντίδων τινῶν κοινούμενος. ἡ κόμη πρὸς τὸ ἱερώτερον καθεῖτο, καὶ ἀκριβῶς ἦν λευκή· τὸ γένειον λάσιον καὶ σεμνότερον βαθυνόμενον· στολὴ καὶ ἐσθὴς ἡ ἄλλη πρὸς τὸ ἑλληνικώτερον βλέπουσα. μικρὸν οὖν ἑαυτὸν ἐπιστήσας ὁ Κνήμων, ὡς [1] ἀντιπαρέθει πολλάκις ὁ πρεσβύτης, οὐδὲ εἴ τις αὐτῷ πάρεστιν

rantes, quod coma eos, qui amori operam dant, acceptiores, praedones autem terribiliores efficiat.

XXI. Cum igitur praecidiſſet Cnemon tantum comae, quantum comtiori alere convenit minus praedone, ad Chemmin quendam pagum, qui ad conveniendum cum Theagene conſtitutus fuerat, properabat. Iam vero Nilo appropinquanti, & ad Chemmin pagum tranſmiſſuro, ſenex quidam vir in ripa oberrans apparuit, diu ſurſum ac deorſum iuxta alveum deambulans, & tanquam cum fluvio cogitationes quaſdam communicans: comam ſacro quodam ritu promiſſam habuit, prorſus canam, mentum hirſutum, anguſtiore profunditate, pallium & reliquum veſtitum, Graecum habitum repraeſentantem. Paullulum igitur cohibuit ſeſe Cnemon: ſed cum ſaepius praetercurreret ſenex, neque adeſſe quemquam ſentire vide-

1 Ἀντιπαρέθει) Vitioſe ed. Baſ. ἀντιπαρέθειτο.

αἰσθάνεσθαι δοκῶν, (οὕτως ἄρα ὅλος τῶν Φροντισμάτων ἦν, καὶ πρὸς μόνην τὴν σκέψιν ὁ νοῦς ἐσχόλαζε,) κατὰ πρόσωπον ὑπαντιάσας, πρῶτα μὲν χαίρειν ἐκέλευε. τοῦ δὲ οὐ δύνασθαι Φήσαντος, ἐπειδὴ μὴ οὕτω συμβαίνειν αὐτῷ παρὰ τῆς τύχης, θαυμάσας ὁ Κνήμων, Ἕλλην δὲ, εἶπεν, [1] ἢ ξένος, ἢ πόθεν; ὁ δὲ, Οὔτε Ἕλλην οὔτε ξένος, ἀλλ' ἐντεῦθεν Αἰγύπτιος. Πόθεν οὖν ἑλληνίζεις τὴν στολήν; Δυστυχήματα, ἔΦη, τὸ λαμπρόν με τοῦτο σχῆμα μετημΦίασε. τοῦ δὲ Κνήμωνος, εἰ Φαιδρύνεταί τις ἐπὶ συμΦοραῖς, θαυμάζοντος, καὶ ταῦτα μαθεῖν ἀξιοῦντος, Ἰλιόθεν με Φέρεις, ἀπεκρίνατο ὁ πρεσβύτης, καὶ σμῆνος κακῶν, καὶ τὸν ἐκ τούτων βόμβον ἄπειρον ἐπὶ σεαυτὸν κινεῖς. ἀλλὰ ποῖ δὴ πορεύῃ καὶ πόθεν, ὦ νεανία; πῶς δὲ τὴν Φωνὴν Ἕλλην ἐν Αἰγύπτῳ; Γελοῖον, ἔΦη ὁ Κνήμων· τῶν γὰρ

retur, (adeo totus erat cogitationi intentus, & mens ſoli meditationi vacabat) a fronte accedens, in primis illum avere iubebat. Hoc vero, ſe non poſſe, dicente, quod non ita illi a fortuna accideret, admiratus Cnemon: An, inquit, Graecus, aut hoſpes, aut unde? Neque Graecus, neque hoſpes, ſed hinc Aegyptius. Quî fit igitur, quod pallio Graecos imitaris? Calamitates, inquit, mihi hunc ſplendidum habitum alio veſtitu commutarunt. Cnemone autem aliquem ſe ornare poſſe ob calamitates demirante, & haec cognoſcere volente: Ex Ilio me fers, inquit ſenex, & malorum examen, atque ex his infinitum murmur erga te commoves. Ceterum quo iter inſtituiſti, aut unde venis, adoleſcens, aut quomodo Graece loqueris in Aegypto? Rem, inquit Cnemon, ridiculam

1 Ἢ ξένος) Codd. cum ed. Baſ. εἶπεν ὁ ξένος, ut ad Cnemonem ὁ ξένος referatur. Sed e Calaſiridis reſponſione patet, corrigi debere ἢ ξένος, quod & Commelino in mentem venerat. Deletum inſuper vellem τὸ δὲ poſt Ἕλλην, vel mutatum in δή.

κατὰ σεαυτὸν οὐδὲν ἐκδιδάξας πρότερος, καὶ ταῦτα ἐρωτηθεὶς, τῶν ἐμῶν γνῶσιν ἐπιζητεῖς. [1] Οὐκ ὄνειδος, ἐπειδὴ Ἕλληνι ἔοικας ἀνδρὶ, καί σέ τις ὡς ἔοικε μετασχηματίζει τύχη, καὶ πάντως τὰ ἡμέτερα ποθεῖς ἀκούειν. ὠδίνω δὲ καὶ οὕτω πρός τινας ἐξειπεῖν. εἶπον ἂν τάχα καὶ τοῖσδε τοῖς καλάμοις κατὰ τὸν μῦθον, εἰ μή σοι προσέτυχον. ὄχθας μὲν Νείλου τάσδε καὶ Νεῖλον ἀπολίπωμεν. οὐ γὰρ ἡδὺ μακροτέρων διηγημάτων ἀκροατήριον, τόπος ἡλίου μεσημβρίᾳ φλεγόμενος. πρὸς δὲ τὴν κώμην, ἣν ὁρᾷς ἀντικρὺ κειμένην, ἴωμεν, εἰ μή σέ τι προυργιαίτερον ἀπασχολεῖ. ξενιῶ δέ σε οὐκ ἐν ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ἐν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, κἀμὲ ὡς ἱκέτην ὑποδεξαμένου, παρ' ᾧ γνώσῃ τε τἀμὰ βου-

poſtulas. Cum enim nihil de tuis rationibus mihi dixeris, praeſertim prius interrogatus, mearum rerum cognitionem expetis. Non accipio ut probrum: videris enim eſſe Graecus: & quaedam te quoque, ut apparet, fortuna in aliam figuram transformat: tum omnino deſiderio audiendi rationes noſtras teneris. Atqui dolor meus iamdiu laborat aliquibus exponere, & fortaſſe huic arundini expoſuiſſem, iuxta fabulam, niſi in te incidiſſem. Ripas igitur has Nili, & ipſum Nilum relinquamus: neque enim eſt idonea longioribus narrationibus extremitas ripae, locus meridionali ardori ſolis expoſitus: ad pagum vero, quem videmus ex adverſo ſitum, pergamus, niſi te forte negotium magis arduum avocat. Ibi te hoſpitio excipiam, non in mea domo, ſed in viri boni, qui & me ut ſupplicem recepit: apud quem meas

1 Οὐκ ὄνειδος) Poſt haec verba excidiſſe puto, ἔφη ὁ πρεσβύτης, vel ſimile; nam, quae ſequuntur, verba ſenis, non Cnemonis. Opinionem meam firmari nunc video a Vatic. & Taurin. apud Dorvill. ad Char. p. 217, qui pro οὐκ ὄνειδος offerunt οὐκοῦν ἢ δ' ὅς, quod mirifice contextum iuvat. Mox legerim, ὠδίνω δὲ καὶ αὐτὸς, vel αὔτως, πρός τινας ἐξειπεῖν, pro οὕτω.

λόμενος, ἀναθήσῃ δ᾽ ἐν μέρει καὶ τὰ κατὰ σεαυτόν. Ἴωμεν, ἔφη ὁ Κνήμων, καὶ γάρ μοι καὶ ἄλλως ἡ πρὸς τὴν κώμην ὁδὸς σπουδάζεται, ἀναμεῖναί τινας ἐν ταύτῃ τῶν ἐπιτηδείων συντεταγμένῳ.

κβ΄. Σκάφους οὖν ἐπιβάντες, (πολλὰ δὲ περὶ τὴν ὄχθην ἐσάλευον εἰς χρείαν τοῦ διαπορθμεύειν ἐπὶ μισθῷ παρασκευασμένα) περαιοῦνται πρὸς τὴν κώμην, εἴς τε τὴν καταγωγὴν ἀφικνοῦνται, οὗ κατέλυεν ὁ πρεσβύτης· καὶ τὸν μὲν τοῦ οἴκου δεσπότην οὐ καταλαμβάνουσιν· ὑποδέχονται δὲ αὐτοὺς προθυμότατα, θυγάτηρ τε τοῦ ἑστιάτορος ἤδη γάμου ὡραία, θεραπαινίδες τε ὅσαι κατὰ τὴν οἰκίαν, αἳ τὸν ξένον ἶσα καὶ πατέρα ἦγον· οὕτως οἶμαι πρὸς τοῦ κεκτημένου [1] διατεταγμένον. καὶ ἡ μέν τις ἀπένιζε τὼ πόδε, καὶ τῆς κόνεως ἠλευθέρου τὰ ὑπὸ κνήμην· ἡ δὲ ἐφρόντιζε τῆς εὐνῆς, καὶ μαλθακὴν ηὐτρέπιζε τὴν κατάκλισιν· ἑτέρα

rationes, ſi volueris, cognoſces, & viciſſim tuas mecum communicabis. Eamus, inquit Cnemon. Nam alioquin iter ad hunc pagum habeo, ut qui quoſdam neceſſarios hic exſpectare debeam.

XXII. Conſcendentes igitur navigium, (multa autem ad ripam fluctuabant, ad uſum tranſvectionis pro mercede parata) tranſmittunt in pagum, & in aedes, in quibus diverſabatur hoſpes, perveniunt. Ac patremfamilias quidem non deprehendunt: excipiunt autem eos ſummo ſtudio filia herilis iam nubilis, & reliquae ancillae, quotquot domi erant, quae hoſpitem colebant patris loco. Sic enim, ut opinor, erat a domino imperatum. Et haec quidem lavabat pedes, & pulverem abſtergebat ſub tibia: alia lectum curabat, & mollem praeparabat accu-

1 Διατεταγμένον) Deeſt h. v. e Codd. Palat. & Vatic. a Commelino, in ed. Baſ. reſtitutum Heliodoro

κάλπην ἔφερε καὶ [1] πῦρ ἀνέκαιε, καὶ ἄλλη τράπεζαν εἰσεφέρετο, ἄρτου τε πυρίνου, καὶ ὡραίων παντοίων βρίθουσαν. ὃ δὴ καὶ Κνήμων θαυμάσας, Ἀλλ᾽ ἢ ξενίου Διὸς, ὡς ἔοικεν, εἰς αὐλὰς ἥκομεν, ὦ πάτερ, οὕτως ἀπροφάσιστος ἡ θεραπεία, καὶ πολὺ τὸ εὔνουν τῆς γνώμης ἐμφαίνουσα. Οὐκ εἰς Διὸς, ἔφη, ἀλλ᾽ εἰς ἀνδρὸς Δία τὸν ξένιον καὶ ἱκέσιον ἀκριβοῦντος. βίος γὰρ, ὦ παῖ, κἀκείνῳ πλάνος καὶ ἔμπορος, καὶ πολλαὶ μὲν αἱ πόλεις, πολλῶν τε ἀνθρώπων ἤθη τε καὶ νοῦς εἰς πεῖραν ἥκουσιν· ὅθεν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἄλλους τε κἀμὲ οὐ πρὸ πολλῶν τῶνδε ἡμερῶν ἀλύοντα καὶ πλανώμενον, ὁμορώφιον ἐποιήσατο. Καὶ τίς ἦν ἡ πλάνη, ὦ πάτερ, ἣν λέγεις; Παίδων, ἔφη, πρὸς λῃστῶν ἀφαιρεθεὶς, καὶ τοὺς μὲν ἀδικοῦντας γινώσκων, ἐπαμῦναι δὲ οὐκ ἔχων, εἰλοῦμαι περὶ τὸν τόπον, καὶ θρήνοις

bitum: alia urnam ferebat, & ignem accendebat: alia menſam inferebat, panibus triticeis & fructibus variis refertam. Quod Cnemon miratus, Fortaſſe, inquit, in domicilia Iovis Hoſpitalis venimus, pater; adeo ſedula colimur obſervantia, & ſingularem animi benevolentiam declarante. Non in Iovis, inquit, ſed in eius viri, qui Iovem Hoſpitalem, & ſupplicum patronum, exacte colit. Vitam enim, fili, ille quoque in peregrinationibus & mercatu agit, multaeque urbes, & multarum gentium mores ac ſtudia ſunt illi nota. Quam ob cauſam, ut eſt conſentaneum, cum alios, tum me quoque, non multos ante dies errantem & vagabundum tecto recepit. Quiſnam autem erat error, pater, quem narras? Liberis, inquit, a latronibus privatus, & maleficos noſcens, ſed ulciſci non valens, verſor in hoc loco, & luctu dolorem pro-

1 Πῦρ ἀνέκαιε) Vitioſe antea legebatur πυρὰν ἔκαιε. Quod idem vitium obtinebat in Hom. H. in Cer. 287: ἡ δ᾽ ἄρα πῦρ ἀνέκαι᾽, ἡ δ᾽ ε. Cod. Moſqu. ἡ δ᾽ ἄρα πυρὰν ἔκαιε.

παραπέμπω τὸ πάθος, ὥσπερ, οἶμαι, τις ὄρνις, ὄφεως αὐτῆς τὴν καλιὰν πορθοῦντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τε τὴν γονὴν θοινομένου, προελθεῖν μὲν ὀκνεῖ, φεύγειν δὲ οὐ φέρει· πόθος γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ πάθος ἀνταγωνίζεται· τετριγυῖα δὲ περιποτᾶται τὴν πολιορκίαν, εἰς ὦτα ἀνήμερα, καὶ οἷς ἔλεον οὐκ ἐγνώρισεν ἡ φύσις, ἀνήνυτον ἱκετηρίαν τὸν μητρῷον εἰσάγουσα θρῆνον. Ἆρα οὖν ἂν ἐθέλοις, ἔφη ὁ Κνήμων, καὶ ὅπως καὶ πότε τὸν βαρὺν τοῦτον ὑπέστης πόλεμον, ἐξειπεῖν. Εἰσαῦθις, ἔφη· νῦν δὲ ὥρα καὶ τὴν γαστέρα θεραπεύειν. ἐς τάδε ἀποσκοπῶν Ὅμηρος, καὶ ὡς πάντα δεύτερα αὐτῆς ποιεῖται, θαυμασίως [1] οὐλομένην ὠνόμασεν. ἀλλὰ πρῶτον ἡμῖν, ὡς νόμος Αἰγυπτίων σοφοῖς, ἐσπείσθω τὰ πρὸς τοὺς θεούς. οὐ γὰρ δή με καὶ τοῦτο ὑπερβῆναι πεί-

ſequor, non ſecus atque avis quaepiam, cum illius nidum draco populatur, & prae oculis ſobolem vorat, accedere quidem reformidat, fugere autem non poteſt: amor enim in ipſa repugnat, ac dolor: ſed ſtridens circumvolat obſidionis calamitatem, in aures immanes, & quas natura miſericordiam non docuit, nequidquam maternum & ſupplicem luctum ingerens. Velis igitur, Cnemon inquit, quomodo & quando grave hoc bellum ſuſtinuiſti, enarrare. Poſtea, inquit. Nunc vero tempus eſt, ut etiam ventrem curemus. Ad hoc reſpiciens Homerus, & quod ipſo omnia minoris ducantur, praeclare perniciosum eum appellavit. Sed primum a nobis, pro Aegyptiorum ſapientum diſciplina, libetur Diis immortalibus. Neque enim me quidquam adducet, ut hoc violem; nec

1 Οὐλομένην) Homer. Od. P, 216:
'Αλλ' ἕνεκ' οὐλομένης γαστρὸς κακὰ κήδε' ἔχουσιν.
Similiter γαστέρα idem vocat λυγρὴν, κακόεργον.

σει, μὴ οὔτω ποτε πάθος ἰσχύσειεν, ὡς μνήμην τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκπλῆξαι.

κγ΄. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπέχει τῆς Φιάλης [1] ἄκρατον τὸ ὕδωρ· Τοῦτο καὶ σπένδω μὲν, ἔλεγε, θεοῖς ἐγχωρίοις τε καὶ Ἑλληνίοις, καὶ αὐτῷ γε Ἀπόλλωνι Πυθίῳ, καὶ προσέτι Θεαγένει καὶ Χαρικλείᾳ, τοῖς καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς, ἐπειδὴ καὶ τούτους εἰς θεοὺς ἀναγράφω. καὶ ἅμα ἐδάκρυσεν, ὥσπερ ἑτέραν αὐτοῖς σπονδὴν ἐπιφέρων τοὺς θρήνους. [2] ἐπλάγη πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν ὀνομάτων ὁ Κνήμων, ἄνω τε καὶ κάτω τὸν πρεσβύτην ἐπιθεωρήσας, Τί λέγεις; ἔφη· παῖδές εἰσί σοι τῷ ὄντι Θεαγένης καὶ Χαρίκλεια; Παῖδες, εἶπεν, ὦ ξένε, ἀμήτορες ἐμοὶ γεγονότες· τύχη γάρ μου θεοὶ τούτους ἀνέδειξαν, καὶ ἀπέτεκον αἱ ψυχῆς ὠδῖνες, καὶ φύσις ἡ διάθεσις ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐνομίσθη, καὶ πατέρα με

unquam tantum dolor invaleſcet, ut memoriam & obſervantiam numinis ex animo excutiat meo.

XXIII. Haec locutus, effundebat ex phiala meram aquam, &, Libo, dicebat, Diis huius terrae, & Graecis, & ipſi Apollini Delphico, ac inſuper Theageni & Charicleae, bonis & honeſtis. Siquidem & hos in Deorum numerum refero. Simulque collacrimavit, tanquam aliam libationem illis praeterea faciens moerenti fletu. Obſtupuit auditis his nominibus Cnemon, & undiquaque ſenem oculis luſtrans, Quid dicis? inquit: tuine ſunt revera liberi Theagenes & Chariclea? Liberi, dixit hoſpes, qui mihi abſque matre nati ſunt. Caſu enim meos filios Dii eos deſignarunt, & ediderunt animi dolores, & affectio animi erga illos a me pro natura habita eſt:

1 Ἄκρατον τὸ ὕδωρ) Ita ed. Baſ. Plenius MSS. ἄκρατον τὸ ὕδωρ, τοῦτο γὰρ ἔπινεν· & pro σπένδω μὲν, Palat. & Vatic. σπένδωμεν. Utrumque male.

2 Ἐπλάγη) Ita correximus, cum ſine ſenſu antea legeretur ἐπάγη.

ἀπὸ ταύτης ἐκεῖνοι καὶ ἐνόμισαν καὶ ὠνόμασαν. ἀλλὰ σὺ δὴ πόθεν, εἰπέ μοι, τούτους ἐγνώρισας; Οὐκ ἐγνώρισα μόνον, ἔφη ὁ Κνήμων, ἀλλὰ καὶ σώζεσθαί σοι αὐτοὺς εὐαγγελίζομαι. Ἄπολλον, ἔφη ἀναβοήσας, καὶ θεοὶ, καὶ ποῦ γῆς οὗτοι δείκνυε· σωτῆρά σε καὶ θεοῖς ἰσοστάσιον ἡγήσομαι. Μισθὸς δέ μοι τίς ἔσται; ἔφη. Τὸ μὲν παρὸν, ἦδ' ὃς, εὐχαριστεία. ξενίων δὲ οἶμαι τὸ κάλλιστον ἀνδρὶ νοῦν ἔχοντι. [1] καὶ οἶδα πολλοὺς ὡς θησαυρὸν τῇ ψυχῇ παραθεμένους τὸ δῶρον. εἰ δὲ καὶ τῆς ἐνεγκούσης ἐπιβαίημεν, (ἔσεσθαι δέ μοι τοῦτο οὐκ εἰς μακρὰν οἱ θεοὶ προσημαίνουσιν) ἀρύσῃ πλοῦτον ὅσον ἂν δύναιο πλεῖστον. Μέλλοντα, εἶπε, καὶ ἄδηλα κατεγγυᾷς, ἐξὸν ἐκ τῶν παρόντων ἀμείβεσθαι. ΞΕΝ. [2] Ἐπάγγελλε, εἴ τι παρὸν ὁρᾷς· ὡς ἕτοιμος ἐγὼ

ex qua illi me quoque patrem & putarunt eſſe, & nominarunt. Ceterum dic mihi, unde tu illos noris? Non tantum novi, inquit Cnemon, ſed etiam illos eſſe ſalvos & incolumes tibi nuntio. O Apollo, inquit exclamans, ac Dii ceteri, ubinam terrarum ſint iſti, oſtende. Servatorem te meum, ac Diis ipſis aequalem eſſe ducam. Praemium autem, inquit, quodnam erit? In praeſentia quidem, ait ille, gratitudo, viro ſapienti pulcherrimum munus. Multoſque novi, qui hoc donum tanquam theſaurum in animo repoſuerunt. Quod ſi in patriam venerimus, quod futurum eſſe brevi Dii mihi praenuntiant, hauries opes quam maximas. Futura, inquit, & incerta promittis, cum liceat ex praeſenti copia remunerari. Indica, ſi quid in praeſentia vides. Adeo cupide vel par-

1 Καὶ οἶδα -- τὸ δῶρον) Parentheſin hanc e Mſſ. inſeruit Comm. nam in ed. Baſ. non conſpicitur, & omnino ſerius adſuta videtur.

2 Ἐπάγγελλε) Codd. Vatic. & Xyl. ἀπάγγελλε, quibus accedit Cod. Taurin. apud Dorvill. ad Char. p. 449.

καὶ μέρος τι προέσθαι τοῦ σώματος. KNHM. Οὐδὲν δεῖ μέλος ἀκρωτηριάζειν, ἀλλ᾽ ἅπαν ἔχειν ἡγήσομαι, εἰ τούτους ὁπόθεν εἰσὶν, ἢ ἐκ τίνων φῦντες, ἢ πῶς δεῦρο ἀφιγμένοι, καὶ ποίαις κεχρημένοι τύχαις, βουληθείης ἐξαγορεύειν. Ἕξεις, ἀπεκρίνατο, τὸν μισθὸν μέγαν τινὰ καὶ οὐχ οἷον ἄλλον, οὐδ᾽ εἰ τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα αἰτῶν ἐτύγχανες. ἀλλὰ τὸ παρὸν τροφῆς ὀλίγον ἀπογευώμεθα· μακροτέρας γὰρ δεήσει σοί τε τῆς ἀκροάσεως, ἐμοί τε τῆς ἀφηγήσεως. ἐντραγόντες οὖν τῶν τε καρύων καὶ σύκων, ἀρτιδρεπῶν τε φοινίκων, καὶ ἄλλων δὴ τοιούτων, ἀφ᾽ ὧν ἐξ ἔθους ὁ πρεσβύτης ἐσιτεῖτο, (ψυχῆς γὰρ διὰ βρῶσιν οὐδὲ ἓν ἀφῃρεῖτο) ἐπεῤῥόφουν ὁ μὲν τοῦ ὕδατος, ὁ δὲ καὶ οἶνον ὁ Κνήμων. ὅς γε καὶ μικρὸν διαλιπὼν, Ὁ Διόνυσος εἶπεν, οἶσθα, ὦ πάτερ, ὡς χαίρει μύθοις, καὶ κωμῳδίας φιλεῖ. κα-

tem aliquam corporis amittam, ut nullo membro me mutilatum eſſe, ſed integra omnia habere, ſim exiſtimaturus. Hoc, inquit, poſtulo, ut de his mihi, unde ſint, & quibus parentibus nati, & qua fortuna uſi, enarrare non recuſes. Habebis, reſpondit, praemium quoddam magnum, & cui nullum aliud comparari poſſet, etiamſi opes omnium hominum poſtulaſſes. Sed nunc cibi aliquid capiamus. Ad hanc enim rem longiori tempore utrique noſtrûm, & tibi ad audiendum, & mihi ad narrandum, opus erit. Cum igitur comediſſent nuces, & ficus, & recens decerptas palmulas, & alia id genus, quibus veſci ſenex conſueverat, (anima enim nihil unquam eſcae gratia privabat) ſorbebant quoque, is quidem aquam, Cnemon autem & vinum. Atque hic parvo ſpatio temporis intermiſſo, Bacchus, inquit, quam gaudeat confabulationibus & carminibus convivalibus, non ignoras,

με δὴ οὖν τὰ νῦν [1] εἰσῳκισμένος, ἀνίησι πρὸς τὴν ἀκρόασιν, τόν τε ἐπηγγελμένον πρὸς σοῦ μισθὸν ἀπαιτεῖν ἐπείγει, καὶ ὥρα σοι τὸ δρᾶμα καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς τῷ λόγῳ διασκευάζειν. Ἀκούοις ἄν, ἔφη. ἀλλ' εἴθε γε καὶ τὸν χρηστὸν Ναυσικλέα παρεῖναι ἡμῖν συνέβαινεν· ὃν πολλάκις γε δι' ὄχλου γιγνόμενον μυηθῆναι τὴν ἀφήγησιν, ἄλλως ἄλλοτε διεκρουσάμην.

κδ'. Ποῦ δ' ἂν εἴη τὰ νῦν, ἠρώτα ὁ Κνήμων, ὡς τοὔνομα τοῦ Ναυσικλέους ἐπέγνω. Ἐπ' ἄγραν, ἔφη, πεπόρευται. τοῦ δὲ ὁποίαν, πάλιν ἐρομένου, Θηρίων, ἔφη, τῶν χαλεποτάτων, οἱ καλοῦνται μὲν ἄνθρωποι καὶ βουκόλοι, λῃσταὶ δέ εἰσι τὸν βίον, καὶ δυσάλωτοι παντάπασιν, ὅσα φωλεοῖς καὶ σήραγξι τῷ ἕλει χρώμενοι. Ἐγκαλεῖ δὲ αὐτοῖς τίνα αἰτίαν; Ἀττικῆς, ἔφη,

pater. Quare nunc quoque, cum me ſibi vindicarit, ut aveam aliquid audire incitat, & ad repetendum praemium a te mihi promiſſum impellit: & tempus eſt, ut iam fabulam hanc tanquam in ſcena, ut dicitur, inſtruas. Audies, inquit: atque utinam contigiſſet, frugi Nauſiclem nobiſcum una eſſe, quem ſaepius flagitantem, ut a me initiaretur hac narratione, alias aliter differendo eluſi.

XXIV. Ubi autem tum eſſet, interrogabat Cnemon, poſtquam nomen Nauſiclis agnovit. Ad venationem, inquit, profectus eſt. Qualem? iterum quaerente: Ferarum, inquit, immanium, quae vocantur quidem homines & bubulci, ceterum latrociniis exercendis vitam agunt, & difficulter circumveniri poſſunt, tanquam luſtris & cavernis palude utentes. Cuius autem criminis illos reos facit? Atticae, inquit, amicae raptus, quam

1 Εἰσῳκισμένος) Cnemon, vino exhilaratus, Bacchum hoſpitio quaſi recepiſſe, εἰσοικίζειν, & Bacchus adeo εἰσῳκισμένος recte dici poteſt. Perperam igitur interpres latinus vertit, quaſi in ſuo habuerit οἰκειούμενον.

ἐρωμένης ἁρπαγὴν, ἣν Θίσβην ἐκεῖνος ὠνόμαζε. Φεῦ, εἶπεν ὁ Κνήμων, καὶ ἀθρόον ἐσιώπησεν, ὥσπερ ἑαυτοῦ λαβόμενος. τοῦδε πρεσβύτου, τί πέπονθας; ἐρομένου, πρὸς ἄλλα ὁ Κνήμων ἀπάγων, Θαυμάζω, ἔφη, πῶς ἢ τίνι χειρὶ πεποιθὼς ἐνεθυμήθη τὴν ἔφοδον. καὶ ὃς, Βασιλεῖ, ἔφη, ξένε, τῷ μεγάλῳ σατραπεύει τὴν Αἴγυπτον Ὀροονδάτης· οὗ κατὰ πρόσταγμα φρούραρχος Μιτράνης τῇδε κεκλήρωται τὴν κώμην. τοῦτον δὴ ὁ Ναυσικλῆς ἐπὶ χρήμασι μεγάλοις ἄγει σὺν ἵππῳ καὶ ἀσπίδι πολλῇ. χαλεπαίνει δὲ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς Ἀττικῆς κόρης, οὐχ ὡς ἐρωμένης μόνον καὶ μουσουργίαν ἀρίστης, ἀλλ᾽ ὅτι αὐτὴν καὶ βασιλεῖ τῶν Αἰθιόπων ἀπάξειν ἔμελλεν, ὡς αὐτὸς ἔφασκε γαμετῇ τῇ ἐκείνου [1] συμπαίστριαν καὶ συνόμιλον τὰ Ἑλλήνων ἐσομένην. ὡς οὖν ἐπὶ μεγάλων καὶ πολλῶν τῶν ἐπ᾽

Thisben ille nominabat. Papae, dixit Cnemon, atque illico conticuit, veluti ſeſe reprimens. Sene vero, quid illi accidiſſet, percontante, ad alia Cnemon eum abducens: Demiror, inquit, quî, aut quibus copiis confiſus, illos aggredi in animum induxerit. At ille: A rege magno, inquit, ſatrapa Aegypti Oroondates eſt conſtitutus, cuius iuſſu, praefectus excubiarum Mitranes, ſortitus eſt hunc pagum. Hunc Naŭſicles magna ſumma pecuniae conductum, ducit cum equitibus & peditibus multis. Moleſte autem fert ereptionem Atticae puellae, ut non tantum amicae & egregie canentis fidibus, ſed multo magis, quod eam ad regem Aethiopum ſecum abducturus fuerat, quemadmodum ipſe dicebat, uxori illius in luſum ſociam, & familiarem Graecorum more futuram. Tanquam igitur ingenti pecunia, quam pro illa ex-

1 Συμπαίστριαν) Baſ. συμπάστριαν. Male.

αὐτῇ προσδοκωμένων χρημάτων ἐστερημένος, πᾶσαν ἐγείρει καὶ κινεῖ μηχανήν. ἐπέρρωσά τε καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν πρᾶξιν, εἴ πῃ ἄρα καὶ τοὺς παῖδάς μοι περισώσειεν, ἐνθυμούμενος. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Κνήμων, Ἅλις, ἔφη, βουκόλων καὶ σατραπῶν καὶ βασιλέων αὐτῶν· ἔλαθες γάρ με μικρὸν καὶ εἰς πέρας τῷ λόγῳ διαβιβάζων. ἐπεισόδιον δὴ τοῦτο, οὐδὲν, φασὶ, πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας· ὥστ᾽ ἐπάναγε τὸν λόγον πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν. εὕρηκα γάρ σε [1] κατὰ τὸν Πρωτέα τὸν Φάριον, οὐ κατ᾽ αὐτὸν τρεπόμενον εἰς ψευδομένην καὶ ῥέουσαν ὄψιν, ἀλλά με παραφέρειν πειρώμενον. Μανθάνοις ἂν, ἔφη ὁ πρεσβύτης. διηγήσομαι δέ σοι τὰ ἐμαυτοῦ πρότερον ἐπιτεμὼν, οὐ σοφιστεύων, ὡς αὐτὸς οἴει, τὴν ἀφήγησιν, ἀλλ᾽ εὔτακτόν σοι καὶ προσεχῆ τῶν ἑξῆς παρασκευάζων τὴν ἀκρόασιν. ἐμοὶ πόλις Μέμ-

ſpectabat, privatus, omnem ad eam rem comparat & adhibet machinam. Auctor etiam ipſe fui & hortator illi ad eam rem aggrediendam; fieri poſſe, ut alicubi liberos meos repertos mihi ſervaret, cogitans. Excipiens autem Cnemon: Satis eſt, inquit, iam bubulcorum, & ſatraparum, & regum ipſorum. Parum enim aberat, quin me non advertentem animum prorſus aliorſum ſermone traduceres. Appendicem hanc nihil, ut aiunt, ad Bacchum annexuiſti. Quare reducas orationem ad id, quod a te promiſſum eſt. Inveni enim te quaſi Proteum Pharium, non quidem ut illum in commentitiam & fluxam ſpeciem verti, ſed me abducere a propoſito conari. Cognoſces, inquit ſenex. Exponam autem initio meas res breviter, non fucum tibi faciens in narratione, ut tu exiſtimas, ſed diſtinctam & cohaerentem cum iis, quae ſequentur, tibi praeparans orationem. Mihi eſt urbs Mem-

1 Κατὰ τὸν Πρωτέα) Forte: καθὰ τὸν Πρωτέα.

φις· πατὴρ δὲ καὶ ὄνομα Καλάσιρις· βίος δὲ νῦν μὲν ἀλήτης, πρότερον δὲ οὐ πάλαι προφήτης. ἐγένετό μοι καὶ γυνὴ νόμῳ τῆς πόλεως, καὶ ἀπεγένετο θεσμῷ τῆς φύσεως. ταύτης εἰς τὴν ἑτέραν λῆξιν ἀναλυθείσης, χρόνον μέν τινα διῆγον ἀπαθὴς κακῶν, ἐπὶ παισὶ δύο τοῖς ἐξ αὐτῆς [1] ἁβρυνόμενος. οὐ πολλοῖς δὲ ὕστερον ἔτεσιν, οὐρανία φωστήρων εἱμαρμένη περίοδος τρέπει τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε, τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μετάγον μεταβολὴν, [2] ἣν ἐμοὶ σοφία μὲν προέφηνε, διαδράναι δὲ οὐκ ἔδωκε. τοὺς γὰρ μοιρῶν ἀτρέπτους ὅρους προϊδεῖν μὲν δυνατὸν, ἐκφεύγειν δὲ οὐκ ἐφικτόν. κέρδος δὲ ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ πρόγνωσις, ἀμβλύνουσα τοῦ δεινοῦ τὸ φλεγμαῖνον. συμφορᾶς γὰρ, ὦ παῖ, τὸ μὲν ἀπροσδόκητον, ἀφό-

phis patria, pater autem & cognomen Calasiris. Porro genere vitae nunc erro, non multo autem ante antistes fueram. Habui autem & uxorem urbis instituto, sed amisi lege naturae. Haec cum e corpore in aliam requiem excessisset, aliquantum temporis aetatem agebam expers malorum, in duobus filiis ex ea susceptis me oblectans. Non post multos autem annos, luminarium coelestis circuitus fatis definitus mutat totum statum nostrarum rerum, & oculus Saturnius in domum irruit, in deterius afferens mutationem, quam quidem mihi sapientia praemonstravit, ceterum effugiendi facultatem non dedit. Nam fatorum decreta immutabilia providere quis potest, effugere vero non potest. Lucrum vero ut in talibus rebus prospicientia est, obtundens adversorum casuum aciem & ardorem. Calamitates enim, fili, quae inopinato adve-

1 Ἀβρυνόμενος) Alii, teste Commel. κομπαζόμενος. Ed. Basil. in vulgata consentit.

2 Ἣν ἐμοὶ σοφία -- προϊδεῖν μὲν δυνατὸν) Supplevit haec Commel. e Codd. Nam in ed. Bas. haec plane omissa sunt. v. Canter. Var. Lect. l. III, c. 1.

ῥητον· τὸ δὲ προεγνωσμένον, οἰστότερον. τὸ μὲν γὰρ ἡ διάνοια φόβῳ προληφθεῖσα κατέπτηξε· τὸ δὲ ἡ συνήθεια τῷ λογισμῷ διῄτησε.

κέ. Γίνεται δὲ περὶ ἐμὲ τοιόνδε. γύναιον Θρᾳκικὸν τὴν ὥραν ἀκμαῖον, καὶ τὸ κάλλος δεύτερον μετὰ Χαρίκλειαν ἔχουσα, ὄνομα Ῥόδωπις, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ἢ ὅπως κακῇ μοίρᾳ τῶν ἐγνωκότων ὁρμηθὲν, ἐπεπόλαζε τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἤδη καὶ εἰς τὴν Μέμφιν ἐκώμαζε, πολλῇ μὲν θεραπείᾳ, πολλῷ δὲ πλούτῳ δορυφορουμένη, πᾶσι δ' ἀφροδισίοις θηράτροις ἐξησκημένη. οὐ γὰρ ἦν ἐντυχόντα μὴ ἡλωκέναι· οὕτως ἄφυκτόν τινα καὶ ἀπρόσμαχον ἑταιρίας σαγήνην ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεσύρετο. ἐφοίτα δὴ θαμὰ καὶ εἰς τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος, ἧς προεφήτευον, καὶ τὴν θεὸν συνεχῶς ἐθεράπευε, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι πολυταλάντοις. αἰσχύνο-

niunt, ſunt intolerabiles: at praeviſae, aequiore animo perferuntur. Illas enim animus metu occupatus reformidat, & aegre fert: has autem conſuetudo rationi familiares reddit.

XXV. Accidit autem mihi tale quiddam. Muliercula Thracica, maturo aetatis flore, pulchritudine autem poſt Charicleam ſecundas tenens, nomine Rhodopis, neſcio unde, aut quomodo, adverſo fato eorum, qui illam cognoverunt, profecta peragrabat Aegyptum, atque etiam Memphim veniebat, magna pediſſequarum & ſervorum caterva, & multis opibus ſtipata, omnibus Venereis illecebris atque laſcivia egregie inſtructa. Neque fieri potuit, ut non quivis, qui in illam incidiſſet, caperetur: adeo inevitabilem quendam & invictum faſcinum meretricium ex illius oculis attrahebat. Ingrediebatur etiam ſaepe templum Iſidis, cuius ego eram antiſtes, & Deam continuo colebat & venerabatur ſacrificiis ac donariis, quae multis talentis conſtabant. Pudet dicere, attamen

μαι λέγειν, ἀλλ' εἰρήσεται· γίνεται δὴ καὶ μοῦ κρείττων ὀφθεῖσα πολλάκις. ἐνίκα τὴν διὰ βίου μοι μελετηθεῖσαν ἐγκράτειαν. ἐπὶ πολύ τε τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀντιστήσας, ἀπῆλθον τὸ τελευταῖον ἡττηθεὶς, καὶ πάθος ἐρωτικὸν ἐπιφορτισάμενος. ἀρχὴν δὴ τῶν ἐσομένων καὶ προαγορευθέντων μοι πρὸς τοῦ θείου δυσχερῶν, τὴν γυναῖκα φωράσας, καὶ συνεὶς ὡς τῶν πεπρωμένων ἐστὶν ὑπόκρισις, καὶ ὡς ὁ τότε εἰληχὼς δαίμων οἱονεὶ προσωπεῖον αὐτὴν ὑπῆλθε, τὴν μὲν ἐκ παίδων μοι σύντροφον ἱερωσύνην, ἔγνωκα μὴ καταισχῦναι, καὶ ἀντέσχον, μηδὲ ἱερὰ καὶ τεμένη θεῶν βεβηλῶσαι. τῶν δὲ [1] ἡμαρτημένων οὐκ ἔργῳ (μὴ γένοιτο) ἀλλ' ἐφέσει μόνῃ, τὴν ἁρμόζουσαν ἐπιβαλὼν ζημίαν, δικαστὴν ἐμαυτῷ τὸν λογισμὸν ἀναδείξας, φυγῇ κολάζω τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τῆς ἐνεγκούσης ὁ βα-

non celabo: & me vicit, saepius visa: vincebat & continentiam, quam in vita summo studio servaveram. Ac diu quidem multumque oculis corporis, animi oculis resistebam: ad extremum tamen victus, affectui amatorio, tanquam oneri, succubui. Cum igitur initium molestiarum & aerumnarum divinitus mihi incumbentium, quas iam antea praescieram, mulierem esse deprehendissem, & intellexissem, quod esset fatalis necessitatis involucrum, quodque is, cui tum sors obtigerat, Deus, illam sibi tanquam personam induisset: statui non dedecorare sacerdotale munus, cui a pueritia innutritus fueram, (& restiti) neque delubra Deorum & aras profanare. Atque eorum, quae erant fatis destinata, non ob rem ipsam, quod absit, sed sola animi cupiditate, convenienti mihi mulcta imposita, & ratione in iudicium adhibita, exsilio punio cupiditatem, & ex patria discessi infelix! tum cedens

1 Ἡμαρτημένων) Bas. εἱμαρμένων, cum interprete latino. Sed alterum recte praetulit Comm. flagitante sensu, orationisque serie.

ῥυδαίμων ἐξῄειν· ὁμοῦ μὲν εἴκων ταῖς μοιρῶν ἀνάγκαις, καὶ πράττειν ὅ, τι καὶ βούλοιντο τὰ καθ' ἡμᾶς ἐπιτρέπων· ὁμοῦ δὲ τὴν ἀποτρόπαιον Ῥόδωπιν ἀποφεύγων. ἐδεδίειν γάρ, ὦ ξένε, μὴ τοῦ τότε ἐπικρατοῦντος [1] ἀστέρος ἐπιβρίσαντος, καὶ πρὸς τὸ αἰσχρότερον τῶν ἔργων ἐκνικηθείην. ὃ δέ με πρὸ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐξήλαυνεν, οἱ παῖδες ἦσαν, οὓς ἡ ἄῤῥητός μοι πολλάκις ἐκ θεῶν σοφία, ξιφήρεις ἀλλήλοις συμπεσεῖσθαι προηγόρευε. περιγράφων οὖν τῶν ὀφθαλμῶν τὴν οὕτως ἀπηνῆ θέαν, (ἣν ἐκτραπήσεσθαι καὶ τὸν ἥλιον εἰκάζω, νέφος τῆς ἀκτῖνος προκαλυψάμενον) καὶ πατρῴαις ὄψεσι τὸν παίδων φόνον ἀθέατον χαριζόμενος, ἐξῴκιζον ἐμαυτὸν [[2] γῆς τε καὶ οἰκίας πατρῴας, τὴν μὲν ὁρμὴν οὐδενὶ φράσας,] πρόφασιν δέ, ὡς εἰς Θήβας τὰς μεγάλας ἀνακομίζομαι, ποιησάμενος, ὡς

Parcarum neceſſitati, & illis quidvis ſtatuendi in nos arbitrium permittens; tum etiam exſecrandam Rhodopin fugiens. Metuebam enim, hoſpes, ne eo, qui tum dominabatur in urbem, vim faciente, vel ad turpius opus impellerer. Ceterum quod me inprimis & poſt omnia expellebat, filii erant: quos mihi arcana ex Diis ſapientia, infeſtis armis concurſuros, praedicebat. Tollens igitur ab oculis tam crudele ſpectaculum, (quod vel ſolem ipſum averſaturum eſſe exiſtimo, radiis nube obiecta tectis) & paternos oculos adſpectu caedis filiorum liberans, emigravi e terra & domo paterna, diſceſſum meum indicans nemini, haec antevertens; praetexens iter hoc nomine, quod magnas Thebas profecturus eſſem, ut alte-

1 Ἀστέρος ἐπιβρίσαντος) Male Baſ. cum interprete, ἄστεος ἐπιβρ. Similiter paullo ſupra: ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε.

2 Γῆς τε καὶ οἰκίας -- φράσας) Haec, uncis incluſa, Commel. e libris addidit. Baſ. legit, ἐξῴκιζον ἐμαυτὸν φθάσας, πρόφασιν δὲ &c. Satis probabiliter. Interpres latinus utrumque, & φράσας & φθάσας, expreſſit. Satis inepte.

ἂν θάτερον τῶν παίδων τὸν πρεσβύτερον θεασαίμην, ἐκεῖ παρὰ τῷ μητροπάτορι τότε διάγοντα. Θύαμις ἦν ὄνομα αὐτῷ, ὦ ξένε. συνεστάλη πάλιν ὁ Κνήμων, ὥσπερ τῷ ὀνόματι τοῦ Θυάμιδος βληθεὶς τὴν ἀκοήν· καὶ ὁ μὲν ἐκαρτέρησε, σιωπῆσαι τῶν ἑξῆς ἕνεκεν. ὁ δὲ ἐπέραινε τὸν λόγον ὧδε. Παραλείπω τὴν ἐν μέσῳ πλάνην, ὦ νεανία· συντελεῖ γὰρ οὐδὲν εἰς τὴν παρὰ σοῦ ζήτησιν.

κστ'. Πυνθανόμενος δὲ εἶναί τινα Δελφοὺς Ἑλληνίδα πόλιν, ἱερὰν μὲν Ἀπόλλωνος, θεῶν δὲ τῶν ἄλλων τέμενος, ἀνδρῶν δὲ σοφῶν ἐργαστήριον, θορύβου δὲ δημώδους ἐκτὸς ἀνῳκισμένην, ἔστελλον εἰς ταύτην ἐμαυτὸν, ἁρμόδιον τῷ προφητικῷ καταγώγιον, τὴν ἱεροῖς καὶ τελεταῖς ἀνακειμένην ὁριζόμενος. διά τε τοῦ Κρισσαίου κόλπου [1] τῇ Κίρρᾳ προσορμισθεὶς, ἐκ νεὼς ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνέθεον. ἐπεὶ δὲ ἐπέστην, ὀμφή με ὡς

rum ex filiis maiorem natu viſerem, qui ibi tum apud avum agebat. Thyamidi erat illi nomen, hoſpes. Rurſus Cnemon, tanquam nomine Thyamidis ictus, cohibuit ſe tamen ut taceret, propter ea, quae deinceps narrabantur. Ille autem ſic pertexebat narrationem. Relinquo errorem intermedium, adoleſcens: nihil enim pertinet ad id, quod tu ſciſcitaris.

XXVI. Ceterum cum audirem, eſſe quandam urbem Graecam, Apollini quidem ſacram, Deorum autem aliorum delubrum, hominum vero ſapientum tabernam, remotam a tumultu populari, habebam ad illam iter, conveniens homini prophetico receptaculum, ſacris rebus & caerimoniis deſtinatam urbem eligens. Et cum per Criſſaeum ſinum ad Cirrhum appuliſſem, ex navi cucurri ad urbem. Poſtquam vero adſtiti, vox procul dubio

1 Τῇ Κίῤῥᾳ) Sic Cod. Xyl. Male Vatic. cum Baſ. τῇ Κίῤῥῳ. At Cod. Palat. τῇ Κιῤῥαίᾳ.

ἀληθῶς θεία προσέβαλεν αὐτόθεν. καὶ τά τε ἄλλα ἡ πόλις διαίτημα κρειττόνων ἔδοξε, καὶ οὐχ ἥκιστα τῇ φύσει τῆς περιοχῆς. οἷον γὰρ φρούριον ἀτεχνῶς καὶ αὐτοσχέδιος ἀκρόπολις ὁ Παρνασσὸς ἀπαιωρεῖται, πρὸ ποδῶν λαγόσι τὴν πόλιν ἐγκολπισάμενος. Ἄριστα, ἔφη, λέγεις, ὁ Κνήμων, καὶ ὡς ἂν τις ἐπιπνοίας ὡς ἀληθῶς Πυθικῆς ἐπῃσθημένος. τῇδε γάρ πῃ καὶ ὁ πατήρ μοι θέσεως ἔχειν τοὺς Δελφοὺς ἔφραζεν, ὅτε αὐτὸν ἱερομνήμονα ἡ πόλις Ἀθηναίων ἔστειλεν. Ἀθηναῖος ἄρα ἦσθα, ὦ παῖ; Ναὶ, ἔφη. Ὄνομα δὲ τίς; Κνήμων, ἀπεκρίνατο. Τύχῃ τίνι κεχρημένος; Εἰσαῦθις, ἔφη, ἀκούσῃ· νῦν δὲ ἔχου τῶν ἑξῆς. Ἕξομαι, ἔφη. καὶ ἐπανῄειν πρὸς τὴν πόλιν. [1] ἐπαινέσας οὖν τῶν τε δρόμων [2] καὶ ἀγορῶν καὶ κρηνῶν τὸ ἄστυ, καὶ Κασταλίαν αὐτὴν,

divina protinus aures meas inceſſit: & cum aliis de cauſis urbs mihi ſedes meliorum viſa eſt, tum non minime natura ſitus. Prorſus enim veluti munitio quaedam & arx natura conſtituta, Parnaſſus dependet, prominentibus lateribus urbem quaſi quodam ſinu complectens. Optime dicis, inquit Cnemon, & ut aliquis, qui revera afflationem Pythicam ſenſit. Eum enim eſſe ſitum urbis, etiam pater mihi quondam dicebat, quando illum ad conſilium Amphictyonicum augurem urbs Athenienſium miſerat. Igitur Athenienſis es, fili? Ita, inquit. Nomen vero quod tibi eſt? Cnemon, reſpondit. Qua fortuna uſus es? Deinceps audies: nunc autem continua narrationem. Continuabo, inquit. Aſcendebam in urbem. Collaudato igitur a curriculis, foris, & fontibus, oppido, & ipſo

1 Ἐπαινέσας οὖν τῶν τε δρόμων) Plenior Cod. Taurin. apud Dorv. Char. p. 632: τῶν τε ἐμβόλων καὶ δρόμων, qui ἐμβόλους explicat dimidiatas porticus, quae in viam porticuum ſpeciem habent, at altera ex parte domubus ipſis cohaerent.

2 Καὶ ἀγορῶν) Male ed. Baſ. καὶ ἀγρῶν· neque enim agri ſed ἀγοραὶ faciunt ad urbis laudem. Infra c. 33: ὅπου δὴ φαινομένη ναῶν, ἢ δρόμων, ἢ ἀγορῶν.

ἣν δὴ καὶ περιῤῥαντήριον ἐποιησάμην, ἐπὶ τὸν νεὼν ἔσπευδον· καὶ γάρ με καὶ θροῦς τῶν πολλῶν ἀνεπτέρωσεν, ὥραν εἶναι, κινεῖσθαι τὴν θεόπροπον, λέγοντες. ἐπεὶ δὲ εἰσελθὼν προσεκύνουν, καί τι καὶ κατ' ἐμαυτὸν ηὐχόμην, ἀνεφθέγξατο ἡ Πυθία τοιάδε·

Ἴχνος ἀειράμενος ἀπ' εὐστάχυος παρὰ Νείλου,
Φεύγεις μοιράων νήματ' ἐρισθενέων.
Τέτλαθι, σοὶ γὰρ ἐγὼ κυαναύλακος Αἰγύπτοιο
Αἶψα πέδον δώσω. νῦν δ' ἐμὸς ἔσσο φίλος.

κζ'. Ταῦτα ὡς ἐθέσπισεν, ἐγὼ μὲν ἐμαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον τοῖς βωμοῖς ἐπιβαλὼν, ἵλεων εἶναι τὰ πάντα ἱκέτευον. ὁ δὲ πολὺς τῶν περιεστώτων ὅμιλος, ἀνευφήμησαν τὸν θεὸν τῆς ἐπ' ἐμοὶ παρὰ τὴν πρώτην ἔντευξιν προφητείας. ἐμὲ δὲ ἐμακάριζον, καὶ περιέποντο ἐντεῦθεν παντοίως, φίλον ἥκειν με τῷ θεῷ μετὰ Λυκοῦργόν τινα Σπαρτιάτην λέγοντες· καὶ ἐνοικεῖν τε βου-

Caſtalio fonte, ex quo me etiam adſperſi, ad templum feſtinabam. Etenim me & murmur multitudinis, quod tempus inſtaret, in quo ſeſe vates motura eſſet, excitaverat. Cum itaque ingreſſus Deum venerarer, & quiddam etiam apud me optarem, reſpondit haec Pythia:

Fertilis a regione ferens veſtigia Nili,
Fortia Parcarum ſtamina ſponte fugis.
Durato, Aegypti quoniam nigricantia tradam
Arva tibi cito, nunc noſter amicus eris.

XXVII. Hoc oraculum ut reddidit, ego procidens in aram pronus, ut mihi propitius eſſe vellet omnibus in rebus deprecabar. At magna circumſtantium caterva collaudabat Deum propter eiuſmodi reſponſum mihi primo congreſſu datum. Praedicabant autem felicem me, & me obſervabant inde modis omnibus, amicum me venire Deo poſt Lycurgum quendam Spartanum, dicentes.

λόμενον τῷ τεμένει τοῦ νεὼ, συνεχώρουν, καὶ σιτηρέσιον ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχειν ἐψηφίσαντο. καὶ συνελόντι λέγειν, ἀγαθῶν ἀπέλιπεν οὐδέν. ἢ γὰρ πρὸς ἱεροῖς ἦν, ἢ πρὸς θυσίαις ἐξηταζόμην, ἃς πολλὰς καὶ παντοίας ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ξένος τε καὶ ἐγχώριος λεὼς τῷ θεῷ χαριζόμενοι δρῶσιν, ἢ φιλοσόφοισι διελεγόμην. οὐκ ὀλίγος δὲ ὁ τοιοῦτος βίος συῤῥεῖ περὶ τὸν νεὼν τοῦ Πυθίου. καὶ μουσεῖόν ἐστιν ἀτεχνῶς ἡ πόλις ὑπὸ μουσηγέτῃ θεῷ φοιβαζομένη. τὸν μὲν δὴ πρότερον χρόνον, ἄλλοτε περὶ ἄλλων ἡμῖν αἱ ζητήσεις ἀνεκινοῦντο. καὶ ὁ μέν τις ὅπως τοὺς ἐγχωρίους οἱ Αἰγύπτιοι σέβομεν θεοὺς ἀνηρώτα· ὁ δὲ, δι᾽ ἣν αἰτίαν ἄλλα παρ᾽ ἄλλοις τῶν ζώων ἐκθειάζεται, καὶ τίς ὁ περὶ ἑκάστου λόγος, ἐπυνθάνετο· ἄλλος πυραμίδων κατασκευὴν, ἕτερος συρίγγων πλάνην. καὶ συνελόντι τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον ἐν

Et cum in area templi habitare vellem, permittebant, utque mihi commeatus daretur ex publico, decreverunt. In ſumma, nihil boni deerat. Aut enim ad ſacra & ſacrificia, quae multa & varia tota die peregrini & indigenae gratificantes Deo faciunt, inquirebam aliquid & ſcrutabar, aut cum philoſophis colloquebar. Non parvus autem numerus eiuſmodi hominum confluit ad templum Delphicum, & prorſus eſt Muſeum ipſa urbs, ſub Muſarum duce Deo vaticiniis dedita. Ac initio quidem alias de aliis rebus quaeſtiones a nobis movebantur. Erant enim, qui, quomodo nos Aegyptii Deos coleremus, quaererent: alius, quamobrem alia apud alios animalia ſacra & divina haberentur, & quae eſſet de quolibet narratio, percontabatur. Quidam pyramidum formam & conſtructionem, nonnulli fiſtularum ductus & anfractus ſciſcitabantur. Quid multa? Aegyptiarum rerum nihil non

οὐδὲν ἀπελίμπανον ἱστοροῦντες. Αἰγύπτιον γὰρ ἄκουσμα καὶ διήγημα πᾶν, Ἑλληνικῆς ἀκοῆς ἐπαγωγότατον.

κη'. Τέλος δέ ποτε καὶ περὶ τοῦ Νείλου, καὶ τίνες μὲν αὐτῷ πηγαὶ, τίς δὲ ἡ παρὰ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς ἰδιάζουσα φύσις, καὶ ὁπόθεν τὴν θερινὴν ὥραν μόνος τῶν πάντων πλημμυρεῖ, πεῦσίν τις ἐμοὶ προσῆγε τῶν ἀστειοτέρων. ἐμοῦ δὲ ἅπερ ἐγίγνωσκον εἰπόντες, καὶ ὅσα περὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου βίβλοις ἱεραῖς ἀναγεγραμμένα, μόνοις τοῖς προφητικοῖς καὶ γινώσκειν καὶ ἀναγινώσκειν ἔξεστι· καὶ διελθόντος ὡς τὰς μὲν ἀρχὰς [1] ἐκ τῶν ἄκρων τῆς Αἰθιοπίας, ἐσχάτων δὲ τῆς Λιβύης ἀναλαμβάνει, καθ' ὃ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολῆγον, ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν· αὔξεται δὲ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν, οὐχ ὡς τινες ᾠήθησαν πρὸς τῶν ἐτησίων ἀντικρὺ πνεόντων ἀνακοπτόμενος· ἀλλ' αὐτῶν δὴ τούτων τῶν ἀνέμων κατὰ τροπὴν τὴν θερινὴν

inquisitum relinquebant. Etenim omnis Aegyptiaca narratio, mirum in modum Graecas delectat aures.

XXVIII. Ad extremum tandem & de Nilo, qui essent eius fontes, & quae praeter alios fluvios peculiaris natura, & unde aestivo tempore solus inter omnes crescat aquis, quaestionem mihi quidam ex urbanioribus proponebat. Me dicente ea, quae sciebam, & quae de hoc fluvio sacris libris perscripta, solis antistibus cognoscere ac legere licet, & narrante, quod in supremis Aethiopiae, ultimis autem Libyae partibus, oriatur, qua parte orientale clima desinens, initium meridiei praebet; crescit vero aestivo tempore, non, ut quidam putarunt, Etesiarum adverso flatu reiectus, sed iis ipsis ventis cir-

1 Ἐκ τῶν ἄκρων τῆς Ἀ.) Dorv. ad Char. p. 561, post ἄκρων inferendum censet μὲν e Vatic. & Taurin. tanquam a temeraria manu, quod statim praecedat, deletum.

ἀπὸ τῶν ἀρκτώων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πᾶν νέφος ἐλαυνόντων τε καὶ ὠθούντων, ἕως ἐπὶ τὴν διακεκαυμένην ζώνην [1] συνάξωσι, καθ' ἣν τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτονται δι' ὑπερβολὴν τοῦ περὶ τὰ μέρη πυρώδους πάσης τῆς πρότερον καὶ κατὰ μικρὸν ἀθροισθείσης καὶ παχυνθείσης νοτίδος ἐξατμιζομένης, κᾀκ τούτου λάβρων ὑετῶν ῥηγνυμένων, ὀργᾶται ὁ Νεῖλος, καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ κατεξανίσταται τῆς ὄχθης, καὶ θαλασσώσας τὴν Αἴγυπτον, τῇ παρόδῳ γεωργεῖ τὰς ἀρούρας. διὸ πιεῖν τέ ἐστι γλυκύτατος, ἅτε ἐξ ὄμβρων οὐρανίων χορηγούμενος, καὶ θίγειν προσηνέστατος, οὐκ ἔτι μὲν θερμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δὲ χλιαρὸς ὡς ἐκεῖθεν ἀρξάμενος. δι' ἣν αἰτίαν καὶ μόνος ποταμῶν αὔρας οὐκ ἀναδίδωσι· πάντως ἂν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀναδοὺς, εἰ καθώς τινες ἐβουλήθησαν, ὡς πυν-

ca ſolſtitium aeſtivum, a ſeptemtrionalibus partibus verſus meridiem, omnes nubes pellentibus ac trudentibus, donec in zona, quae torretur ardore ſolis, colligantur, in qua illorum motus retunditur propter incredibilem circumſtantis aeſtus vehementiam, toto, qui antea fuerat paullulum congregatus & condenſatus, humore liqueſcente, & inde copioſis imbribus cadentibus. Superbitque Nilus, nec ſe fluvium eſſe patitur, ſed effunditur extra ripas, & eluvione tanquam mari quodam Aegyptum operiens, adventu ſuo foecundat agros. Quare ad bibendum dulciſſimas praebet aquas, ut quae illi ex coeleſtibus imbribus ſuppeditent: & eſt tactu placidus ac lenis, non amplius calidus, ſicut ubi incipit; verumtamen adhuc tepidus, ut in eiuſmodi locis ortus. Quam ob cauſam ſolus ex fluviis vapores non exhalat: omnino enim conſentaneum eſſet, ſi exhalaret, eum ex ni-

1 Συνάξωσι) Baſ. συναύξωσι, minus bene.

θάνομαι, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων, χιόνος τηκομένης τὸ πλήρωμα ἐλάμβανε.

κθ'. Ταῦτα μου καὶ τὰ τοιαῦτα διεξιόντος, ὁ ἱερεὺς τοῦ Πυθίου γνώριμος ἐμοὶ γεγονὼς ἐς τὰ μάλιστα, Χαρικλῆς ὄνομα ἦν αὐτῷ, θαυμασίως, ἔφη, λέγεις. καὶ ταύτῃ τῇ γνώμῃ τίθεμαι καὶ αὐτὸς, οὕτω καὶ παρὰ τῶν ἐν Καταδούποις ἱερέων τοῦ Νείλου πυθόμενος. κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, ὦ Χαρίκλες, ἔφην· ἦλθες γὰρ κἀκεῖσε; Ἦλθον, εἶπε, ὦ σοφὲ Καλάσιρι. Τί δέ σε χρέος ἤγαγε; πάλιν ἠρώτων. ὁ δὲ, Δυσπραξία τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀπεκρίνατο· ἣ δή μοι καὶ εὐπραξίας αἰτία γέγονεν. ἐμοῦ δὲ τὸ παράδοξον θαυμάσαντος· Οὐ θαυμάσῃ, ἔφη, τὸ πρᾶγμα, ὡς γέγονεν, εἰ πύθοιο. πεύσῃ δὲ, ὅταν σοι βουλομένῳ γίγνηται. Οὐκοῦν ὥρα σοι λέγειν, ἦν δ' ἐγώ· νῦν γὰρ βούλομαι. Μάνθανε, εἶπε ὁ Χαρικλῆς, τοὺς πολλοὺς μέ-

ve liquefacta, quod quidam docti apud Graecos voluerunt, incrementum capere.

XXIX. Cum de hisce in eam sententiam differerem, sacerdos Apollinis mihi maxime familiaris, Charicli erat illi nomen, Praeclare, inquit, dicis, & ipse assentior huic sententiae: sic enim etiam a sacerdotibus in Catadupis Nili audivi. Et ego ad illum, o Charicles, numquid etiam eo veneras? Veneram, dixit, sapiens Calasiri. Quae autem necessitas eo deducebat? rursus quaerebam. Ille autem, Adversa fortuna rei domesticae, respondit: quae mihi & felicitatis causa exstitit. Me vero illud mirante, Non miraberis, inquit, si rem, ita ut gesta est, expositam audieris. Audies autem, quandocunque placuerit. Igitur tempus est, inquibam, ut exponas: nunc enim placet. Charicles autem, remota multi-

ταστησάμενος· καὶ γάρ σε καὶ διά τι χρήσιμον, ἐμὸν ἀκροατὴν γενέσθαι τῶν συμβεβηκότων πάλαι ἐβουλόμην. Ἐμοὶ γήμαντι, παιδία οὐκ ἐγίνετο. ὄψε δέ ποτε καὶ βραδὺ τῆς ἡλικίας, πολλὰ τὸν θεὸν ἱκετεύων, θυγατρίου πατὴρ ἀνηγορεύθην, οὐκ ἐπ' αἰσίοις ἔσεσθαί μοι ταύτην τοῦ θεοῦ προαγορεύσαντος. ἦλθε καὶ εἰς ὥραν γάμου, καὶ ἐξεδόμην [1] τῷ μνηστευομένῳ (πολλοὶ δὲ ἦσαν) τῷ παρ' ἐμοὶ κριθέντι καλλίστῳ, καὶ καθ' ἣν νύκτα [2] συγκατεκλίθη τῷ γήμαντι, κατ' αὐτὴν ἡ δυστυχὴς ἐτελεύτα, σκηπτοῦ τινος ἢ χειροποιήτου πυρὸς τοῖς θαλάμοις ἐμπεσόντος. καὶ τὸν ὑμέναιον ᾀδόμενον ἔτι, διεδέχετο θρῆνος· καὶ ἀπὸ τῶν παστάδων ἐπὶ τὸ μνῆμα παρεπέμπετο· καὶ δᾷδες αἱ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς, αὗται καὶ τὴν ἐπι-

tudine, Cognofce, inquit: fiquidem te mihi iamdudum utilitatis cuiufdam caufa auditorem meorum cafuum exoptabam. Ego cum iniiffem matrimonium, liberos non habui. Sero tandem, & aetate profecta, affidue Deum fupplex orans, filiolae pater fum appellatus, cum Deus mihi non feliciter eam nafcituram effe praedixiffet. Pervenit & ad nuptiarum tempus, & elocavi eam in matrimonium ambienti, (multi autem erant) qui meo iudicio erat honeftiffimus. Eadem autem nocte, qua marito accubuerat, mortua eft infelix, cum fulmen quoddam, feu manu excitatus ignis, in cubile incidiffet. Atque ita hymenaeum, qui canebatur adhuc, excepit luctus, & ex thalamo ad fepulcrum deducebatur, & faces, quae lumen ediderant nuptiale, eaedem ipfae fune-

1 Τῷ μνηστευομένῳ) Cod. Xyl. τῷ μνηστευσαμένῳ. Commel. legendum coni. τῶν μνηστευσαμένων, fatis apte.

2 Συγκατεκλίθη) Dorvill. ad Charit. p. 124. auctor eft, legi in Cod. Taurin. συγκατεκλείσθη, idque defendi poffe ex Theocr. XV, 77, & XVIII, 5; vel fic tamen vulgatam in Heliodoro fervandam lectionem idem recte iudicat.

κήδιον πυρκαΐαν ἐξῆπτον. ἐπετραγῴδει τούτῳ τῷ δράματι καὶ ἕτερον πάθος ὁ δαίμων, καὶ τὴν μητέρα μοι τῆς παιδὸς ἀφαιρεῖται τοῖς θρήνοις ἐγκαρτερήσασαν. τὸ δὲ θεήλατον τοῦ κακοῦ μὴ φέρων, ἐμαυτὸν μὲν οὐκ ἐξάγω τοῦ βίου, τοῖς θεολογοῦσιν ὡς ἀθέμιτον τὸ πρᾶγμα πειθόμενος· ὑπεξάγω δὲ τῆς ἐνεγκούσης, καὶ τὴν ἐρημίαν τῆς οἰκίας ἀποδιδράσκω. μέγα γὰρ εἰς λήθην κακῶν ἡ δι' ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς ὑπόμνησις ἀμαυρουμένη. καὶ πολλοῖς ἐμπλανηθεὶς τόποις, ἦλθον δὴ καὶ εἰς τὴν σὴν Αἴγυπτον, καὶ Καταδούπους αὐτοὺς, καθ' ἱστορίαν τῶν καταῤῥακτῶν τοῦ Νείλου.

λʹ. Τῆς μὲν οὖν ἐκεῖσε ἀφίξεως ἔχεις τὸν ἀπολογισμὸν, ὦ φίλος· ἣν δέ σε βούλομαι παρενθήκην γνῶναι τοῦ διηγήματος, μᾶλλον δὲ ἀληθέστερον εἰπεῖν, αὐτὸ δὴ τὸ κεφάλαιον, ἀλύοντι μοι κατὰ τὴν πόλιν, καὶ

brem rogum fuccendebant. Addebat ad hanc fabulam & aliam tragicam calamitatem numen, dum matrem puellae, dolori & luctui indulgentem, mihi aufert. Divinitus igitur immiffum malum non ferens, non expello me quidem e vita, iis, qui de rebus divinis differentes, id facere nefas effe docent, obtemperans: expello vero me patria clam, & folitudinem domus procul fugio. Magnum eft enim adiumentum ad oblivionem malorum, recordatio animi, oculorum amotione obfcurata. Cumque multa loca vagabundus peragraffem, veni tandem aliquando & in tuam Aegyptum, & ipfos Catadupos, ad vifendas cataractas Nili.

XXX. Rationem igitur profectionis meae in ea loca tibi expofui, amice. Corollarium autem, vel, ut verius dicam, caput ipfum narrationis, te in primis cognofcere cupio. Cum deambularem per otium in urbe, & quae-

διατιθεμένῳ σχολὴν, καί τινα τῶν παρ' Ἕλλησι σπανίων ὠνουμένῳ· (ἤδη γάρ μοι τῆς λίαν ἀλγηδόνος τῷ χρόνῳ πεττομένης, ἡ πρὸς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐπάνοδος ἐσπουδάζετο·) ἀνήρ τις πρόσεισι, τὰ μὲν ἄλλα σεμνὸς ἰδεῖν, καὶ ἀγχίνοιαν ἀπὸ τοῦ βλέμματος ἐμφανίζων, ἄρτι μὲν τὸν ἔφηβον παραλλάξας, τὴν χροίαν δὲ ἀκριβῶς μέλας, καί με ἠσπάζετο, καί τι βούλεσθαι διαφράζειν ἔλεγεν, Ἑλληνίζων οὐ βεβαίως. ἐμοῦ δὲ ἑτοίμως ὑπακούσαντος, εἴς τινα νεὼν παρακείμενον εἰσαγαγὼν, Φύλλα τινά σε καὶ ῥίζας, ἔφη, τῶν Ἰνδικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν καὶ Αἰγυπτίων ὠνούμενον ἑώρακα. εἰ δὴ οὖν ἀκραιφνῶς ταῦτα καὶ δόλου παντὸς ἐκτὸς ὠνεῖσθαι βουληθείης, ἕτοιμος παρέχειν. Βούλομαι, ἔφην, καὶ δείκνυε. [1] ὁ δὲ, Ὄψει μὲν, εἶπεν, ὅπως δὲ μὴ μικρολόγος ἔσῃ περὶ τὴν ἀγοράν. Σαυτὸν παρεγ-

dam, quorum eſt inopia apud Graecos, coëmerem, (iam enim nimio angore animi, temporis intervallo decocto, in patriam redire properabam) vir quidam me accedit gravis, & prudentiam vultu declarans, nuper quidem adoleſcentiae annos egreſſus, colore vero prorſus nigro, & me ſalutabat, ac de re quadam colloqui ſe velle mecum dicebat, non exacte Graece loquens. Prompteque obtemperantem, in templum quoddam vicinum introduxit, &, Folia quaedam, inquit, & radices Indicas & Aethiopicas te emere vidi: quod ſi haec a me ſincere & abſque omni fraude emere volueris, libenter tibi proponam. Volo, inquam, & oſtende. At hic, Vide ſis, inquit, ne in emendo parcum nimis te exhibeas. Tu fac,

1 Ὁ δὲ, ὄψει μὲν -- περὶ τὴν διάπρασιν) Attexuit haec Commel. e Palat. & Xyl. In ed. Baſ. abſunt, & recte abeſſe poſſunt. Ex iiſdem Codd. Commel. verba, quae uncis incluſa ſtatim ſequuntur, καὶ λευκότητι πλεῖστον ἀγλαϊζόμεναι, inſerenda curavit.

γύα, ἔφην, μὴ βαρύτιμον εἶναι περὶ τὴν διάπρασιν. καὶ ὃς ὑπὸ μάλης τι βαλαντίδιον ἔχων, προκομίσας ἐπεδείκνυ λίθων πολυτίμων ὑπερφυές τι χρῆμα· μαργαρίδες τε γὰρ ἐνῆσαν εἰς καρύου μικροῦ μέγεθος, εἰς κύκλον τε ἀκριβῶς ἀπαρτιζόμεναι, [καὶ λευκότητι πλεῖστον ἀγλαϊζόμεναι] σμάραγδοί τε καὶ ὑάκινθοι· αἱ μὲν οἷα λήϊον ἠρινὸν χλοάζουσαι, ἐλαιώδους αὐτὰς τινὸς λειότητος ὑπαυγαζούσης· αἱ δὲ ἀπεμιμοῦντο χροιὰν ἀκτῆς θαλαττίας ὑπ᾽ ἀγχιβαθεῖ σκοπέλῳ μικρὸν ὑποφριττούσης, καὶ τὸ ὑποκείμενον ἰαζούσης· καὶ ἁπλῶς συμμιγής τις ἦν πάντων καὶ ποικίλη μαρμαρυγὴ τὸν ὀφθαλμὸν εὐφραίνουσα. ἅπερ ὡς εἶδον, Ἄλλους, ἔφην, ὥρα σοι, ξένε, τῶνδε ἐπιζητεῖν ὠνητάς· ὡς ἔγωγε καὶ ἡ κατ᾽ ἐμὲ περιουσία, σχολῇ γοῦν, εἰ καὶ ἑνὸς εἴη τῶν ὁρωμένων ἰσοστάσιος. Ἀλλ᾽ εἰ καὶ μὴ πρίασθαι δυνατὸς, εἶπε, δῶρόν γε λαμβάνειν οὐκ ἀδύνατος. Ἐγὼ μὲν

inquam, ne in vendendo grande nimis pretium exigere videaris. Hic autem proferens facculum quendam, quem habebat fub axilla, oftendebat lapides pretiofos quofdam, admirabiles. Margaritae enim inter illos erant, nucis parvae magnitudine, exacta rotunditate fuis partibus omnibus in modum circuli abfolutae, & candore maxime fplendentes, fmaragdique, & hyacinthi: illi quidem veluti verna feges virentes, quadam lubricitate tanquam olei refplendente: hi vero imitabantur colorem marini litoris, fub arduo fcopulo paullulum erecti, & fubiecta omnia purpureo colore tingentis: denique mixtus erat omnium variufque fulgor, oculos delectans atque recreans. Quae ut vidi, Alios, inquam, hofpes, iam emtores tibi ut quaeras opus eft, quod ego & meae facultates vix uni ex iis, quae video, pares effe poffint. Si, inquit, emere non potes, attamen dono ac-

οὐκ ἀνίκανος, ἔφην, δῶρόν γε λαμβάνειν. σὺ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι βουλόμενος παίζεις ἡμᾶς. Οὐ παίζω, εἶπεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα σπουδάζω, καὶ ἐπόμνυμί γε τὸν ἱδρυμένον ἐνθάδε θεὸν, ἅπαντα δώσειν, εἰ πρὸς τούτοις καὶ ἕτερον δῶρον ὑποδέξασθαι βουληθείης, πολὺ τούτων ἐριτιμότερον. ἐγέλων πρὸς ταῦτα. τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν πυνθανομένου· Ὅτι γελοῖον, ἔφην, εἰ τηλικαῦτα δῶρα καθυπισχνούμενος, προσέτι καὶ μισθὸν ἐπαγγέλλῃ, πολὺ τῶν δώρων αὐτῶν ὑπερφέροντα. Πίστευε, εἶπε. ἀλλ᾽ ἐπόμνυε καὶ αὐτὸς, [1] ἦ μὴν ἄριστα χρήσασθαι τῷ δώρῳ, καὶ ὡς ἂν αὐτὸς ὑφηγήσωμαι. ἐθαύμαζον μὲν, ἀπορῶν· ἐπόμνυον δὲ τηλικαῦτα ἐλπίζων. ἐπειδὴ δέ μοι ὀμώμοστο, ὡς ἐκεῖνος ἐπέσκηπτεν, ἄγει με παρ᾽ αὐτὸν, καὶ δείκνυσι κόρην, ἀμήχανόν τι καὶ δαιμόνιον καλλος· ἣν αὐτὸς μὲν ἑπταετῆ γεγονέ-

cipere poteris. Mihi quidem, inquam, ad accipiendum donum vires non desunt: ceterum tu nescio quo animo nobis illudas. Non illudo, dixit; sed serio & singulari studio facio: & iuro per Deum huius templi praesidem, me tibi omnia daturum, si ad haec praeterea donum aliud suscipere volueris, longe his praestantius. Ridebam iam tum, his auditis. Hoc vero causam sciscitante, Ridiculum enim, inquam, mihi videtur, quod tanta dona promittens, praemium insuper pollicearis, longe dona superans. Crede, dixit: sed iura etiam ipse, quod optime sis usurus dono, & ita, quemadmodum ego docuero. Mirabar quidem haesitans: iurabam tamen, tantarum rerum spe adductus. Postquam autem iusiurandum a me factum est, ita quemadmodum ille mandabat, ducit me ad sese, & ostendit puellam insigni & divina forma praeditam, quam ipse annos septem natam esse dicebat, mi-

1 Ἦ μὴν ἄριστα) Ἡμῖν ἄρ. male Cod. Taur. apud Dorv. Char. p. 681.

ναι ἔλεγεν, ἐμοὶ δὲ καὶ ἄρα γάμου πλησιάζειν ἐῴκει. οὕτως ἄρα κάλλους ὑπερβολὴ, καὶ εἰς μεγέθους ἔμφασιν φέρει προσθήκην. κἀγὼ μὲν ἀχανὴς εἱστήκειν ἀγνοίᾳ τε τῶν γιγνομένων καὶ ἀκορέστῳ θέᾳ τῶν ὁρωμένων.

λά. Ὁ δὲ ἄρχεται λόγων τοιῶνδε· Ταύτην, ἣν ὁρᾷς, ξένε, φησὶν, ἡ μὲν τεκοῦσα, δι' αἰτίαν, ἣν γνώσῃ μικρὸν ὕστερον, ἐν σπαργάνοις ἐξέθετο, τύχης ἀμφιβολίᾳ τὰ κατ' αὐτὴν ἐπιτρέψασα, ἐγὼ δὲ προστυχὼν, ἀνειλόμην· οὐδὲ γὰρ ἦν μοι θεμιτὸν ἐν κινδύνῳ ψυχὴν ἅπαξ ἐνανθρωπήσασαν παριδεῖν. ἓν γὰρ καὶ τοῦτο παράγγελμα τῶν γυμνῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν, ὧν ἀκουστὴς εἶναι [1 χρόνοις] ὀλίγῳ πρόσθεν ἠξίωμαι. καὶ ἄλλως καὶ τὸ παιδίον αὐτόθεν μέγα τι καὶ θεῖον τῶν ὀφθαλμῶν ἐξέλαμπεν· οὕτω μοι περι-

hi vero iam non procul abeſſe a tempore apto coniugio videbatur. Sic enim formae excellentia, multum etiam addit ad proceritatis ſpeciem. Et ego quidem ſtabam ſtupens, tum propter inſcitiam eorum, quae fiebant, tum propter inſatiabilem cupiditatem ea ſpectandi, quae videbam.

XXXI. Ille vero eiuſmodi verba fecit: Hanc, quam vides, hoſpes, mater quandam ob cauſam, quam paullo poſt audies, faſciis involutam expoſuit, fortunae eam permittens. Ego autem forte in eam cum incidiſſem, ſuſtuli. Neque enim fas erat, in periculo verſantem animam, ſemel ingreſſam humanum corpus, deſpicere & negligere. Etenim hoc etiam unum ex praeceptis gymnoſophiſtarum, qui ſunt apud nos: quorum ut auditor eſſem, aliquanto ante ſum dignus iudicatus. Alioqui tum etiam ex oculis infantis magnum & divinum quid-

1 Χρόνοις) Hoc v. uncis incluſi, tanquam interpretamentum e margine illatum.

σκοποῦντι, γοργόν τε καὶ ἐπαγωγὸν ἐνεῖδε. συνεξέκειτο δὲ αὐτῷ καὶ λίθων ὅρμος, ὃν ἀρτίως ἐπεδείκνυον, καὶ ταινία τις ἀπὸ σηρικοῦ νήματος ἐξυφασμένη, γράμμασι ἐγχωρίοις καὶ διηγήματι τῶν κατὰ τὴν παῖδα κατάστικτος· τῆς μητρὸς, οἶμαι, σύμβολα ταῦτα καὶ γνωρίσματα τῇ κόρῃ προμηθευσαμένης. ἅπερ ὡς ἀνέγνων, πόθεν τέ ἐστι καὶ τίνος ἔγνων, εἰς ἀγρόν τε κομίζω πόῤῥω τῆς πόλεως ἀπῳκισμένον, καὶ ποιμέσιν ἐμαυτοῦ τρέφειν παραδοὺς, μηδενί τε φράζειν ἐπαπειλήσας, τὰ συνεκτεθέντα κατεῖχον, τοῦ μή τινα ἐπιβουλὴν γενέσθαι αὐτὰ τῇ κόρῃ. τὰ μὲν οὖν πρῶτα οὕτως ἐλάνθανεν. ἐπεὶ δὲ, τοῦ χρόνου προϊόντος, ἡ τῆς κόρης ἀκμὴ καὶ μείζονος ὥρας ἐφαντάζετο τοῦ εἰωθότος, (τὸ κάλλος δ' οὐδ' ἂν ὑπὸ γῆν κρυπτόμενον ἔλαθεν, ἀλλά μοι δοκεῖ, κἂν ἐκεῖθεν διεκλάμψαι) δείσας μὴ φωτισθείη τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ ἀπόλοιτο μὲν αὐτὴ,

dam elucebat: adeo me circumſpicientem acriter & blande intuebatur. Expoſitus autem fuerat una cum illa cumulus lapidum, quem nuper oſtendi, & faſcia quaedam de ſerico filo texta, literis vernaculis & narratione de rationibus infantis inſignita, matre, ut opinor, has notas & indicia puellae procurante. Quae ut legi, unde & quae eſſet cognovi, atque in agrum aſportavi, longe diſſitum ab urbe, paſtoribus nutriendam tradens, & interminans, ne cuiquam dicerent. Ea vero, quae una erant expoſita, apud me detinebam, ne quae inſidiae propter ea puellae ſtruerentur. Primum igitur ita res erat occulta. Poſtquam autem ſucceſſu temporis puella flore aetatis & forma praeſtantiore, quam ſunt uſitatae, eſſe videbatur, (pulchritudo autem, neque ſub terram occultata latuerit, ſed mea quidem ſententia etiam illinc in lucem prodiret) metuens, ne illius rationes patefierent,

παραπολαύσω δέ τινος καὶ αὐτὸς ἀηδοῦς, ἐκπεμφθῆναι πρεσβευτὴς παρὰ τὸν Αἰγύπτου σατράπην ἐπραγματευσάμην, καὶ ἥκω ταύτην συνεπαγόμενος, διαθέσθαι τὰ κατ' αὐτὴν ἐνθυμούμενος. καὶ τῷ μὲν, ὅσον οὐδέπω περὶ ὧν ἥκω διαλεχθήσομαι· χρηματίσαι γὰρ ἡμῖν τήμερον ἐπηγγείλατο. σοὶ δὲ καὶ θεοῖς τοῖς οὕτως ἐπιτρέψασιν ἐγχειρίζω τὴν κόρην ἐπὶ συνθήκαις ταῖς ἐνωμότως ἡμῖν γενομέναις, [1] ἡμῖν ἐλευθέραν ταύτην ἕξειν, καὶ ἐλευθέρῳ πρὸς γάμον ἐκδώσειν ταύτην, ἣν δὴ καὶ αὐτὸς κομίζῃ παρ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τῆς ἐκθεμένης μητρός. πιστεύω δέ σε πάντα ἐμπεδώσειν τὰ ὡμιλημένα, τοῖς τε ὅρκοις ἀποθαρσῶν, καὶ τὸν σὸν τρόπον ἐκ πολλῶν τῶν ἡμερῶν, ὧν ἐνθάδε διάγεις, Ἑλληνικὸν ὄντα τῷόντι περιειργασμένος.

& ipſa necaretur, & ego aliquid moleſtiae inde caperem, dedi operam, ut legatus ad Satrapam Aegypti mitterer, & venio, hanc una mecum adducens, eiuſque res conſtituere cupiens. Ac huic quidem illico, quamobrem veniam, exponam: ſiquidem ſe hodie legationi audiendae vacaturum mihi denuntiavit. Tibi vero & Diis, qui haec ita gubernarunt, in manum do puellam: conditionibus iureiurando firmatis, quod hanc liberam habiturus ſis, & libero in matrimonium daturus, ſicuti eam a nobis accipis, vel potius a matre, quae illam expoſuit. Confido autem, te omnia, de quibus collocuti ſumus, expleturum eſſe, iureiurando fretus, & tuis moribus, quos per multos dies, quibus hic verſaris, revera Graecos eſſe cognovi.

1 Ἡμῖν ἐλευθέραν) Poſſet & ἡμὴν legi. Non tamen quidquam mutandum cenſuerim: nam huiuſmodi dativi ornatus gratia ſaepe adduntur. *Commel.* Coniecturae huic calculum adiicit Cod. Taurin. apud Dorvill. ad Char. p. 681.

λβ'. Ταῦτά σοι νῦν εἶχον λέγειν ἐπιτετμημένως, καλούσης με τῆς κατὰ τὴν πρεσβείαν χρείας. τὰ σαφέστερα δὲ καὶ ἀκριβέστερα τῶν κατὰ τὴν κόρην, εἰς αὔριον [1] μυηθήσῃ περὶ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος ἐντυχών. ἐποίουν οὕτως· καὶ παραλαβὼν τὴν κόρην, ἦγον ἐπικαλύψας ὡς ἐμαυτόν. κἀκείνην μὲν τὴν ἡμέραν εἶχον ἐν θεραπείᾳ, πολλὰ φιλοφρονούμενος, καὶ πολλὴν τοῖς θεοῖς [2] ὁμολογῶν χάριν, αὐτόθεν τε ἐμαυτοῦ θυγατέρα καὶ ἐνόμιζον, καὶ ὠνόμαζον. εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἡμέρᾳ, λίαν ἐσπουδασμένως ἐπὶ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος, οὗπερ συνετέτακτό μοι πρὸς τὸν ξένον, ὥρμησα, καὶ πλεῖστα ἐμπεριπατήσας, ἐπειδήπερ ἐφαίνετο οὐδαμοῦ, παραγενόμενος εἰς τὰ σατραπεῖα, τὸν πρεσβευτὴν τῶν Αἰθιόπων, εἴ τις ἑώρα, ἐπυνθανόμην.

XXXII. Haec habui, quae tibi in praefentia breviter dicerem, iam me avocante negotio legationis: planius vero & exactius arcanis puellae craftino die initiaberis, circa templum Ifidis mecum conveniens. Faciebam ita, quemadmodum ille voluerat: & affumtam puellam ducebam tectam ad me domum. Ac illo quidem die tractabam puellam honorifice & reverenter, variis blanditiis deliniens: & agebam Deo magnas gratias, ex eo tempore filiam meam exiftimans eam effe, & nominans. Poftridie autem propere ad templum Ifidis, qui locus mihi fuerat cum hofpite ad colloquium conftitutus, abii: & cum diu obambulaffem, neque ufquam appareret, veniens in domicilia Satrapae, an aliquis legatum Aethiopum vidiffet, quaerebam. Ibi quidam mihi renuntia-

1 Μυηθήσῃ) Recte fic ed. Baf. At Palat. & Vatic. μαθήσῃ, ex interpretamento.
2 Ὁμολογῶν) Vitiofe Palat. & Baf. ὁμολογοῦν. Volebant forte ὡμολόγουν. Sed alterum orationis feriei convenientius videtur.

καί μοί τις ἀπήγγελλεν, ὡς ἐξώρμησε, μᾶλλον δὲ ἐξελήλαται, πρὸ ἡλίου δυσμῶν, εἰ μὴ τῶν ὅρων ἐκτὸς γένοιτο, θάνατον αὐτῷ τοῦ σατράπου διαπειλήσαντος. ἐμοῦ δὲ ἐρομένου τὴν αἰτίαν· ὅτι, ἔφη, ὁ ἀπαγγέλλων ἐπέταττεν, ἀπέχεσθαι τῶν σμαραγδείων μετάλλων, ὡς Αἰθιοπίᾳ προσηκόντων. ὑπέστρεφον ἀνιαρῶς ἄγαν διατεθεὶς, καὶ ὥσπερ οἱ βαρεῖαν τινὰ πληγὴν εἰληφότες, ὅτι δή μοι γνῶναι μὴ ἐξεγένετο τὰ κατὰ τὴν κόρην, τίς, ἢ πόθεν, ἢ τίνων. Μὴ θαυμάσῃς, εἶπεν ὁ Κνήμων· ἀσχάλλω γὰρ καὶ αὐτὸς οὐκ ἀκούσας, ἀλλ' ἴσως ἀκούσομαι. Ἀκούσῃ, ἔφη ὁ Καλάσιρις.

λγ'. Νυνὶ δὲ ἅπερ ἑξῆς ἐπέραινεν ὁ Χαρικλῆς, εἰρήσεται. ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ δωμάτιον ἦλθον, ὑπαντᾷ τέ μοι ἡ παῖς, καὶ ἔλεγε μὲν οὐδὲν, οὔπω τῆς Ἑλλάδος συνιεῖσα φωνῆς· ἀπὸ δὲ τῆς χειρὸς ἠσπά-

vit, quod effet profectus, immo potius expulfus, ante folis occubitum: cum Satrapa illi, nifi finibus excederet, mortem minatus effet. Me autem quaerente caufam, Quod, inquit, legationem exponens, imperabat, ut abftineat a fmaragdinis fodinis, tanquam ad Aethiopiam pertinentibus. Reverfus fum admodum aegre ferens, non fecus atque ii, qui gravem plagam acceperunt: quod cognofcere non potuiffem quidquam de puella, quae, aut unde, aut ex quibus effet nata. Ne mireris, interpellans inquit Cnemon: & ipfe enim molefte fero, quod non audierim, fed tamen fortaffis audiam. Audies, inquit Calafiris.

XXXIII. Nunc vero quae deinceps Charicles fubtexuit, a me dicentur. Poftquam enim in domunculam, inquit ille, veni, prodit mihi obviam puella, & nihil quidem dicebat, ut quae nondum Graecam linguam percepiffet. Salutabat autem manu apprehenfum, & me,

ζετο, καί με πρὸς τὸ Φαιδρότερον ὀφθεῖσα μόνον ἀνίησιν. ἐθαύμαζόν τε, ὅτι καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ καὶ εὐγενεῖς τῶν σκυλάκων, πάντα τινα καὶ ἐπ' ὀλίγον ἐγνωσμένον σαίνουσιν, οὕτω κἀκείνη τῆς ἐμῆς περὶ αὐτὴν εὐνοίας ὀξέως ᾔσθετο, καὶ ὡς πατέρα περιεῖπεν. ἔγνων οὖν μὴ ἐνδιατρίβειν τοῖς Καταδούποις, μὴ δή τις καὶ δαίμονος βασκανία τῆς δευτέρας με θυγατρὸς στερήσειε· καὶ διὰ τοῦ Νείλου κατάρας ἐπὶ θάλατταν, ἐπιτυχών τε νεὼς, ἀνηγόμην τὴν ἐπ' οἴκου. καὶ ἔστι νῦν ἡ παῖς ἐνταῦθα σὺν ἐμοὶ, παῖς μὲν οὖσα ἐμὴ, καὶ ὄνομα τοὐμὸν ὀνομαζομένη· σαλεύω γὰρ ἐπ' αὐτῇ τὸν βίον. καὶ ἔστι τὰ μὲν ἄλλα καὶ εὐχῆς κρείττων· οὕτω τάχιστα μὲν τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν εἵλκυσε, τάχιστα δὲ εἰς ἀκμὴν καθάπερ ἔρνος τι τῶν εὐθαλῶν [1] ἀνέδραμεν. ὡραιότητι δὲ σώματος οὕτω δή τοι τὰς πάσας ὑπερβέβληκεν, ὥστε πᾶς ὀφθαλμὸς Ἑλλη-

visa tantum, exhilarabat. Mirabarque, quod, sicut generosi catuli cuivis vel paullulum noto adblandiuntur, ita & illi meae erga se benevolentiae sensus inerat acris, & me ut patrem complectebatur. Statui igitur non diu Catadupis commorari, ne aliqua malevolentia numinis & altera filia me privaret: & per Nilum devectus ad mare, ac navem nactus, navigabam domum. Et est nunc hic filia mecum: filia, inquam, mea, & meo cognomine appellata. Perturbatam enim, ob ipsam, vitam ago. Et quod alia quidem attinet, etiam voto melior est: tanta celeritate Graecum sermonem didicit, tam celeriter ad florem tanquam ramus aliquis praeclare florens pervenit; pulchritudine autem corporis sic omnes superavit, ut omnium oculi, peregrinorum aeque ac Graecorum,

1 Ἀνέδραμεν) Ducta haec ex Homero, ubi saepius: ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Mox pro ὑπερβέβληκεν Palat. ὑπερβέβηκεν.

νικός τε καὶ ξένος ἐπ᾽ αὐτὴν φέρεται· καὶ ὅπου δὴ φαινομένη ναῶν, ἢ δρόμων, ἢ ἀγορῶν, καθάπερ ἀρχέτυπον ἄγαλμα πᾶσαν ὄψιν καὶ διάνοιαν ἐφ᾽ ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. ἀλλ᾽ αὕτη τοιαύτη τις οὖσα, λυπεῖ με λύπην ἀνίατον. ἀπηγόρευται παρ᾽ αὐτῇ γάμος· καὶ παρθενεύειν τὸν πάντα βίον διατείνεται, καὶ τῇ Ἀρτέμιδι ζάκορον ἑαυτὴν ἐπιδοῦσα, θήραις ταπολλὰ σχολάζει, καὶ ἀσκεῖ τοξείαν. ἐμοὶ δέ ἐστιν ὁ βίος ἀφόρητος, ἐλπίσαντι μὲν ἀδελφῆς ἐμαυτοῦ παιδὶ ταύτην ἐκδώσειν, καὶ μάλα γε ἀστείῳ καὶ χαρίεντι, λόγον τε καὶ ἦθος νεανίσκῳ, [1] ἀποτυγχάνοντι δὲ διὰ τὴν ταύτης ἀπηνῆ κρίσιν. οὔτε γὰρ θεραπεύων, οὔτε ἐπαγγελλόμενος, οὔτε λογισμοὺς ἀνακινῶν, πεῖσαι δεδύνημαι· ἀλλὰ, τὸ χαλεπώτατον, τοῖς ἐμοῖς (τὸ τοῦ λόγου) κατ᾽ ἐμοῦ κέχρηται πτεροῖς, καὶ τὴν ἐκ λόγων πολυ-

in illam coniiciantur. Denique ubicunque apparuerit, ſeu in delubris, ſeu curſibus, ſeu in foro, tanquam recens facta ſtatua Dei cuiuſpiam, omnium mentes ac vultus in ſe vertit. Cumque talis ſit, tamen me dolore intolerabili afficit. Nuntium remiſit omnino coniugio, & in virginitatis ſtatu agere totam vitam conſtituit: & Dianae miniſtram ſe praebens, venationibus ut plurimum vacat, & iaculandi artem exercet. Mihi vero iam vel vita ipſa acerba eſt, qui ſperarim, me ipſam nepoti meo ex ſorore daturum in uxorem, ſane urbano, & morum ac ſermonis commendatione gratioſo adoleſcenti; ſed fruſtra, propter immite eius conſilium. Hactenus enim nec obſervantia, nec pollicitationibus, nec argumentis ullis illi perſuadere potui. Sed, quod eſt graviſſimum, meis, ut dicitur, contra me utitur pennis, & mul-

1 Ἀποτυγχάνοντι δὲ -- κρίσιν) Haec e Palat. inſeruit Commelinus. In Xyl. libro eadem cum hac lectionis varietate, ſeu potius depravatione, leguntur: ἀποτυγχάνων δὲ διὰ τὴν ταύτης ἀπηνῆ χρῆσιν.

πειρίαν, ἣν ποικίλην ἐδιδαξάμην πρὸς κατασκευὴν τοῦ τὸν ἄριστον ᾑρῆσθαι βίον, ἐπανατείνεται, ἐκθειάζουσα μὲν παρθενίαν, καὶ ἐγγὺς ἀθανάτων ἀποφαίνουσα, ἄχραντον καὶ ἀκήρατον καὶ ἀδιάφθορον ὀνομάζουσα, Ἔρωτας δὲ καὶ Ἀφροδίτην καὶ πάντα γαμήλιον θίασον ἀποσκορακίζουσα. πρὸς ταῦτα δή σε [1] βοηθὸν ἐπικαλοῦμαι, καὶ διὰ τοῦτο καιροῦ λαβόμενος, καὶ ἀφορμῆς τῆς ἐκ ταυτομάτου πως ἐνδοθείσης, μακροτέρου πρός σε τοῦ διηγήματος ἐδεήθην, καὶ δὸς τὴν χάριν, ὦ γαθὲ Καλάσιρι. σοφίαν τινὰ καὶ ἴυγγα κίνησον ἐπ' αὐτὴν Αἰγυπτίαν· πεῖσον ἢ λόγοις ἢ ἔργοις γνωρίσαι τὴν ἑαυτῆς φύσιν, καὶ ὅτι γυνὴ γέγονεν εἰδέναι. βουλομένῳ δέ σοι τὸ πρᾶγμα ῥᾴδιον. οὔτε γὰρ ἀπρόσμικτος ἐκείνη πρὸς τοὺς λόγους τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον τούτοις

-tiplicem in dicendo experientiam, atque apparatum, ad id demonſtrandum, quod optimum vitae genus delegerit, confert, divinis laudibus virginitatem ornans, & prope Deos immortales collocans, immaculatam & illibatam, & incorruptibilem appellans; Amores vero, & Venerem, & omnem nuptialem pompam ac caerimoniam exoſa. In hac re ut mihi ſis auxilio, te imploro: & propterea nactus occaſionem, quae ſe ultro quodammodo obtulit, longiore narratione apud te neceſſario ſum uſus. Largiaris mihi gratiam hanc, bone Calaſiri: ſapientiam aliquam aut incantationem adhibe: perſuadeas aut verbis, aut factis, ut naturam ſuam agnoſcat, &, quod mulier ſit nata, perpendat. Facile autem id negotium exſequi poteris, ſi volueris. Neque enim illa abhorret a colloquiis virorum, ſed ut plurimum cum illis

1 Βοηθὸν) Baſ. βοηθεῖν, non omnino male. Eadem paullo ante ἄφθαρτον pro vulg. ἀδιάφθορον.

συνόμιλος ἐπαρθενεύθη, καὶ οἴκησιν οἰκεῖ σοι τὴν αὐτὴν ἐνταῦθα, ἐντὸς φημὶ τοῦ περιβόλου καὶ περὶ τὸν νεών. ἱκέτην με γιγνόμενον μὴ παρίδῃς, μηδὲ συγχωρήσῃς ἄπαιδα καὶ ἀπαραμύθητον καὶ διαδόχων ἔρημον ἐν γήρᾳ βαρεῖ διάγειν· μὴ πρὸς Ἀπόλλωνος αὐτοῦ καὶ τῶν ἐγχωρίων σοι θεῶν. ἐδάκρυσα ταύτων ἀκούων, ὦ Κνήμων, ἐπειδὴ κἀκεῖνος οὐκ ἀδάκρυτον τὴν ἱκεσίαν προσῆγε, καὶ ἐπηγγελλόμην, εἴ τι δυναίμην, συλλήψεσθαι.

λδ΄. Καὶ ἔτι περὶ τούτων διασκοπουμένων ἡμῶν, εἰσδραμών τις ἀπήγγειλε τὸν ἀρχιθέωρον τῶν Αἰνιάνων ἐπὶ θύραις ὄντα πάλαι διοχλεῖν, καὶ παρακαλεῖν τὸν ἱερέα παρεῖναι, καὶ κατάρχειν τῶν ἱερῶν. ἐμοῦ δὲ ἐρομένου τὸν Χαρικλέα, τίνες οἱ Αἰνιᾶνες, ἢ τίς ἡ θεωρία, καὶ ἣν ἄγουσι θυσίαν· οἱ μὲν Αἰνιᾶνες, ἔφη, Θετταλικῆς ἐστι μοίρας τὸ εὐγενέστατον, καὶ ἀκριβῶς

conversans est educata, & habitat ibi tecum in eodem domicilio, hic, inquam, in circuitu & in ambitu templi. Ne me, qui tibi sum supplex, despicias, neque patiaris sine liberis & consolatione, sine successoribus in gravi senectute aetatem agere, per Apollinem ipsum oratus, & Deos tuos patrios. Collacrimavi his auditis, mi Cnemon, quoniam & ille non sine lacrimis preces supplices afferebat, & promittebam, me illum pro virili adiuturum.

XXXIV. Adhuc nobis hisce de rebus deliberantibus, incurrens quidam nuntiabat, praefectum legationis Aenianum pro foribus adesse, & iam pridem esse sollicitum, orareque, ut sacerdos adsit, & rem sacram incipiat. Me vero interrogante Chariclem, qui essent Aenianes, & quae esset haec sacra legatio, & quod sacrificium celebrarent: Aenianes, inquit, Thessalicae gentis est nobilis-

Ἑλληνικὸν, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, τὸ μὲν ἄλλο τῷ Μαλιακῷ κόλπῳ παρατεινόμενον· μητρόπολιν δὲ σεμνυνόμενον Ὑπάταν, ὡς μὲν αὐτοὶ βούλονται, ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων ὑπατεύειν καὶ ἄρχειν ὠνομασμένην· ὡς δὲ ἑτέροις δοκεῖ, διότι περ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει κατῴκισται. ἡ δὲ θυσία καὶ ἡ θεωρία τετραετηρίδα ταύτην, ὅτε περ καὶ ὁ Πυθίων ἀγών· (ἔστι δὲ νῦν ὡς οἶσθα) πέμπουσιν Αἰνειᾶνες Νεοπτολέμῳ τῷ Ἀχιλλέως· ἐνταῦθα γὰρ ἐδολοφονήθη πρὸς αὐτοῖς τοῖς τοῦ Πυθίου βωμοῖς, ὑπ' Ὀρέστου τοῦ Ἀγαμέμνονος. ἡ δὲ νῦν θεωρία καὶ πλεονεκτεῖ τὰς ἄλλας. Ἀχιλλείδης γὰρ εἶναι σεμνύνεται ὁ τῆς θεωρίας ἐξάρχων. συνέτυχον γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῷ νεανίσκῳ, καί μοι ἀληθῶς ἔδοξε τοῖς Ἀχιλλείδαις ἐμπρέπειν, τοιοῦτός ἐστι τὴν μορφὴν καὶ τοσοῦτος ἰδεῖν τὸ μέγεθος, ὡς βεβαιοῦν τῇ θέᾳ τὸ γένος. ἐμοῦ δὲ θαυμάσαντος, καὶ

ſima portio, & prorſus Graeca, a Deucalione Graeco orta, ad Maliacum ſinum protenſa, metropolim praedicans Hypatam, quemadmodum ipſi volunt, ab eo, quod ceteris praeſit & imperet, cognominatam; ut autem aliis videtur, quod ſub Oeta monte ſita ſit. Sacrificium vero & ſacram legationem hanc, quarto quoque anno, quando & Pythius agon celebratur, (celebratur autem nunc, ut ſcis) Aenianes mittunt Neptolemo, Achillis filio. Hic enim eſt dolo interfectus ad ipſas Apollinis aras ab Oreſte, filio Agamemnonis. In praeſentia vero haec ſacra legatio etiam magnificentius, quam ceterae, inſtruitur. Achillidem enim ſe eſſe gloriatur legationis dux. Forte enim pridie adoleſcenti obviam veneram: & mihi revera videtur in illo ſingulare quiddam, dignum Achillidis, elucere: eiuſmodi ſpecie & proceritate conſpicitur, ut ea, quod Dea ſit natus, confirmet. Me vero miran-

πῶς Αἰνειάνων γένος τυγχάνων, Ἀχιλλείδην ἑαυτὸν ἀναγορεύει, φήσαντος, (ἡ γὰρ Ὁμήρου τοῦ Αἰγυπτίου ποίησις τὸν Ἀχιλλέα Φθιώτην ἐνδείκνυται) Ὁ μὲν νεανίσκος, ἔφη ὁ Χαρικλῆς, καὶ ὁλοσχερῶς Αἰνειᾶναι τὸν ἥρωα διαγωνίζεται· τὴν Θέτιν ἐκ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου γήμασθαι τῷ Πηλεῖ, καὶ Φθίαν τὸ περὶ τὸν κόλπον τοῦτον ὀνομάζεσθαι πάλαι διατεινόμενος. τοὺς δὲ ἄλλους δι' εὐδοξίαν τοῦ ἀνδρὸς ἐφελκομένους ἑαυτοῖς ἐπιψεύδεσθαι. καὶ ἄλλως δὲ ἑαυτὸν ἐγγράφει τοῖς Αἰακίδαις, Μενέσθιον ἑαυτοῦ προπάτορα καταφέρων τὸν Σπερχειοῦ παῖδα καὶ Πολυδώρας τῆς ἐκ Πηλέως, ὃς καὶ Ἀχιλλεῖ συνεστράτευσεν ἐν πρώτοις ἐπὶ Ἴλιον, καὶ τῆς πρώτης τῶν Μυρμιδόνων διὰ τὸ συγγενὲς ἐξῆρχε μοίρας. τῷ δὲ Ἀχιλλεῖ πάντοθεν περιφυόμενος, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν τοῖς Αἰνειᾶσιν οἰκειούμενος, τεκμήριον λαμβάνει πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς καταλέγει, καὶ

te, & quomodo, ex Aenianum familia cum ſit, Achillidem ſe appellet, dicente: (Homeri enim Aegyptii poëſis, Achillem Phthiotam eſſe, oſtendit) Iuvenis quidem, inquit, una cum reliquis Aenianibus heroëm ſibi aſſerit, Thetim ex ſinu Maliaco nupſiſſe Peleo, & Phthiam circa ſinum illum eſſe antiquitus appellatam, aſſeverans; alios vero, propter gloriam viri illum ſibi vindicantes, mentiri. Alioquin etiam alia ratione ſeſe in numerum Aeacidarum refert, Meneſthium ſuum avum proferens, Sperchii filium & Polydorae natae ex Peleo, qui & cum Achille inter primos duces expeditionem ſuſcepit ad Troiam, & inter praecipuos Myrmidonum propter cognationem copias duxit. Cumque Achilli undiquaque adhaereſcat & adnaſcatur, atque omni ex parte illum Aenianibus adiungat, argumenti loco ſumit praeter alia, quae

τὸν ἐναγισμὸν τὸν Νεοπτολέμῳ πεμπόμενον, οὗ σύμπαντες, ὥς φησὶν, Αἰνιᾶσιν ἐξεχώρησαν Θεσσαλοὶ, τὸ ἐγγυτέροις εἶναι τοῦ γένους προσμαρτυροῦντες. Ἐκείνοις μὲν οὖν οὐδεὶς φθόνος, ἔφην, ὦ Χαρίκλες, ἢ χαρίζεσθαι ταῦτα, ἢ καὶ ἐπαληθεύειν ἑαυτοῖς. τὸν δὲ ἀρχιθέωρον εἰσκαλεῖσθαι πρόσταξον, ὡς ἔγωγε αὐτοῦ μανικῶς ἀνεπτέρωμαι πρὸς τὴν θέαν.

λε΄. Ἐπένευσεν ὁ Χαρικλῆς. καὶ εἰσῆλθεν ὁ νεανίσκος, Ἀχίλλειόν τι τῷόντι πνέων, καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὸ βλέμμα καὶ τὸ φρόνημα ἀναφέρων· ὀρθὸς τὸν αὐχένα, καὶ ἀπὸ τοῦ μετώπου τὴν κόμην καὶ πρὸς τὸ ὄρθιον ἀναχαιτίζων· ἡ ῥὶς ἐνεπαγγελία θυμοῦ, καὶ οἱ μυκτῆρες ἐλευθέρως τὸν ἀέρα εἰσπνέοντες· ὀφθαλμὸς, οὔπω μὲν χαροπὸς, χαροπώτερον δὲ μελαινόμενος, σοβαρώτερόν τε ἅμα καὶ οὐκ ἀνέραστον βλέπων, οἷον θαλάσσης ἀπὸ κύματος εἰς γαλήνην ἄρτι λεαινομένης.

recenſet, etiam hanc parentationem, quae Neoptolemo mittitur, qua omnes Theſſali, ut ille dicit, ceſſerunt Aenianibus, teſtantes, illos propius genus hoc attingere. Illis quidem non invideo, inquam, Charicles, ſive haec ſibi ita largiantur, ſive etiam vere vindicent: ceterum praefectum ſacrae legationis vocari intro iube; incredibili enim deſiderio illius videndi teneor.

XXXV. Annuente Charicle, ingreſſus eſt adoleſcens, Achilleos quoſdam ſpiritus gerens, & ad illum vultum & animos referens, erecto collo, atque a fronte comam etiam in altum refrenans, & cohibens: naſus & nares libere aërem attrahentes, ſignum irae & impetus: oculi non prorſus glauci, attamen cum glauco colore nigricantes, adſpectum acriorem, neque tamen inamabilem habentes, tanquam maris poſt fluctus nuper in tranquil-

ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς τὰ εἰωθότα ἠσπάσατο, καὶ τῶν ἀμοιβαίων ἔτυχεν, ὥραν εἶναι τοῦ τὴν θυσίαν τῷ θεῷ προσάγειν ἔλεγεν, ὡς ἂν καὶ τὸν ἐναγισμὸν τῷ ἥρωι καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ πομπὴν κατὰ καιρὸν ἐν δευτέροις ἐπιτελεῖν ἐγγένοιτο. γινέσθω, ἔφη ὁ Χαρικλῆς. καὶ ἀνιστάμενος, Ὄψει, ἔφη πρός με, καὶ τὴν Χαρίκλειαν τήμερον, εἰ μὴ πρότερον εἶδες. συμπαρεῖναι γὰρ καὶ τὴν ζάκορον τῆς Ἀρτέμιδος τῇ πομπῇ καὶ τοῖς ἐναγισμοῖς τοῦ Νεοπτολέμου πάτριον. ἐμοὶ δὲ ἡ παῖς, ὦ Κνήμων, ἑώρατο ἤδη πολλάκις, καὶ θυσιῶν συνεξῄπτο, καὶ λόγων ἱερῶν εἴ τι ποτε ἐπύθετο. ἀλλ' ὅμως ἐσιώπων, τὸ μέλλον ἀπεκδεχόμενος. καὶ ἅμα τὴν ὁρμὴν ὡς ἐπὶ τὸν νεὼν ἐποιούμεθα· πάντα γὰρ ἤδη παρεσκεύαστο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν τοῖς Θετταλοῖς. ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς τε πρὸς τοῖς βωμοῖς ἐγενόμεθα, καὶ ὁ νεανίας ἤδη τῶν ἱερῶν κατῆρχε, προκατευξαμένου τοῦ ἱερέως ἐκ τῶν ἀδύτων ἀναφθέγγεται ἡ Πυθία τοιάδε·

litatem compositi. Postea vero quam nos, ut est moris, salutavit, & vicissim est resalutatus, tempus esse, ut sacrificium Deo offerretur, dicebat, ut & inferias heroi, & coniunctam cum illis pompam in tempore perficere liceret. Fiat, inquiebat Charicles; & consurgens, Videbis, ad me inquit, Charicleam hodie, si antea non vidisti. Adesse enim & ministram pompae & parentationi Neoptolemi, consuetudo est. A me autem puella, Cnemon, fuerat iam antea visa, & una sacrificia celebrabat, & de sacris narrationibus interdum aliquid inquirebat. Sed tamen tacebam, futura exspectans: simulque ibamus ad templum. Omnia enim, quae ad sacrificium pertinebant, erant iam apparata a Thessalis. Ut autem accessimus ad aram, & adolescens rem divinam incipiebat, precato antea sacerdote, ex adyto effatur haec Pythia:

Τὴν χάριν ἐν πρώτοις, αὐτὰρ κλέος ὕστατ᾽ ἔχουσαν,
Φράζεσθ᾽, ὦ Δελφοὶ, τόν τε θεᾶς γενέτην,
Οἳ νηὸν προλιπόντες ἐμὸν, καὶ κῦμα τεμόντες,
Ἥξοντ᾽ ἠελίου πρὸς χθόνα κυανέην,
Τῇπερ ἀριστοβίων μέγ᾽ ἀέθλιον ἐξάψονται,
Λευκὸν ἐπὶ κροτάφων στέμμα μελαινομένων.

λϛʹ. Ταῦτα μὲν ὡς ἀνεῖπεν ὁ θεὸς, ἀμηχανία πλείστη τοὺς περιεστῶτας εἰσεδύετο, τὸν χρησμὸν, ὅ, τι βούλοιτο φράζειν, ἀποροῦντας. ἄλλος γὰρ πρὸς ἄλλο τι τὸ λόγιον ἔσπα, καὶ ὡς ἕκαστος εἶχε βουλήσεως, οὕτω καὶ ὑπελάμβανεν. οὔπω δὲ οὐδεὶς τῶν ἀληθῶν ἐφήπτετο. χρησμοὶ γὰρ καὶ ὄνειροι τὰ πολλὰ τοῖς τέλεσι κρίνονται. καὶ ἄλλως οἱ Δελφοὶ πρὸς τὴν πομπὴν ἐπτοήμενοι, μεγαλοπρεπῶς ηὐτρεπισμένην, ἠπείγοντο, τὰ χρησθέντα πρὸς τὸ ἀνιχνεύειν ἀκριβὲς ἀμελήσαντες.

Gratia cui orditur, ſed finit gloria nomen,
Hanc canite, o Delphi, progeniemque Deae.
Qui mea linquentes delubra, ſalumque ruentes,
Ad ſolis venient torridum ab igne ſolum;
Magna ubi praecipue virtutis praemia tandem
Temporibus fuſcis candida ſerta gerent.

XXXVI. Haec ut eſt Deus elocutus, multiplex dubitatio eos, qui circumſtabant, ſubibat, quid vellet oraculum, interpretari nequeuntibus. Alius enim alio reſponſum detorquebat, &, ut quiſque volebat, ita & coniecturam faciebat: nondum autem quiſquam vera aſſequebatur. Oracula enim & ſomnia ut plurimum ex eventibus iudicantur. Alioquin autem Delphi ſtupentes & attoniti ad pompam magnifice inſtructam properabant, neglecta cura de iis, quae reſponſa fuerant, accuratius inquirendi.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ Γ.

Ἐπεὶ δὲ ἡ πομπὴ καὶ ὁ σύμπας ἐναγισμὸς ἐτελέσθη· -- Καὶ μὴν οὐκ ἐτελέσθη, πάτερ, ὑπολαβὼν ὁ Κνήμων, ἐμὲ γοῦν οὔπω θεατὴν ὁ σὸς [1] ὑπέστησε λόγος, ἀλλ' εἰς πᾶσαν ὑπερβολὴν ἡττημένον τῆς ἀκροάσεως, καὶ αὐτοπτῆσαι σπεύδοντα τὴν πανήγυριν, ὥσπερ κατόπιν ἑορτῆς ἥκοντα (τὸ τοῦ λόγου) παρα-

HELIODORI
AETHIOPICORUM
LIBER TERTIUS.

Postquam autem pompa & parentatio peracta eſt: — Atqui haud peracta eſt, pater, excipiens Cnemon; ſiquidem me nondum ſpectatorem tua reddidit oratio, ſed magis, quam credi poſſit, audiendi deſiderio ſuperatum, & ſpectare panegyrim feſtinantem, non ſecus ac poſt feſtum venientem, ut dicitur, praetercurris, cum ſimul

1 Ὑπέστησε) Al. (quae eſt ed. Baſ.) ὑπέστη. Cod. Xyl. ὑπέστησι. *Commel.* Volebat forte librarius ὑφίστησι, ſed alterum accommodatius.

τρέχεις· ὁμοῦ τε ἀνοίξας [1] καὶ κλείσας τὸ θέατρον. Ἐγὼ μὲν, ὦ Κνήμων, ἔφη ὁ Καλάσιρις, ἥκιστά σε τοῖς ἔξωθεν καὶ τοιούτοις βούλομαι διοχλεῖν, ἐπὶ τὰ καιριώτερά σε τῆς ἀφηγήσεως καὶ ὧν ἐπεζήτεις ἐξ ἀρχῆς συνελαύνων. ἐπεὶ δὲ ἐκ παρόδου θεωρὸς γενέσθαι βεβούλησαι, σὺ μὲν Ἀττικὸς ὢν, κἀκ τούτων οὐ λέληθας· ἐγὼ δέ σοι τὴν πομπὴν ὀνομαστὴν [2] ἐν ὀλίγαις γενομένην, αὐτῆς τε ἕνεκεν, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς ἀποβάντων, ἐπιτεμὼν διαθήσομαι. ἡγεῖτο μὲν ἑκατόμβη τῶν τελουμένων ἀνδρῶν, ἀγροικότερον βίον τε καὶ στολὴν ἐφελκομένων. τὸ μὲν ζῶσμα ἑκάστῳ χιτῶνα λευκὸν εἰς ἀγκύλην ἀνέστελλε. χεὶρ δὲ ἡ δεξιὰ σὺν ὤμῳ καὶ μαζῷ παραγυμνουμένη, πέλεκυν δίστομον ἐπεκράδαινεν. οἱ βόες, μέλανες πάντες, τὸν αὐχένα σφριγῶντες, καὶ πρὸς κύρτωμα μέτριον ἐγείροντες, τὸ μὲν κέ-

ut aperueris theatrum, idem & clauseris. Ego quidem, o Cnemon, inquit Calasiris, minime te vellem hisce ab instituto alienis perturbare; ad praecipuas narrationis partes, & ea, quae a principio flagitasti, deducens: ceterum quoniam e diverticulo spectator esse voluisti, tu quidem vel hinc te Atticum esse declarans; ego autem tibi pompam celebrem inter paucas, cum ipsius causa, tum eorum, quae ex ipsa evenerunt, breviter exponam. Praecedebat hecatombe, viris, mysteriis initiatis, incultiore vita & habitu, eam ducentibus. Cinctura cuique vestem albam in nodum colligebat: manus vero dextra cum humero & mamilla nudata securim ancipitem vibrabat. Boves omnes nigri, collo lascivientes, & ad mediocrem convexitatem illud attollentes,

1 Καὶ κλείσας τὸ θέατρον) Cod. Vatic. & Taur. καὶ λύσας τὸ θ. teste Dorvill. ad Char. p. 176, eodem hanc lectionem probante. Equidem in vulgata vel propter ἀνοίξας acquiesco.

2 Ἐν ὀλίγαις) Bas. ἐν ὀλίγοις. Sed referendum ad πομπήν.

ρας ἀπέριττον καὶ ἀδιάστροφον ὀξύνοντες, ὁ μὲν ἐπίχρυσον, ὁ δὲ ἀνθεινοῖς στεφάνοις διάπλοκον, σιμοὶ τὴν κνήμην καὶ βαθεῖαν τὴν φάρυγγα τοῖς γόνασιν ἐπαιωροῦντες. ὁ δὲ ἀριθμὸς ἀκριβῶς ἑκατόμβη, καὶ εἰς ἀλήθειαν τὸ ὄνομα πληροῦντες. ἐπηκολούθει τούτοις ἄλλων ἱερείων διάφορον πλῆθος· ἑκάστου ζώου γένος ἰδία καὶ εἰς κόσμον ἀγόμενον, αὐλοῦ καὶ σύριγγος τελεστικόν τι μέλος καὶ καταγγελτικὸν τῆς θυσίας ὑπαρχόντων.

β'. Ταύτας τὰς ἀγέλας καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς βοηλάτας, κόραι Θετταλαὶ διεδέχοντο [1] καλλίζωνοί τε καὶ βαθύζωνοι, καὶ τὴν κόμην ἄνετοι. διῄρηντο δὲ εἰς δύο χορούς· καὶ αἱ μὲν ἔφερον καλαθίσκους ὁ πρῶτος χορὸς, ἀνθέων τε καὶ [2] ὡραίων πλήρεις· αἱ δὲ κανᾶ πεμμάτων τε καὶ θυμιαμάτων κανηφοροῦσαι τὸν τό-

cornua paria & minime intorta gerentes: pars deaurata, pars coronis, ex floribus confectis, implicita, simis tibiis, & palearibus supra genua dependentibus; numero autem exacte hecatombe, & revera nomen implente. Subsequebatur hos aliarum victimarum diversa multitudo. Cuiuslibet autem animantis genus seorsim & ordine ducebatur, cum tibia & fistula initiatoriam quandam & denuntiatricem sacrificii partem inciperet.

II. Haec armenta & ductores boum Thessalicae virgines excipiebant, pulchra quadam & profunda cinctura, & capillis solutis. Distribuebantur autem in duos choros. Quae in primo choro fuerant, ferebant quasillos florum & fructuum plenos. In altero autem bellaria & aromata calathis ferentes, locum odoris fragrantia

1 Καλλίζωνοί τε καὶ) Recte ita Commel. e libris reposuit. Male ed. Bas. καλλίζωναί τινες.

2 Ὡραίων πλήρεις) Plenior cod. Vatic. ὡραίων πλήρεις ὀπωρῶν.

που [1] εὐωδίας κατέπνεον. ἠσχόλουν δὲ οὐδὲν εἰς ταῦτα τὰς χεῖρας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀχθοφοροῦσαι πρὸς χορὸν στιχήρη καὶ ἐγκάρσιον ἀλλήλων εἴχοντο, ὡς ἂν βαδίζειν τε ἅμα καὶ χορεύειν αὐταῖς ἐγγίνοιτο. τοῦ δὲ μέλους αὐταῖς τὸ ἐνδόσιμον ὁ ἕτερος χορὸς ὑπεσήμαινεν. οὗτος γὰρ τὸν ὅλον ἐπετέτραπτο μελῳδεῖν ὕμνον. ὁ δὲ ὕμνος ἦν, ἡ Θέτις ἐπῃνεῖτο καὶ ὁ Πηλεύς· κἄπι τούτοις ὁ ἐκείνων παῖς· καὶ ὁ τούτου πάλιν. [2] μετὰ τούτους, ὦ Κνήμων --- Τί Κνήμων; ἔφη ὁ Κνήμων. πάλιν γάρ με τῶν ἡδίστων ἀποστερεῖς, ὦ πάτερ, αὐτόν μοι τὸν ὕμνον οὐ διερχόμενος, ὥσπερ θεατήν με μόνον τῶν κατὰ τὴν πομπὴν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἀκροατὴν καθίσας. Ἀκούοις ἂν, ἔφη ὁ Καλάσιρις,

replebant. Nec vero manuum miniſterio in hiſce utebantur, ſed ſupra caput geſtantes, ad choream iuſto ordine & tranſverſim ducendam ſeſe mutuo tenebant, ut incedere ſimul & choreas ducere commode liceret. Cantilenae autem praeſcriptum alter chorus illis dabat: huic enim, ut totum hymnum caneret, negotium datum fuerat. Hymnus autem erat, in quo Thetis laudabatur, & Peleus, & poſtea horum filius, ac huius deinceps. Poſt hos, o Cnemon — Sed quid Cnemon? inquit Cnemon. Iam enim me iterum ſuaviſſimis rebus privas, pater, ipſum hymnum mihi non exponens, tanquam me ſpectatorem tantum eorum, ex quibus pompa conſtabat, & non auditorem etiam, conſtitueres. Audies, inquit

1 Εὐωδίας κατέπνεον) Sic Cod. Vatic. At ed. Baſ. εὐωδία, rectius forte. Nam Anacreontis locus, πόθεν μύρων τοσούτων --- πνέεις, quem Commel. in rem ſuam laudat, huc non facit.

2 Μετὰ τούτους) Diſtinctione iuvi hunc locum, quem aliter vix recte intelligas. Calaſirin ad alia feſtinantem intercipit Cnemon, aegre ferens, ſe iterum (nam idem queſtus fuerat c. 1 huius libri) τῶν ἡδίστων, ut ipſe ait, privari. Nimirum placebat ſibi Heliodorus cum centone ſuo ex antiquis poëtis conſuto.

ἐπειδήπερ οὕτω σοι φίλον· εἶχε γὰρ [1] ὧδέ πως ἡ ᾠδή·

Τὰν Θέτιν ἀείδω, χρυσοέθειρα Θέτι,
Νηρέως ἀθανάταν εἰναλίοιο κόραν,
Τὰν Διὸς ἐννεσίῃ Πηλεῖ γημαμέναν,
Τὰν ἁλὸς ἀγλαΐαν, ἀμετέραν Παφίην·
Ἣ τὸν δουριμανῆ τόντ' Ἄρεα πτολέμων,
Ἑλλάδος ἀστεροπὰν ἐξέτεκεν λαγόνων
Δῖον Ἀχιλλῆα, τοῦ κλέος οὐράνιον.
Τῷ ὑπὸ Πύῤῥα τέκεν παῖδα Νεοπτόλεμον,
Περσέπολιν Τρώων, ῥυσίπολιν Δαναῶν.
Ἵληκοις ἥρως ἄμμι Νεοπτόλεμε,
Ὄλβιε Πυθιάδι νῦν χθονὶ κευθόμενε.
[2] Δέχνυσο δ' εὐμενέων τῶνδε θυηπολίην·

Calasiris, siquidem ita lubet. Erat autem talis cantilena;

Canto Thetin, nitidis o Theti pulchra comis,
Immortale genus Nereos aequorei,
Quae nupsit Peleo virgo, iubente Iove.
O Venerem nostram, lumen & aequoreum,
Quae belli Martem magnanimum peperit,
Deque furente hasta mater Achille fuit,
Fulmine Graecorum, laus adit unde Deos.
Cui peperit puerum Pyrrha Neoptolemum,
Excidium Troum, praesidium Danaum.
Tu facilis nobis esto, Neoptoleme,
Felix quem tumulo Pythia terra tegit:
Accipe nunc hymnos munera sacra pios:

1 Ὧδέ πως ἡ ᾠδή) Bas. ὧδε ἡ ᾠδή. Et hoc recte. Alteram lectionem utrum e libris an de suo dederit Commelinus, cum nihil monuerit, non habeo dicere. Mihi quidem Heliodorus scripsisse videtur εἶχε γὰρ ὧδε, sc. ὁ ὕμνος ex antec. & reliqua enata e partic. ὧδε, quae est eiusdem soni τῷ ᾠδή.

2 Δέχνυσο δ' εὐμενέων) Vulgabatur antea δέχνυσο δ' ὑμναίων τάνδε θυηπολίην, quae manifestam corruptelae notam prae se ferunt. Graecis enim prorsus inauditum ὑμναίων, etsi Commel. &

Πᾶν δ᾽ ἀπέρυκε δέος ἁμετέρας πόλιος.
Τὰν Θέτιν ἀείδω, χρυσοέθειρα Θέτι.

γ΄. Ὁ μὲν οὖν ὕμνος, ὦ Κνήμων, τῇδέ πῃ συνέκειτο, καθόσον ἔχω διαμνημονεύειν. τοσοῦτον δέ τι ἐμμελείας περιῆν τοῖς χοροῖς, καὶ οὕτω συμβαίνων ὁ κρότος τοῦ βήματος πρὸς τὸ μέλος ἐρυθμίζετο, ὡς τὸν ὀφθαλμὸν τῶν ὁρωμένων ὑπερφρονεῖν ὑπὸ τῆς ἀκοῆς ἀναπείθεσθαι, καὶ συμπαρέπεσθαι μεταβαινούσαις ἀεὶ ταῖς παρθένοις τοὺς παρόντας, ὥσπερ ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ᾠδὴν ἠχοῦς ἐφελκομένους· ἕως κατόπιν ἐφήβων ἱππικὸν καὶ ὁ τούτων ἵππαρχος ἐκλάμψας, ἀκοῆς κρείττονα πάσης τὴν τῶν καλῶν θέαν ἀπέδειξεν. ὁ μὲν οὖν ἀριθμὸς τοὺς ἐφήβους εἰς πεντήκοντα συνέταττεν. ἐμέριζε δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν [1] ἑκατέρωθεν, μεσεύοντα τὸν

Pelle omnem noſtra promptus ab urbe metum.
Canto Thetin, nitidis o Theti pulchra comis.

III. Hymnus igitur, Cnemon, hac ratione, quantum meminiſſe queo, fuerat compoſitus: tantumque concinnitatis inerat in choreis, & ſic ſtrepitus ſaltationis ad cantum quadrabat, ut oculi in contemtum eorum, quae cernebantur, ab auditu adducerentur, & ii, qui aderant, virgines ſemper tranſeuntes, tanquam a ſono cantus pertracti, ſequerentur: uſque dum a tergo epheborum equitatus, & horum praefectus, cum reſplenduiſſet, omni auditu melius egregiarum rerum ſpectaculum repraeſentavit. Turma epheborum quinquagenario numero conſtabat, in vicenos & quinos, utrinque in medio equitantem praefectum ſacrae legationis ſtipantes, divi-

Canterum nihil offenderit. E vitioſa ed. Baſ. ſcriptura, δέχνυσο δ᾽ ὑμεναίων τῶνδε, veram mihi lectionem exſculpſiſſe videor, εὐμενέων τῶνδε θ. quam adeo in contextum recipere non dubitavi. Senſus: *Virgineique volens accipe dona chori.*

1 Ἑκατέρωθεν) Omittit h. v. Cod. Taur. teſte Dorv. ad Char. p. 655, quod tamen neceſſarium videtur.

ἀρχιθέωρον δορυφοροῦντας. κρηπὶς μὲν αὐτοῖς ἱμάντι φοινικῷ διάπλοκος ὑπὲρ ἀστράγαλον ἐσφίγγετο. χλαμὺς δὲ λευκὴ περόνῃ χρυσῇ πρὸς τοῖς στέρνοις ἐσφήκωτο, τὴν εἰς ἄκρον πέζαν κυανῇ τῇ βαφῇ κεκυκλωμένη. ἡ δὲ ἵππος, Θετταλικὴ μὲν πᾶσα, καὶ τῶν ἐκεῖθεν πεδίων τὸ ἐλεύθερον βλέπουσα· τὸν γὰρ χαλινὸν ὅσα μὲν δεσπότην ἠρνεῖτο, διαπτύουσα καὶ θαμὰ προσαφρίζουσα, ὡς δὲ τὸν νοῦν ὑφηγούμενον τοῦ ἀναβάτου φέρειν ἠνείχετο· φαλάροις δὲ καὶ προμετωπιδίοις ἀργυροῖς καὶ ἐπιχρύσοις ἐξησκημένη, καθάπερ ἀγώνισμα τῶν ἐφήβων [1] τοῦτο πεποιημένον. ἀλλὰ τούτους, ὦ Κνήμων, τοιούτους ὄντας, οὕτως ὑπερεῖδε καὶ παρέδραμεν ἡ τῶν παρόντων ὄψις, καὶ πρὸς τὸν ἵππαρχον (ἦν δὲ τὸ μέλημα τὸ ἐμὸν Θεαγένης) ἅπας ἐπέστρεψεν,

ſo. Ocreae quidem ipſis purpureo loro intertextae ſupra talos contrahebantur: chlamys vero alba, aurea fibula in pectore nectebatur, caeruleis capitibus in orbem ad oram inferiorem picta. Equi autem Theſſalici omnes, & illorum camporum amoenitatem hilaritate adſpectus repraeſentantes: frenum quidem, veluti dominum recuſarent, deſpuebant, & ſpuma complebant, ceterum menti rectrici ſeſſoris, quocunque verteret, obtemperabant: phaleris vero & frontalibus argenteis ac deauratis ita exornati erant, ut hac in parte certamen de gloria inter ephebos eſſe videretur. Sed hos, Cnemon, ſic exornatos, adeo deſpiciebant & praeteribant oculi eorum, qui aderant, & in praefectum equitum (erat autem cura mea, Theagenes) coniiciebantur, ut videretur tan-

1 Τοῦτο πεποιημένον) Πεποιημένων Cod. Taur. Nempe librarius πεποιημένον repoſuit, neſciens πεποιημένων active notare. v. Demoſth. παραπρ. 360. F. 340. E. Haec Dorvill. ad Charit. p. 541. Πεποιημένων habet quoque ed. Baſ.

[1] ὥστε ἔδοξεν ἂν ὑπ' ἀστραπῆς τὸ φαινόμενον πρότερον ἅπαν ἠμαυρῶσθαι· τοσοῦτον ἡμᾶς ὀφθεὶς κατέλαμψεν, ἱππεὺς μὲν καὶ αὐτὸς καὶ ὁπλίτης τυγχάνων, καὶ δόρυ μελίαν χαλκόστομον ἐπισείων· τὸ δὲ κράνος οὐχ ὑπελθὼν, ἀλλ' ἀπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς πομπεύων, φοινικοβαφῆ χλαμύδα καθειμένος, ἧς τὰ μὲν ἄλλα χρυσὸς ἐποίκιλλε, τοὺς Λαπίθας ἐπὶ τοὺς Κενταύρους ὁπλίζων· ἡ περόνη δὲ, Ἀθηνᾶν ἠλεκτρίνην ἔστεφε, τὴν Γοργοῦς κεφαλὴν εἰς θώρακα προασπίζουσαν. προσέβαλλε δέ τι χάριτος τοῖς γιγνομένοις, καὶ ἀνέμου λιγεῖα ῥιπή· μείλιχον γὰρ ἐπέπνει, τὴν μὲν κόμην ἠρέμα κατὰ τοῦ αὐχένος διαξαίνουσα, καὶ τοῦ μετώπου τοὺς βοστρύχους παραστέλλουσα, τῆς δὲ χλαμύδος τὰς ἄκρας τοῖς νώτοις τοῦ ἵππου καὶ μηροῖς ἐπιβάλλουσα. εἶπες ἂν καὶ τὸν ἵππον αὐτὸν συνιέναι τῆς ὡραιότητος

quam a fulgure totum id, quod prius lucebat, obſcuratum eſſe. Tantam lucem nobis conſpectus attulerat, cum eques quoque ipſe eſſet, & armatus, & haſtam fraxineam aerea cuſpide vibraret, non tectus galea, ſed aperto capite ſeſe oſtentans, purpurea chlamyde indutus, cuius alias partes aurum variabat, Lapithas contra Centauros armans; fibula vero Palladem ex electro repraeſentabat, Gorgonis caput in ſcuto pectori praeferentem. Addebat autem aliquid gratiae & commendationis iis, quae fiebant, venti placida aura. Blande enim adſpirabat, comam tranquille circa collum carpens, & capillos in fronte diſcernens, ac oras chlamydis tergo equi & femoribus iniiciens. Dixiſſes, & equum ipſum

1 Ὥστε ἔδοξεν ἂν) Longe elegantius iudicat Dorv. ad Char. p. 704, quod offert Vatic. ὥστε ἔδοξας ἂν, idemque etiam voluiſſe Cod. Taur. exhibentem ἔδοξες. Ceterum ἂν omittit ed. Baſ.

τοῦ δεσπότου, καὶ [1] ὡς καλὸν κάλλιστον φέρειν τὸν ἡνίοχον αἰσθάνεσθαι· οὕτω τὸν αὐχένα κυμαίνων, καὶ εἰς ὀρθὸν οὖς τὴν κεφαλὴν ἐγείρων, καὶ σοβαρὰν τὴν ὀφρὺν κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιδινεύων, ἔφερέ τε καὶ ἐφέρετο γαυρούμενος· εὐήνιά τε προποδίζων, καὶ ἐφ' ἑκάτερον ὦμον ἑαυτὸν ἐν μέρει ταλαντεύων, ἄκραν τε τὴν ὁπλὴν τῇ γῇ λεπτὸν ἐπικροτῶν, εἰς γαληνὸν κίνημα τὸ βῆμα κατερρύθμιζεν. ἐξέπληττε μὲν δὴ καὶ πάντας τὰ ὁρώμενα, καὶ τὴν νικητήριον ἀνδρείας τε καὶ κάλλους ψῆφον τῷ νεανίᾳ πάντες ἀπένεμον. ἤδη δὲ ὅσαι δημώδεις γυναῖκες, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος ἐγκρατείᾳ κρύπτειν ἀδύνατοι, μήλοις τε καὶ ἄνθεσιν ἔβαλλον, εὐμένειαν ἀπ' αὐτοῦ τινα, ὡς ἐδόκουν, ἐφελκόμεναι. κρίσις γὰρ αὕτη μία παρὰ πᾶσιν ἐκρατύνετο, μὴ ἂν φα-

tangi forma domini, & quod pulcher ipſe pulcherrimum geſtaret rectorem ſentire. Ita collum commovens, & arrectis auribus caput attollens, & trux ſupercilium ſupra oculos verſans, ferebat & ferebatur exſultans ac ſuperbiens; & laxato freno alacriter progrediens, ac in utrumque latus alternis ſeſe librans, extremaque ungula terram leniter pulſans, commotionem cum inceſſus tranquillitate temperabat. Stuporem incutiebat omnibus illud ſpectaculum, & victricia fortitudinis & formae ſuffragia omnes adoleſcenti tribuebant. Denique pervulgatae mulieres, & quae affectum animi continentia occultare non poterant, malis & floribus eum petebant, benevolentiam quandam ab ipſo, ut videbatur, captantes. Idem enim iudicium apud omnes valebat, non poſſe

1 Ὡς καλὸν κάλλιστον) Mendoſa haec. Legendum vel cum Palat. ὡς καλῶν κάλλ. vel ὡς ἄλλων κάλλ. vel denique, ὡς καλὸς κάλλιστον φέρειν, ſe pulchrum pulcherrimum vectorem habere; ut καλὸς ad equum ſpectet.

νῆναί τι κατ᾽ ἀνθρώπους, ὃ τὸ Θεαγένους ὑπερβάλλοι τὸ κάλλος.

δ΄. Ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, (Ὅμηρος ἂν εἶπεν·) ἐπεὶ δὲ τοῦ νεὼ τῆς Ἀρτέμιδος ἐξήλασεν ἡ καλὴ καὶ σοφὴ Χαρίκλεια, τότε, ὅτι καὶ Θεαγένην ἡττηθῆναι ποτε δυνατὸν, ἔγνωμεν· ἀλλ᾽ ἡττηθῆναι τοσοῦτον, ὅσον ἀκραιφνὲς γυναικεῖον κάλλος τοῦ πρώτου παρ᾽ ἀνδράσιν ἐπαγωγότερον. ἤγετο μὲν γὰρ [1] ἐφ᾽ ἁρμαμάξης ἀπὸ συνωρίδος λευκῆς βοῶν ὀχουμένη. χιτῶνα δὲ ἁλουργὸν ποδήρη χρυσαῖς ἀκτῖσι κατάπαστον ἠμφίεστο. ζώνην δὲ ἐπεβέβλητο τοῖς στέρνοις, [2] ἣν ὁ τεχνησάμενος, εἰς ἐκείνην τὸ πᾶν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης κατέκλεισεν, οὔτε πρότερόν τι τοιοῦτον χαλκευσάμενος, οὔτε αὖθις δυνησόμενος. δυοῖν γὰρ δρακόν-

quidquam humani apparere, quod Theagenis pulchritudinem superaret.

IV. *At roseis postquam digitis aurora refulsit,*
ut Homerus dixit, ac e templo Dianae evecta est pulchra & sapiens Chariclea, tunc quod & Theagenes vinci aliquando posset, cognovimus; sed eatenus vinci, quatenus nativa muliebris formae venustas maiorem, quam viri, etsi pulcherrimi, & singularem ad alliciendum vim habet. Vehebatur enim in rheda, quam iugum boum album trahebat; veste vero purpurea ad pedes usque demissa, & aureis radiis variata, induta fuerat. Zona porro pectus praecinxerat, in quam artifex totam suam artem concluserat, cum neque antea quidquam eiusmodi fabricavisset, neque iterum pari arte conficere potuisset. Duorum enim draconum caudas ad partem

1 Ἐφ᾽ ἁρμαμάξης -- ὀχουμένη) Cod. Taur. & ed. Bas. ἐφ᾽ ἁμάξης, & mox pro ὀχουμένη Codd. Palat. Vatic. & Taurin. teste Dorv. ad Char. p. 444, ἡνιοχουμένη. Tum ἁλουργῆ ed. Bas. pro ἁλουργόν.

2 Ἣν ὁ τεχνησάμενος) Impedita structura. Corr. ἣ ὁ τεχνησάμενος ἐκείνην -- κατέκλεισεν.

τοιν τὰ μὲν οὐραῖα κατὰ τῶν μεταφρένων ἐδέσμευε· τοὺς δὲ αὐχένας ὑπὸ τοὺς μαζοὺς παραμείψας, καὶ εἰς βρόχον σκολιὸν διαπλέξας, καὶ τὰς κεφαλὰς διολισθῆσαι τοῦ βρόχου συγχωρήσας, ὡς περίττωμα τοῦ δεσμοῦ κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν ἀπῃώρησεν. εἶπες ἂν τοὺς ὄφεις οὐ δοκεῖν ἕρπειν, ἀλλ' ἕρπειν· οὐχ ὑπὸ βλοσυρῷ καὶ ἀπηνεῖ τῷ βλέμματι φοβεροὺς, ἀλλ' ὑγρῷ κώματι διαῤῥεομένους, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὰ στέρνα τῆς κόρης ἱμέρου κατευναζομένους. οἱ δὲ ἦσαν τὴν μὲν ὕλην χρυσοῖ, τὴν δὲ χροίαν κυάνεοι. ὁ γὰρ χρυσὸς ὑπὸ τῆς τέχνης ἐμελαίνετο, ἵνα τὸ τραχὺ καὶ μεταβάλλον τῆς φολίδος, τῷ ξανθῷ τὸ μέλαν εἰσκραθὲν ἐπιδείξηται. τοιαύτη μὲν ἡ ζώνη τῆς κόρης. ἡ κόμη δὲ, οὔτε πάντη διάπλοκος, οὔτε ἀσύνδετος, ἀλλ' ἡ μὲν πολλὴ καὶ ὑπαυχένιος, ὤμοις τε καὶ νώτοις ὑπεκύμαινε· τὴν δὲ ἀπὸ κορυφῆς καὶ ἀπὸ μετώπου δάφνης ἁπαλοὶ κλῶνες ἔστε-

dorſi inter ſcapulas connectebat; porro colla ſub mamillas invicem nexa producens, & in nodum tortuoſum implicans, capita vero elabi e nodo ſinens, tanquam appendicem nodi ab utroque latere ſuſpenderat. Dixiſſes, ſerpentes non videri ſerpere, ſed revera ſerpere; neque rigido & terribili adſpectu formidabiles, ſed humido ſomno diffluentes, veluti hoc illico ſopiti, quod circa puellae pectus eſſent. Ac illi quidem erant, quod ad materiam attinet, aurei, ceterum colore caerulei. Aurum enim arte denigrabatur, ut aſperitatem & varietatem ſquamae nigrum fulvo mixtum repraeſentaret. Talis quidem erat zona puellae. Coma autem neque omnino complicata, neque diſſoluta, ſed praecipua illius pars, & a collo producta, ſuper humeros iactabatur. Ceterum eam, quae a vertice & a fronte deſcendit, lauri

φον, ῥοδοειδῆ τε καὶ ἠλιῶσαν διαδέοντες, καὶ σοβεῖν ταῖς αὔραις ἔξω τοῦ πρέποντος οὐκ ἐφιέντες. ἔφερε δὲ τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἐπίχρυσον, ὑπὲρ ὦμον τὸν δεξιὸν τῆς φαρέτρας ἀπηρτημένης· τῇ θατέρᾳ δὲ λαμπάδιον ἡμμένον· καὶ οὕτως ἔχουσα, πλέον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σέλας ἢ τῶν δᾴδων ἀπηύγαζεν. Οὗτοι ἐκεῖνοι Χαρίκλεια καὶ Θεαγένης, ἀνεβόησεν ὁ Κνήμων. Καὶ ποῦ γῆς οὗτοι, δείκνυε, πρὸς θεῶν ἱκετεύων ὁ Καλάσιρις, ὁρᾶσθαι αὐτοὺς τῷ Κνήμωνι προσδοκήσας. ὁ δὲ, Ὦ πάτερ, θεωρεῖν αὐτοὺς καὶ ἀπόντας ᾠήθην, οὕτως ἐναργῶς τε καὶ οὓς οἶδα ἰδὼν ἡ παρὰ σοῦ διήγησις ὑπέδειξεν. Οὐκ οἶδα, εἶπεν, εἰ τοιούτους εἶδες, οἵους αὐτοὺς κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἡ Ἑλλάς τε καὶ ὁ ἥλιος ἐθεάσατο· οὕτω μὲν περιβλέπτους, οὕτω δὲ εὐδαιμονιζομένους· καὶ τὴν μὲν, ἀνδράσιν, τὸν δὲ, γυναιξὶν εὐχὴν γιγνομένους. τὴν γὰρ πρὸς θάτερον αὐτῶν συζυγίαν, ἴσα καὶ ἀθανασίαν ἦγον· πλὴν ὅσον

tenelli rami coronabant, rosis similem & candidam, ventisque immodice & praeter decorum turbari non sinebant. Ferebat autem sinistra arcum deauratum, a dextro humero pharetra dependente; altera vero facem accensam. Cumque eo habitu esset, maius tamen ab ipsius oculis lumen, quam a face, reddebatur. Illi ipsi, Theagenes & Chariclea! exclamavit Cnemon. Ubinam terrarum sunt isti, ostende? dicebat, per Deos obtestans Calasiris, conspici eos a Cnemone arbitratus. Ille autem, Videre me, inquit, pater, etiam absentes putabam: adeo illos proprie, & quales visos novi, animoque retineo, tua narratio expressit. Haud scio, inquit, an tales videris, quales illo die Graecia & sol est conspicatus, adeo conspicuos, adeo beatos, ut huius quidem, viri; illius, mulieres tacite exoptarent coniugium. Illorum enim coniunctum par immortalitatem esse du-

τὸν μὲν νεανίαν οἱ ἐγχώριοι, τὴν κόρην δὲ οἱ Θετταλοὶ πλέον ἐθαύμαζον· ὃ πρῶτον ἔβλεπον ἑκάτεροι, μᾶλλον ἀγάμενοι. ξένη γὰρ ὄψις τῆς συνήθους ἑτοιμότερον εἰς ἔκπληξιν. ἀλλ' ὢ τῆς ἡδείας ἀπάτης, ὢ τῆς γλυκείας οἰήσεως· ὅπως με ἀνεπτέρωσας, ὁρᾷν τοὺς Φιλτάτους καὶ δεικνῦναι προσδοκηθεὶς, ὦ Κνήμων. σὺ δέ με καὶ παντάπασιν ἔοικας ἐξαπατᾷν. ἥξειν γὰρ αὐτοὺς ὅσον οὐδέπω καὶ Φανήσεσθαι παρὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου διεγγυώμενος, κἀπὶ τούτοις καὶ μισθὸν τὴν κατ' αὐτοὺς ὑΦήγησιν αἰτήσας, ἑσπέρας οὔσης ἤδη καὶ νυκτὸς, οὐδαμοῦ δεικνῦναι παρόντας ἔχεις. καὶ ὃς, Θάρσει, ἔΦη, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, ὡς ἐκείνων ἀληθῶς ἡξόντων. νῦν δὲ ἴσως τι κώλυμα γέγονε, καὶ βράδιον ἢ κατὰ τὰ συγκείμενα ἀΦικνοῦνται. καὶ ἄλλως οὐδ' ἂν παρόντας ἔδειξα, μὴ τὸ πᾶν τοῦ μισθοῦ κομισάμενος· ὥστε εἰ

cebant; praeterquam quod adolefcentem indigenae, virginem autem Theffali magis admirabantur; id quod primum videbant, utrique praecipue fufpicientes. Novus enim & inufitatus confpectus facilius, quam confuetus, poteft animum percellere. Sed, o dulcem deceptionem, o fuavem opinionem, quomodo me in fpem fuftulifti, cum te videre cariffimos, & oftenfurum effe exfpectarem, Cnemon! Tu vero me omnino decipere videris. Cum enim ipfos iamiam venturos effe, & in confpectu futuros, initio orationis promiferis, obque ifthaec praemium a me hanc ipfam de illis narrationem petieris, vefpera iam & nocte adventante, nufquam praefentes oftendere potes. Ille autem, Ades animo, inquit, & omitte timorem, eo quod fint revera venturi. Nunc autem fortaffis aliquod impedimentum interceffit, quod tardius veniant, quam inter nos convenerat. Alioqui ne praefentes quidem oftenderem, integra mercede prius non re-

σπεύδεις τὴν θέαν, πλήρου τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ εἰς τέλος ἄγε τὴν διήγησιν. Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ἄλλως τε ὀκνῶ τὸ πρᾶγμα πρὸς ὑπόμνησίν με τῶν λυπούντων ἄγον, καί σε ἀποκναίειν ᾤηθην, ἀδολεσχίᾳ τοσαύτῃ προσκορῆ γεγενημένον. ἐπεὶ δὲ φιλήκοός τις εἶναι φαίνῃ, καὶ καλῶν ἀκουσμάτων ἀκόρεστος, φέρε, ὅθεν ἐξέβην, τὸν λόγον εἰσβάλωμεν· ἀψάμενοί τε λύχνον πρότερον, καὶ τὰ κοιταῖα τοῖς νυχίοις θεοῖς ἐπισπείσαντες, ὡς ἂν τῶν εἰωθότων τετελεσμένων, ἐννυκτερεύειν ἡμῖν ἐπ' ἀδείας τοῖς διηγήμασιν ἐγγίνοιτο.

ε'. Ταῦτα εἶπε, καὶ λύχνος τε ἡμμένος εἰσεφέρετο θεραπαινίδι, τοῦτο τοῦ πρεσβύτου προστάξαντος, καὶ τὴν σπονδὴν ἀπέχεεν, ἄλλους τε τῶν θεῶν, καὶ τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλούμενος· εὐόνειρόν τε ἤτει τὴν νύκτα, καὶ φανῆναι αὐτῷ τοὺς φιλτάτους κατὰ γοῦν

portata. Quamobrem ſi ad conſpectum illorum properas, imple id, quod tu viciſſim promiſiſti, & deduc ad finem inchoatam narrationem. Ego, inquit, & alioqui ſponte defugio negotium, quod me ad recordationem eorum, ex quibus dolorem capio, ducit, & me moleſtum eſſe tibi tanta garrulitate ſatiato exiſtimavi. Ceterum cum tam cupidus audiendi eſſe videaris, & honeſtis narrationibus inſatiabilis, age, ad eam partem, a qua ſum digreſſus, aggrediamur, accenſo prius lychno, & libationibus ante ſomnum Diis nocturnis factis, ut uſitatis caerimoniis peractis, pernoctare nobis vacantibus hiſce narrationibus tranquille liceat.

V. Haec dixit, ſtatimque lychnus accenſus ab ancilla, ſenis iuſſu, inferebatur; & libationem faciebat, cum alios Deos, tum prae ceteris Mercurium invocans, ac petebat felicem inſomniis noctem, &, ut ſibi apparerent cariſſimi in ſomnis, ſupplex orabat. His autem peractis,

τὸν ὕπνον ἱκέτευε. καὶ τούτων τετελεσμένων, Ἐπειδὴ τοίνυν ἔφη, ὦ Κνήμων, τὸ μνῆμα τοῦ Νεοπτολέμου [1] περιεστοιχίσατο ἡ πομπὴ, καὶ τρίτον οἱ ἔφηβοι τὴν ἵππον περιήλασαν, ὠλόλυξαν μὲν αἱ γυναῖκες, ἠλάλαξαν δὲ οἱ ἄνδρες. τότε ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ συνθήματι, βόες, ἄρνες, αἶγες, ἱερεύοντο, καθάπερ μιᾷ χειρὶ πᾶσι τῆς σφαγῆς ἐπενεχθείσης. βωμόν τε παμμεγέθη σχίζαις μυρίαις φορτώσαντες, καὶ τὰ νενομισμένα τῶν ἱερείων ἄκρα πάντα ἐπιθέντες, κατάρχειν τῆς σπονδῆς τὸν ἱερέα τοῦ Πυθίου καὶ τὸν βωμὸν ἀνάπτειν ἠξίουν. ὁ δὲ Χαρικλῆς τὴν μὲν σπονδὴν αὐτῷ προσήκειν ἔλεγε· τὸν βωμὸν δὲ ὁ τῆς θεωρίας ἄρχων ἀπτέτω, παρὰ τῆς ζακόρου τὴν δᾷδα κομισάμενος. τοῦτο γὰρ ἔθος ὁ πάτριος γινώσκει νόμος. ταῦτα εἶπε, καὶ ὁ μὲν ἔσπενδε· τὸ πῦρ δὲ Θεαγένης ἐλάμβανεν. ὅτε, ὦ φίλε Κνήμων, καὶ ὅτι θεῖον ἡ

Poſtquam igitur, inquit, o Cnemon, ſepulcrum Neoptolemi pompa circuivit, & tertio ephebi equis ſunt circumvecti, ploratum ſuſtulerunt mulieres, & viri inconditum clamorem ediderunt. Tum quaſi ad unum quoddam ſignum, boves, arietes, caprae mactabantur, tanquam una manu caede omnibus illata. Denique ara inſigni magnitudine copioſe lignis fiſſis onerata, & deſuper legitimis omnibus victimis impoſitis, ut inciperet libationem ſacerdos Apollinis, & aram ſuccenderet, petebant. Charicles autem libationem quidem ad ſe pertinere dicebat, aram autem praefectus ſacrae legationis, ab aeditua face accepta, ſuccendebat. Hanc enim conſuetudinem patria ſancit lex. Hoc dixit, ac ipſe libabat. Theagenes autem facem accipiebat. Sane, ut ſtatuamus, quid ſit, mi Cnemon, & quod divinum quid-

1 Περιεστοιχίσατο) Ita Cod. Palat. quam lectionem iure vulgatae περιεστοιχήσατο praeferendam cenſuit Commel.

ψυχὴ καὶ συγγενὲς ἄνωθεν τοῖς ἔργοις ἐπιστούμεθα. [1] ὁμοῦ τε γὰρ ἀλλήλους ἑώρων οἱ νέοι καὶ ἤρων, ὥσπερ τῆς ψυχῆς ἐκ πρώτης ἐντεύξεως τὸ ὅμοιον ἐπιγνούσης, καὶ πρὸς τὸ κατ᾽ ἀξίαν οἰκεῖον προσδραμούσης. πρῶτον μὲν γὰρ ἀθρόον τι καὶ ἐπτοημένον ἔστησαν. καὶ τὴν δᾷδα ὁλκότερον ἡ μὲν ἐνεχείριζεν, ὁ δὲ ὑπεδέχετο· καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀτενεῖς ἐπὶ πολὺ κατ᾽ ἀλλήλων πήξαντες, ὥσπερ εἴ που γνωρίζοντες ἢ ἰδόντες πρότερον, ταῖς μνήμαις ἀναπεμπάζοντες, εἶτα ἐμειδίασαν βραχύ τι καὶ κλεπτόμενον, καὶ μόνῃ τῇ διαχύσει τοῦ βλέμματος ἐλεγχόμενον. ἔπειτα ὥσπερ καταιδεσθέντες τὸ γεγονὸς, ἐπυῤῥίασαν· καὶ αὖθις, τοῦ πάθους οἶμαι καὶ τὴν καρδίαν ἐπιδραμόντος, ὠχρίασαν· καὶ ἁπλῶς, μυρίον εἶδος ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ τὰς ὄψεις ἀμφοῖν ἐπεπλανήθη, καὶ

dam anima, cognatumque ſuperiori naturae, ex operibus & functionibus eius cognoſcimus. Simul enim ſe invicem intuebantur, tanquam anima ſui ſimile primo congreſſu cognoſcente, & ad cognatum praeſtantia dignitateque par accurrente. Principio igitur repente, quaſi conſternati conſtiterunt: & facem haec quidem conſtantius tradebat, ille autem recipiebat, uno obtutu in ſeſe defixis oculis, non ſecus ac hi, qui ſe alicubi antea noverunt, aut viderunt, alter in alterius memoriam redeuntes. Deinde leniter arriſerunt, & furtim, ita ut riſum diffuſio tantum vultus redargueret. Poſtea tanquam illos facti puderet, rubore ſunt ſuffuſi; & rurſus, cum affectus, ut arbitror, cor pervaſiſſet, expalluerunt. Denique innumerae ſpecies intra exiguum tempus in illorum vul-

1 Ὁμοῦ τε γὰρ ἀλλ. ἑ. οἱ νέοι καὶ ἤρων) Ultima haec, *οἱ νέοι καὶ ἤρων*, quae deſunt in ed. Baſ. e tribus Codd. quibus & Taurin. (apud Dorv. ad Char. p. 19) accedit, revocanda duxi, ſuadente orationis ſerie. Idem Taurin. mox verba ita tranſponit, *ἐντεύξεως ἐκ πρώτης*.

μεταβολὴ παντοία χροιᾶς τε καὶ βλέμματος, τῆς ψυχῆς τὸν σάλον κατηγοροῦσα. ταῦτα δὲ τοὺς μὲν πολλοὺς, ὡς εἰκὸς, ἐλάνθανεν, ἄλλον πρὸς ἄλλην χρείαν τε καὶ διάνοιαν ὄντας. ἐλάνθανε δὲ καὶ τὸν Χαρικλέα, τὴν πάτριον εὐχὴν καὶ ἐπίκλησιν καταγγέλλοντα. ἐγὼ δὲ πρὸς μίαν τὴν παρατήρησιν τῶν νέων ἠσχολούμην, ἐξ ἐκείνου, Κνήμων, ἐξ οὗπερ ὁ χρησμὸς ἐπὶ Θεαγένει θυομένῳ κατὰ τὸν νεὼν ᾔδετο, πρὸς ὑπόνοιαν τῶν ἐσομένων ἀπὸ τῶν ὀνομάτων κεκινημένος. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀκριβῶς οὐδὲν ἔτι τῶν ἑξῆς χρησθέντων συνέβαλον.

στʹ. Ἐπεὶ δὲ ὀψέ ποτε καὶ ὥσπερ βιαίως τῆς κόρης ἀποσπώμενος ὁ Θεαγένης ὑπέθηκέ τε τὸ λαμπάδιον, καὶ τὸν βωμὸν ἀνῆψεν, ἐλέλυτο μὲν ἡ πομπὴ, πρὸς εὐωχίαν τῶν Θετταλῶν τραπέντων· ὁ δὲ ἄλλος δῆμος ἐπ᾽ οἶκον τὸν ἴδιον ἕκαστος ἀνεχώρησεν. ἡ Χαρίκλεια δὲ ἐφε-

tu vagabantur, ac mutatio omnis generis, tum coloris, tum oculorum, ſignificans animi commotionem. Haec latebant vulgum, ut conſentaneum eſt, cum alius in aliam rem & cogitationem animum intendiſſet. Latebant & Chariclem, conſuetam precationem & invocationem recitantem. Ego autem ſoli obſervationi iuvenum vacabam poſt illud tempus, quam de Theagene ſacrificante in templo oraculum cecinit, ad ſuſpicandum ea, quae eventura fuerant, ex nominum coniectura commotus. Sed tamen adhuc nihil exacte de iis, quae in reliqua parte oraculi praedicta fuerant, coniiciebam.

VI. Ceterum poſtquam ſero aliquando, & quaſi per vim a virgine avulſus Theagenes, facem ſubiecit, & aram ſuccendit; ſoluta eſt tandem pompa, Theſſalis convivia ineuntibus. Reliqui autem ex populo in ſuam quiſque domum diſceſſerunt. Chariclea quoque, albo pallio

στρίδα λευκὴν ἐπιβαλομένη, σὺν ὀλίγοις τοῖς συνήθεσιν ἐπὶ τὴν ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νεὼ καταγωγὴν ὥρμησεν· οὐδὲ γὰρ ᾤκει σὺν τῷ νομιζομένῳ πατρὶ, [1] τῆς ἁγιστείας ἕνεκα παντοίας ἑαυτὴν χωρίζουσα. περιεργότερος τοίνυν, ἐξ ὧν ἠκηκόειν τε καὶ ἑωράκειν, γεγονὼς, ἐντυγχάνω τῷ Χαρικλεῖ τοῦτο σπουδάσας. καὶ ὃς, Εἶδες, ἠρώτα, τὸ ἀγλάϊσμα τὸ ἐμόν τε καὶ Δελφῶν Χαρίκλειαν; Οὐ νῦν πρῶτον, ἔφην, ἀλλὰ καὶ πρότερον πολλάκις, [2] ὁσάκις δή μοι κατὰ τὸν νεὼν ἐνέτυχεν, οὐχ ὡς ἄν τις ἐκ παρόδου, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ καὶ συνέθυσεν οὐκ ὀλιγάκις, καὶ περὶ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων εἴ τί ποτε διαπορήσειεν, ἠρώτησέ τε καὶ ἔμαθε. τί οὖν δή σοι τὰ νῦν ἔδοξεν, ὦ ἀγαθὲ, ἆρά τινα τῇ πομπῇ κόσμον ἤνεγκεν; Εὐφήμησον, εἶπον, ὦ Χαρίκλες,

ſeſe operiens, cum paucis familiaribus ad conclave ſuum, quod erat in ambitu templi, contendit. Neque enim habitabat cum credito patre, quo minus perſuaderi poſſet, omnino ſeſe ab illo ſeparans. Ego igitur curioſior redditus ex his, quae audieram, & videram, obviam venio Charicli, dedita opera. Ille autem, Vidiſtine, interrogabat, lumen meum, & Delphorum, Chariclеam? Non nunc primum, inquibam, ſed & antea ſaepius, quotieſcunque populus in templo erat. Et non tantum e diverticulo, ut dicitur, ſed & una mecum non raro ſacrificavit, & de divinis ac humanis rebus, ſi quid aliquando ambigebat, me interrogavit, & ex me didicit. Quae igitur tibi viſa eſt in praeſentia? Num etiam aliquem ornatum pompae attulit? Bona verba, inquibam,

1 Τῆς ἁγιστείας) i. e. *cultus divini*, vel *vitae ſanctioris cauſa omnimodis ſeſe ſegregans.* Hic interpres haeſit, cum Baſ. legens ἀπιστείας pro ἁγιστείας. *Commel.*

2 Ὁσάκις δή μοι) Vitioſe ed. Baſ. ὁσάκις δῆμος, & interpres Latinus. Mox ex eadem reduxi συνέθυσεν, pro vulgata συνέθυσα, quam Palat. & Xyl. agnoſcit.

ὥσπερ καὶ τὴν σελήνην εἰ διαπρέπει τῶν ἄλλων, ἠρώτας, ἀστέρων. Καὶ μὴν ἐπῄνουν τινες, εἶπε, καὶ τὸν Θετταλὸν νεανίσκον. Τὰ δεύτερα, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ τρίτα νέμοντες· τήν τε κορωνίδα τῆς πομπῆς καὶ ὀφθαλμὸν ἀληθῶς τὴν σὴν θυγατέρα γνωρίζοντες. ἥδετο τούτοις ὁ Χαρικλῆς, (καί μοι ὁ σκοπὸς ἐκ τῶν ἀληθῶν ἠνύετο, θαρσεῖν μοι τὸν ἄνδρα βουλομένῳ παντοίως) καὶ μειδιάσας, Πορεύομαι νῦν ἐπ' αὐτὴν, ἔλεγεν. εἰ δέ σοι φίλον, [1] συμπροθυμήθητι, καὶ, μή τι πρὸς τῆς ὀχλικῆς ἀηδίας ἐπιτέτριπται, συνεπίσκεψαι. χαίρων μὲν ἐπένευον· ἐνεδεικνύμην δὲ ὡς ἀσχολίας ἄλλης προυργιαίτερον τίθεμαι τὸ κατ' αὐτόν.

ζ'. Ἐπεὶ δὲ παρεγενόμεθα οὗ κατήγετο, καταλαμβάνομεν εἰσελθόντες ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἀλύουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ ἔρωτι διαβρόχους. κἀπειδὴ τὸν πατέρα

Caricle: non fecus ac fi luna ftellis ceteris antecellat, interrogas. Atqui laudabant quidam, inquit, & Theffalum adolefcentem. Secundas illi tribuentes, immo & tertias, ego inquam. Ceterum coronidem pompae & oculum revera tuam filiam agnofcebant. Voluptatem inde capiebat Charicles, (mihi vero ex veris ad fcopum iter praeparabatur, id praecipue cupienti, ut fidenti animo vir effet) & arridens : Eo nunc ad ipfam, dicebat. Quod fi tibi placet, eas una, &, ne forte aliquid moleftiae ceperit ex turbae tumultu, mecum revifas. Gaudens quidem annuebam; verumtamen prae me ferebam alii occupationi anteferre illius negotium.

VII. Poftquam autem pervenimus in eius cubiculum, ingreffi deprehendimus eam in lecto languentem, turbatam, & oculos amore madentes. Cumque patrem foli-

1 Συμπροθυμήθητι) Interpres lat. vertit, quafi in fuo habuerit συμπορεύθητι, male.

τὰ εἰωθότα περιεπτύξατο, πυνθανομένῳ τί πεπόνθοι, τῆς κεφαλῆς ἄλγημα διοχλεῖν ἔλεγεν· ἡδέως τε ἂν ἠρεμεῖν, εἴ τις ἐπιτρέποι. πρὸς ταῦτα διαταραχθεὶς ὁ Χαρικλῆς, ὑπεξῄει τε τοῦ θαλάμου σὺν ἡμῖν, ἡσυχίαν ταῖς θεραπαίναις ἐπιτάξας. προελθών τε τῆς οἰκίας, Τί ἄρα τοῦτο, ἔλεγεν, ὦ 'γαθὲ Καλάσιρι; τίς ἡ προσπεσοῦσα τῷ θυγατρίῳ μαλακία; Μὴ θαύμαζε, εἶπον, εἰ τοσούτοις ἐμπομπεύσασα δήμοις, ὀφθαλμόν τινα βάσκανον ἐπεσπάσατο. γελάσας οὖν εἰρωνικὸν, Καὶ σὺ γὰρ, εἶπεν, ὡς ὁ πολὺς ὄχλος, εἶναί τινα βασκανίαν ἐπίστευσας; Εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀληθῶν, ἔφην. ἔχει γὰρ οὕτως. ὁ περικεχυμένος ἡμῖν οὗτος ἀὴρ δι' ὀφθαλμῶν τε καὶ ῥινῶν καὶ ἄσθματος καὶ τῶν ἄλλων πόρων εἰς τὰ βάθη διικνούμενος, καὶ τῶν ἔξωθεν ποιοτήτων συνεισφερόμενος, οἷος ἂν εἰσρεύσῃ, τοιοῦτο καὶ τοῖς δε-

to more amplexu excepiſſet, quaerenti, quid illi accidiſſet, dolorem capitis ſibi moleſtum eſſe dixit, libenterque ſe quieturam, ſi liceat. Turbatus his Charicles, exivit e thalamo nobiſcum una, ancillis, ut tranquilla eſſent omnia, imperans; & progreſſus ante aedes, Quid hoc autem eſt, bone Calaſiri, dicebat? Quis languor filiolam invaſit? Ne mireris, dixi, ſi, cum in tanta populi frequentia ſeſe oſtentarit, attraxerit invidum aliquem oculum. Subridens igitur ironice, Tu quoque, dixit, vulgi more, faſcinationem eſſe aliquam fortaſſe credis. Ut aliud quidpiam, quod maxime verum ſit, inquam: atque hoc ita exiſtit. Hic aër undiquaque nobis circumfuſus, per oculos, nares, & anhelitum, & alios poros intus penetrans, & una ſecum exteriores qualitates, quibus imbutus eſt, inferens, qualis influxerit, talem quoque affectum iis, qui illum exceperunt, inſe-

ξαμένοις πάθος ἐγκατέσπειρεν. ὥστε ὁπόταν σὺν φθόνῳ τις ἴδοι τὰ καλὰ, τὸ περιέχον τε δυσμενοῦς ποιότητος ἐνέπλησε, καὶ τὸ παῤ ἑαυτοῦ πνεῦμα πικρίας ἀνάμεστον εἰς τὸν πλησίον διεῤῥίπισε. τὸ δὲ, ἅτε λεπτομερὲς, ἄχρις ἐπ᾽ ὀστέα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται· καὶ νόσος ἐγένετο πολλοῖς ὁ φθόνος, οἰκεῖον ὄνομα βασκανίας ἐπιδεξάμενος. ἤδη δὲ κἀκεῖνα σκόπησον, ὦ Χαρίκλες, ὅσοι μὲν ὀφθαλμίας, ὅσοι δὲ τῆς ἐκ λοιμῶν καταστάσεως ἀνεπλήσθησαν, θίγοντες μὲν οὐδαμῶς τῶν καμνόντων, ἀλλ᾽ οὐδὲ εὐνῆς, ἀλλ᾽ οὐδὲ τραπέζης [1] τῆς αὐτῆς μετασχόντες, ἀέρος δὲ μόνου ταυτοῦ κοινωνήσαντες. τεκμηριούτω δέ σοι τὸν λόγον, εἴπερ ἄλλο τι, καὶ ἡ τῶν ἐρώτων γένεσις· οἷς τὰ ὁρώμενα τὴν ἀρχὴν ἐνδίδωσι, καὶ οἷον ὑπήνεμα διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ πάθη ταῖς ψυχαῖς εἰσ-

minat. Quamobrem cum aliquis cum invidia res praeclaras eſt intuitus, ſimul & circumſtantem aërem infeſta qualitate implevit, & ſpiritum a ſe amarulentia plenum in id, quod propinquum eſt, tranſmittere ſolet. Ille autem, ut tenuis & ſubtilis, uſque ad oſſa ipſa & medullas penetrat: atque ita pleriſque fuit invidia morbi cauſa, qui proprium nomen faſcinationis accepit. Iam autem & illa conſidera, Charicles, quam multi dolorem oculorum & peſtis contagionem hauſerint, cum haudquaquam attigiſſent illis morbis laborantes, immo ne lecti quidem, nec menſae eiuſdem, ſed tantum aëris fuiſſent participes. Argumento tibi ſit, ſi quidquam aliud, tum etiam amorum ortus, quibus obiecta viſa initium & anſam dant, & tanquam ſubventaneos affectus per

1 Τῆς αὐτῆς μετασχόντες, ἀέρος δὲ μόν.) Cod. Taur. h. l. ita habet, τραπέζης τῶν αὐτῶν μεταλαχόντες, ἀέρος δὲ μόνον &c. teſte Dorv. ad Char. p. 594, quod & ipſe vulgatae lectioni praeferebat. Equidem, aſſumto inde μόνον, vulgatam plurium Codd. auctoritate corroboratam cur deſeram, nondum cauſam video.

τοξεύονται. καὶ μάλα γε εἰκότως. τῶν γὰρ ἐν ἡμῖν πόρων τε καὶ αἰσθήσεων, πολυκίνητόν τε καὶ θερμότατον οὖσα ἡ ὄψις, δεκτικωτέρα πρὸς τὰς ἀποῤῥοίας γίνεται, τῷ κατ᾽ αὐτὴν ἐμπύρῳ πνεύματι τὰς μεταβάσεις τῶν ἐρώτων ἐπισπωμένη.

η΄. Εἰ δὲ χρή σοι καὶ παραδείγματος ἕνεκα, λόγον τινὰ φυσικώτερον [1] παραθέσθαι, βίβλοις δὲ ἱεραῖς ταῖς περὶ ζώων ἀνάγραπτον· ὁ Χαραδριὸς τοὺς ἰκτεριῶντας ἰᾶται· καὶ ὁ τοῦτο πάσχων, εἰ τῷ ὀρνέῳ προσβλέποι, τὸ δὲ φεύγει καὶ ἀποστρέφεται τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμῦσαν, οὐ φθονοῦν ὡς οἴονταί τινες, τῆς ὠφελείας, ἀλλ᾽ ὅτι θεώμενος, ἕλκειν καὶ μετασπᾷν εἰς ἑαυτὸν ὥσπερ ῥεῦμα πέφυκε τὸ πάθος· καὶ διὰ τοῦτο ἐκκλίνει καθάπερ τρῶσιν τὴν ὅρασιν. καὶ ὄφεων δὲ ὁ καλούμενος βασιλίσκος, ὅτι καὶ πνεύματι μόνῳ καὶ βλέμματι πᾶν ἀφαυαίνει καὶ λυμαίνεται τὸ ὑποπίπτον, ἴσως

oculos in animas adiiciunt. Ac verisimili quidem ratione. Cum enim inter ceteros poros & sensus, qui sunt in nobis, adspectus plurimarum mutationum sit capax, & calidissimus, facilius recipit affectiones circumstantes, ferventi spiritu amores, qui transpirant, attrahens.

VIII. Quod si opus est, exempli causa narrationem aliquam tibi ex libris sacris, a naturae consideratione sumtam, proferam. Charadrius ictericis medetur: quae avis, si isthoc morbo laborans aliquis eam conspexerit, fugit, & aversatur eum conclusis oculis, non invidentia, ut quidam aiunt, auxilii, sed quod adspiciens accersit & trahit ad sese a natura morbum, veluti fluxum quendam; ac ea de causa declinat adspectum, tanquam ictum. Et quod serpens, qui basiliscus vocatur, solo afflatu & adspectu obvia quaeque exsiccet & inficiat, for-

1 Παραθέσθαι) Ed. Bas. λόγον φυσικ. παρὰ βιβλίοις ἱεραῖς, omissis παραθέσθαι & ταῖς περὶ ζώων ἀνάγραπτον. Minus accurate.

ἀκήκοας. εἰ δέ τινες καὶ τοὺς φιλτάτους, καὶ οἷς εὖνοι τυγχάνουσι, καταβασκαίνουσιν, οὐ χρὴ θαυμάζειν. φύσει γὰρ φθονερῶς ἔχοντες, οὐχ ὃ βούλονται δρῶσιν, ἀλλ' ὃ πεφύκασι.

θʹ. Πρὸς ταῦτα μικρὸν ἐπιστήσας, Τὸ μὲν ἀπόρημα, ἔφη, σοφώτατα καὶ πιστικώτατα διέλυσας. εἴτε δὲ καὶ αὐτὴ πόθου ποτὲ καὶ ἔρωτος αἴσθοιτο· τότε ἂν ὑγιαίνειν αὐτὴν, οὐ νοσεῖν ὑπέλαβον. οἶσθα, ὡς ἐπὶ τοῦτό σε καὶ παρεκάλεσα. νῦν δὲ οὐδὲν δέος εἰ μὴ τοῦτο πέπονθεν ἡ μισόλεκτρος καὶ ἀνέραστος· ἀλλὰ βασκανίαν ἔοικε τῷόντι νοσεῖν· καὶ δῆλον ὡς καὶ ταύτην διαλῦσαι βουλήσῃ, φίλος τε ὢν, καὶ τὰ πάντα σοφός. ἐπηγγελλόμην εἴ τι πάσχουσαν αἰσθοίμην, εἰς δύναμιν βοηθήσειν.

ιʹ. Καὶ περὶ τούτων ἔτι διασκοπουμένοις ἡμῖν, ἐφί-

taſſe audiſti. Quod ſi aliqui & cariſſimos, ac eos, quibus bene volunt, faſcinant, mirum non eſt. Cum enim natura ſint invidi, non hoc, quod volunt, ſed quod a natura eſt illis inſitum, faciunt.

IX. Ad haec paullulum commoratus, Hanc controverſiam, inquit, ſapientiſſime, & maxime probabilibus argumentis diſſolviſti. Utinam autem etiam ipſa deſiderium & amorem aliquando ſentiret! tunc equidem illam recte valere, non aegrotare, exiſtimarem. Scis, quod hac etiam in re tuam opem imploraverim. Nunc vero nihil minus metuendum eſt, quam ne hoc illi acciderit, quae lectum odit, & amorem averſatur, ſed faſcinatione revera laborare videtur. Neque mihi dubium eſt, quod & hanc diſſolvere voles, pro noſtra amicitia, & ſapientia tua omnibus in rebus ſingulari. Promittebam, ſi eam ex aliquo laborare ſenſiſſem, me pro virili opem laturum.

X. Cumque adhuc de his deliberaremus, accurrit qui-

σταταί τις ἐσπουδασμένως· καὶ, Ὦ ’γαθοὶ, φησὶν, ὑμεῖς δὲ ὥσπερ ἐπὶ μάχην ἢ πόλεμον, ἀλλ’ οὐκ εὐωχίαν κληθέντες, οὕτω μέλλετε· ἣν παρασκευάζει μὲν ὁ κάλλιστος Θεαγένης, ἐποπτεύει δὲ ὁ μέγιστος ἡρώων Νεοπτόλεμος. δεῦρ’ ἴτε· μήτε εἰς ἑσπέραν τὸ συμπόσιον παρέλκετε, μόνοι τῶν πάντων ἀπολειπόμενοι. προκύψας οὖν μοι πρὸς τὸ οὖς ὁ Χαρικλῆς, Οὗτος, ἔφη, τὴν ἀπὸ ξύλου κλῆσιν ἥκει φέρων· ὡς λίαν [1] ἀπροσδιόνυσος καὶ ταῦτα ὑποβεβρεγμένος. ἀλλ’ ἴωμεν, ὡς δέος μὴ καὶ πληγὰς ἡμῖν ἐμφορήσῃ τελευτῶν. Σὺ μὲν παίζεις· ἴωμεν δ’ οὖν, ἔφην. ἐπεὶ δὲ ἐπέστημεν, ἑαυτοῦ πλησίον τὸν Χαρικλέα κατέκλινεν ὁ Θεαγένης. ἔνεμε δὲ ἄρα τι κἀμοὶ τιμῆς τοῦ Χαρικλέους ἕνεκα. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῆς εὐωχίας τί ἂν λέγων ἐνοχλοίην, τοὺς παρθενικοὺς χοροὺς, τὰς

dam properans, &, O praeclari, inquibat, vos vero tanquam ad proelium, aut ad bellum, & non ad convivium vocati, ita cunctamini, cum quidem illud apparet optimus Theagenes, praeses autem sit illius maximus heros Neoptolemus. Huc ite, neque ad vesperam convivium protrahite, cum soli ex omnibus abstis. Inclinatus igitur Charicles, in aurem mihi: Hic, inquit, adest baculo invitans. Quam sublimis est Bacchus, praecipue humectatus. Sed eamus: metuendum est enim, ne ad extremum plagas nobis inferat. Tu quidem iocaris, eamus tamen, inquibam. Postquam autem venimus, prope se ipsum collocavit Chariclem Theagenes. Mihi quoque tribuebat aliquid honoris, Chariclis causa. Iam quid tibi molestus sim, narrans illa, quae in convivio fue-

1 ’Απροσδιόνυσος) *Quam parum liberalis, quam importunus*, propter κλῆσιν τὴν ἀπὸ ξύλου. Lusus est in voce; quem qui non intellexerunt, reposuere ὡς λίαν ἄκρος Διόνυσος, ut Basil. 1. satis ἀπροσδιονύσως.

αὐλητρίδας, τὴν ἐνόπλιον τῶν ἐφήβων καὶ πυῤῥίχιον ὄρχησιν, τἄλλα οἷς τὸ πολυτελὲς τῶν ἐδεσμάτων ὁ Θεαγένης διήτησεν, εὐόμιλόν τε καὶ ποτιμώτερον τὸ συμπόσιον ἀπεργαζόμενος; ἀλλ᾽ ἃ δὴ μάλιστα σοί τε ἀκούειν ἀναγκαῖον, ἐμοί τε λέγειν ἥδιον, ἐκεῖνα ἦν. ὁ Θεαγένης ἀνεδείκνυτο μὲν ἱλαρὸς εἶναι, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς παρόντας ἐβιάζετο, ἡλίσκετο δὲ πρὸς ἐμοῦ τὴν διάνοιαν ὅποι φέροιτο· νῦν μὲν [1] τὸ ὄμμα ἠνεμωμένος, νῦν δὲ βύθιόν τι καὶ ἀπροφάσιστον ἐπιστένων, καὶ ἄρτι μὲν κατηφής τε καὶ ὥσπερ ἐπ᾽ ἐννοίας, ἄρτι δὲ ἀθρόον ἐπὶ τὸ φαιδρότερον ἑαυτὸν μεταπλάττων, ὥσπερ ἐν συναισθήσει γιγνόμενος, καὶ ἑαυτὸν ἀνακαλούμενος, καὶ πρὸς πᾶσαν μεταβολὴν ῥᾳδίως ὑποφερόμενος. διάνοια

runt, choreas virginum, tibicinas, armatam & pyrrhichiam ſaltationem epheborum, & alia, cum quibus lautos & opiparos cibos Theagenes temperaverat, familiare & magis aptum compotationi convivium efficiens? ſed quae & te audire inprimis neceſſe eſt, & mihi narrare iucundum, haec ſic accipe. Theagenes prae ſe ferebat quidem laetitiam, & ſibi ipſi vim faciebat, ut humaniter ac feſtive tractare praeſentes videretur; ceterum a me deprehendebatur, quorſum animo tenderet, cum iam oculos verſaret, iam vehementius & ſine ulla cauſa ingemiſceret, nunc triſtis eſſet & veluti cogitabundus, mox vultum hilariorem ſumeret, tanquam ſibi conſcius & ſe ipſum revocans, denique in omnem mutationem facile delaberetur. Mens enim amantis, perinde atque

1 Τὸ ὄμμα ἠνεμωμένος) In Cod. Taur. habetur ἀνεῳγμένος, quod per ſe probum. Plutarchus περὶ εὐθυμ. 470 E. ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν. Verum qui id hic quadrarit, non perſpicio. Si quid mutandum, malim ἠνιημένος. Haec Dorv. ad Char. p. 481. Equidem vulgatam teneo, hoc ſenſu: *deriguit vultu, obſtupuit* Charicleae amore incenſus. Si quid tamen mutandum, malim τὸ ὄμμα ἀνειμένος, qualis eſt amantium vultus.

γὰρ ἐρῶντος, ὅμοιόν τι καὶ μεθύοντος, εὔτρεπτόν τε καὶ οὐδεμίαν ἕδραν ἀνεχόμενον, ἅτε τῆς ψυχῆς ἀμφοτέροις ἐφ' ὑγροῦ τοῦ πάθους σαλευούσης. διὸ καὶ πρὸς μέθην ὁ ἐρῶν, καὶ πρὸς τὸ ἐρᾷν ὁ μεθύων ἐπίφορος.

ια'. Ὡς δὲ καὶ χάσμης ἀδημονούσης ἀνάπλεως ἐφαίνετο, τότε δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν παρόντων κατάδηλος ἦν οὐχ ὑγιαίνων· ὥστε καὶ τὸν Χαρικλέα, [1] καθεωρακότα ἀλλ' ἢ τὸ ἀνώμαλον, ἡσυχῇ πρός με εἰπεῖν, Καὶ τοῦτον βάσκανος εἶδεν ὀφθαλμός· καὶ ταυτόν μοι δοκεῖ πεπονθέναι τῇ Χαρικλείᾳ. Ταυτὸν, ἔφην ἐγὼ, νὴ τὴν Ἶσιν· ὀρθῶς τε καὶ οὐκ ἀπεικότως, εἴπερ καὶ ἐν τῇ πομπῇ μετ' ἐκείνην διέπρεπε. ταῦτα μὲν ἡμεῖς. ἐπεὶ δὲ τὰς κύλικας ἔδει περιάγεσθαι, προέπινεν ὁ Θεαγένης, καὶ ἄκων, ἑκάστῳ φιλοτησίαν. ὡς δὲ εἰς ἐμὲ περιῆλθεν,

ebrii, flexibilis eſt, & quae nulla certa ſede manere queat, tanquam animo utriſque in humido affectu fluctuante. Proinde & in ebrietatem amans, & in amorem ebrius proclivis eſt.

XI. Poſtea vero quam oſcitatione moerenti & anxia plenus apparebat, iam & ceteris, qui aderant praeſentes, manifeſtum erat, quod non recte valeret: ut etiam Charicles, qui praeter varietatem hanc nihil animadverterat, ſubmiſſe ad me diceret, Et hunc invidus vidit oculus; idemque mihi videtur, quod & Charicleae, illi accidiſſe. Idem, inquibam ego, per Iſim: nec iniuria, quandoquidem in pompa poſt illam excellebat. Haec quidem nos. Ceterum ubi calices circumagi oportuit, propinabat quidem Theagenes cuique vel invitus, benevolentiae ergo. Ad me autem ut pervenit, cum me

1 Καθεωρακότα, ἀλλ' ἢ τὸ ἀνώμ.) Accipitur ἀλλ' ἢ hoc loco pro εἰ μὴ vel μόνον, *niſi*, *ſolum*. Sed apud idoneos auctores plerumque praecedit οὐκ, οὐδὲν, aut aliud quid negans. *Commelin.* Nempe priori caſu ἀλλ' ἢ, ſecundo caſu ἄλλ' (ἄλλο) ἢ concipiendum e ſententia Dorvill. ad Char. p. 198.

ἔχω τὴν φιλοφρόνησιν εἰπόντος, ὑποδεξαμένου δὲ οὐδαμῶς, ὀξύ τε καὶ διάπυρον ἐνεῖδεν, ὑπερορᾶσθαι προσδοκήσας. συνεὶς οὖν ὁ Χαρικλῆς, Οἴνου καὶ ἐδεσμάτων, εἶπε, τῶν ἐμψυχομένων ἀπέχεται. τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν ἐρομένου, Μεμφίτης ἐστὶν, εἶπεν, Αἰγύπτιος, καὶ προφήτης τῆς Ἴσιδος. ὁ δὴ Θεαγένης ὡς τὸν Αἰγύπτιον καὶ τὸν προφήτην ἤκουσεν, ἡδονῆς τε ἀθρόον ἐνεπλήσθη, καὶ, ὥσπερ οἱ θησαυρῷ τινι προστυχόντες, ὀρθώσας ἑαυτὸν, ὕδωρ τε αἰτήσας, καὶ πιὼν, Ὦ σοφώτατε, εἶπεν, ἀλλὰ σύγε, ταύτην δέχου τὴν φιλοτησίαν, ἣν ἀπὸ τῶν ἡδίστων σοι προέπιον· καὶ φιλίαν ἥδε ἡμῖν ἡ τράπεζα σπενδέσθω. Ἐσπείσθω, ἔφην, καλὲ Θεάγενες, ἐμοὶ [1] καὶ πάλαι οὖσαν πρὸς σέ· καὶ ὑποδεξάμενος ἔπινον. καὶ τότε μὲν εἰς ταῦτα ἔληξε τὸ συμπόσιον. καὶ ἀπηλ-

accipere ab illo officium benevolentiae dixiſſem, ſed poculum non recepiſſem, acriter & ardentibus oculis obtuebatur, contemni ſe exiſtimans. Quod cum intellexiſſet Charicles: A vino, inquit, & cibis animantium abſtinet. Illo autem cauſam interrogante: Aegyptius eſt, inquit, Memphites, & antiſtes Iſidis. Theagenes igitur, cum Aegyptium me eſſe, & antiſtitem, cognovit, ſubito ingenti voluptate eſt affectus, &, ſicuti ii, qui in theſaurum aliquem inciderunt, ſeſe erigens, aquam popoſcit; &, cum ebibiſſet, O ſapientiſſime, inquit, ad hanc potionem, qua tibi ex iis, quae tibi ſunt ſuaviſſima, propinavi, & amicitiae foedus inter nos haec menſa faciat. Faciat, inquam, optime Theagenes, quae mihi iampridem tecum intercedit; & recipiens bibebam. Ac tunc quidem in haec deſiit convivium, & diſcede-

1 Καὶ πάλαι οὖσαν πρὸς σέ·) Οὖσαν ſcil. φιλίαν. Reponendam duxi hanc lectionem e Baſ. Male Commel. cum ceteris οὖσα, ut ad τράπεζαν referatur.

λαττόμεθα ἐπ' οἶκον τὸν ἴδιον ἕκαστος, πολλά με τοῦ Θεαγένους καὶ θερμότερα ἢ κατὰ τὴν προϋπάρχουσα γνῶσιν κατασπασαμένου. ἐπεὶ δὲ ἦλθον οὗ κατηγό μην, ἄϋπνος τὰ πρῶτα διῆγον ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἄνω κα κάτω τὴν περὶ τῶν νέων Φροντίδα στρέφων, καὶ το χρησμοῦ τὰ τελευταῖα τί ἄρα βούλοιτο ἀνιχνεύων. ἤδ δὲ μεσούσης τῆς νυκτὸς ὁρῶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρ τεμιν, ὡς ᾤμην, (εἴγε ᾤμην, ἀλλὰ μὴ ἀληθῶς ἑώρων καὶ ὁ μὲν τὸν Θεαγένην, ἡ δὲ τὴν Χαρίκλειαν ἐνεχεί ριζεν, ὀνομαστί τέ με προσκαλοῦντες, Ὥρα σοι, ἔλε γον, εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐπανήκειν. οὕτω γὰρ ὁ μοιρῶ ὑπαγορεύει θεσμός. αὐτός τε οὖν ἔξιθι, καὶ τούσδ ὑποδεξάμενος ἄγε συνεμπόρους, ἴσα τε παισὶ ποιού μενος, καὶ παράπεμπε ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίων ὅπῃ τε κα ὅπως τοῖς θεοῖς Φίλον.

ιβ'. Ταῦτα εἰπόντες, οἱ μὲν ἀπεχώρησαν· ὅτι μ

bamus in ſuam quiſque domum, cum me Theagenes ſa pius & calidius, quam priore congreſſu ſolet, amante & cum oſculis complexus eſſet. Poſtquam autem ve eo, quo me recipiebam, inſomnis primum noctem tra ducebam in lecto, ſurſum ac deorſum cogitationem d iuvenibus verſans, &, quid vellent extremae partes ora culi, inquirens. Cum autem ad mediam noctem proce ſiſſet, video Apollinem & Dianam, ut rebar: (ſi quider rebar, & non potius vere videbam) ac ille Theagenem haec autem Charicleam mihi tradebat, & nomine m compellantes, Tempus eſt, dicebant, ut in patriam re deas: id enim poſtulat Parcarum lex. Ipſe igitur egrede re, & hos receptos adiunge tibi comites, in liberorur diligens loco, & deduc ex Aegyptia terra, quo & quo modo Diis placet.

XII. Haec cum dixiſſent, illi quidem diſceſſerunt, da

ὄναρ ἦν ἡ ὄψις ἀλλ' ὕπαρ, ἐνδειξάμενοι. ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα συνίην ὡς ἑωράκειν· εἰς τίνας δὲ ἀνθρώπους, ἢ εἰς τίνα γῆν παραπέμπεσθαι τοὺς νέους τοῖς θεοῖς φίλον, ἠπόρουν. καὶ ὁ Κνήμων, Ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ πάτερ, ἐς ὕστερον αὐτός γε ἐγνωκὼς ἐρεῖς πρὸς ἡμᾶς· ἀλλὰ τίνα δὴ τρόπον ἔφασκες ἐνδεδεῖχθαι σοι τοὺς θεοὺς, ὅτι μὴ ἐνύπνιον ἦλθον, ἀλλ' ἐναργῶς ἐφάνησαν; Ὃν τρόπον, εἶπεν, ὦ τέκνον, καὶ ὁ σοφὸς Ὅμηρος αἰνίττεται· οἱ πολλοὶ δὲ τὸ αἴνιγμα παρατρέχουσιν·

Ἴχνια γὰρ μετόπισθεν (ὡς ἐκεῖνος που λέγει) ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος. ἀρίγνωτοί τε θεοί περ.

[1] Ἀλλ' ἢ καὶ αὐτὸς ἔοικα τῶν πολλῶν εἶναι· καὶ τοῦτο ἴσως ἐλέγχειν, ὦ Καλάσιρι, βουλόμενος, τῶν ἐπῶν

ta ſignificatione, quod non ſomnii viſio fuiſſet, ſed res ipſa ſic ſe habuiſſet. Ego vero alia intelligebam, ita quemadmodum videram: ceterum ad quos homines, aut ad quam terram deducendi eſſent adoleſcentes, dubitabam. Haec quidem, inquit, pater, ſiquidem ipſe poſtea cognoviſti, deinceps mihi quoque narrabis. Ceterum quonam modo dicebas, tibi oſtenſos eſſe Deos, quod non in ſomnis venerint, ſed manifeſte apparuerint? Eo modo, inquit, fili, quem ſapiens Homerus quaſi aenigmate ſignificat: multi autem aenigma praetereunt:

Namque pedum (ut alicubi ille dicit) *crurumque ſimul veſtigia pone*
Perfacile agnovi, remeante auraſque ſecante.
Dii quoque cognoſci poſſunt, certoque notari.

Atqui ipſe videor ex multorum numero eſſe: & huius me fortaſſe redarguere volens, Calaſiri, horum verſuum feci-

1 Ἀλλ' ἢ καὶ αὐτὸς) Excidit forte, ἔφη ὁ Κνήμων· nam, quae ſequuntur, ſunt verba Cnemonis: vel leg. ἀλλ', ἦ ὁ Κνήμων, *inquit Cnemon*; nam ἢ nihili eſt h. l.

ἐμνημόνευσας· ὧν ἔχω τὴν μὲν ἐπιπολῆς διάνοιαν, ὅτι περ καὶ τὴν λέξιν οἶδα ἐκδιδαχθείς· τὴν δὲ συγκατεσπαρμένην αὐτοῖς θεολογίαν ἠγνόηκα.

ιγ'. Μικρὸν οὖν ἐπιστήσας ὁ Καλάσιρις, καὶ τὸν νοῦν πρὸς τὸ μυστικώτερον ἀνακινήσας, Θεοὶ καὶ δαίμονες, εἶπεν, ὦ Κνήμων, ἐπιφοιτῶντες τε εἰς ἡμᾶς καὶ ἀποφοιτῶντες, εἰς ἄλλο μὲν ζῶον ἐπελάχιστον, εἰς ἀνθρώπους δὲ ἐπιπλεῖστον ἑαυτοὺς εἰδοποιοῦσι, τῷ ὁμοίῳ πλέον ἡμᾶς εἰς τὴν φαντασίαν ὑπαγόμενοι. τοὺς μὲν δὴ βεβήλους κἂν διαλάθοιεν, τὴν δὲ σοφοῦ γνῶσιν οὐκ ἂν διαφύγοιεν· ἀλλὰ τοῖς τε ὀφθαλμοῖς ἂν γνωσθεῖεν ἀτενὲς διόλου βλέποντες καὶ τὸ βλέφαρον οὔ ποτε ἐπιμύοντες· καὶ τῷ βαδίσματι πλέον, οὐ κατὰ διάστησιν τοῖν ποδοῖν οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ, ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον ἢ διαπορευομένων. διὸ δὴ καὶ τὰ

ſti mentionem, quorum ego ſententiam vulgatam teneo, inde uſque ab eo tempore, quo & verba ipſa edoctus ſum. Ceterum inſperſam illis theologiae doctrinam ignoro.

XIII. Paullulum igitur immoratus Calaſiris, & mentem ad arcanam ſignificationem eruendam excitans: Dii, inquit, & numina, Cnemon, venientia ad nos, & a nobis recedentia, in alia animalia rariſſime, in homines autem ut plurimum ſeſe transformant, ſimilitudine magis, ut viſum inſomnii eſſe opinemur, nobis imponentes. Quamvis igitur profanos homines latuerint, tamen quin a ſapiente cognoſcantur, effugere non poſſunt: ſed ex oculis notari poſſunt, cum continuo obtutu intueantur, & palpebras nunquam concludant; & magis etiam ex inceſſu, qui non ex dimotione pedum, neque tranſpoſitione exiſtit, ſed ex quodam impetu aërio, & vi expedita, findentium magis auras, quam tranſ-

ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τὼ πόδε ζευγνύντες καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσιν. ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς, ἅτε Αἰγύπτιος, καὶ τὴν ἱερὰν παίδευσιν ἐκδιδαχθεὶς, συμβολικῶς τοῖς ἔπεσιν ἐναπέθετο, τοῖς δυναμένοις συνιέναι γνωρίζειν καταλιπών· ἐπὶ μὲν τῆς Ἀθηνᾶς, „δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν„ εἰπών· ἐπὶ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος, τὸ „Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων [1] Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος·„ οἷον ῥέοντος ἐν τῇ πορείᾳ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ῥεῖ' ἀπιόντος, καὶ οὐχ ὥς τινες ἠπάτηνται, ῥᾳδίως ἔγνων ὑπολαμβάνοντες.

ιδ'. Ταῦτα μὲν, ὦ θειότατε, μεμύηκας, ἔφη ὁ Κνήμων. Αἰγύπτιον δὲ Ὅμηρον ἀποκαλοῦντος σοῦ πολ-

euntium. Quamobrem ſtatuas quoque Deorum Aegyptii ponunt, coniungentes illis pedes, & quaſi unientes. Quae etiam Homerus ſciens, ut Aegyptius, & doctrina ſacra inſtructus, occulte & involute verſibus reddidit, relinquens intelligenda iis, qui poſſent. De Pallade quidem: *Atque truces oculi fulſere tuenti.* De Neptuno autem: *Namque pedum crurumque ſimul veſtigia pone Perſacile agnovi remeante*, tanquam fluente in inceſſu. Hoc enim eſt, fluctuatim remeante; non ut quidam, perfacile agnovi, falſo putarunt.

XIV. His quidem me, o diviniſſime, initiaſti, inquit Cnemon. Cum vero ſaepe Homerum Aegyptium ap-

1 Ῥεῖ' ἔγνων ἀπ.) Si Heliodori mentem recte teneo, omnino legi vult in Homero ῥεῖν ἔγνων ἀπ. uti etiam liquido exſtat in Baſ. atque hunc ſenſum iſti v. ſubiicit: *Senſi enim diſcedentis* (Neptuni) *veſtigia fluctuatim moveri*, pedibus non per vices motis, ſed iunctim fluctuum inſtar prolabentibus. Ita fere *veſtitu affluens* femina longa veſte induta Phaedro alicubi dicitur. Non igitur *nimii gradus*, (ut Statius de Diana, ſi recte memini, ait) ſed motus ſ. inceſſus fluens manifeſtabat Deum. Recte quidem hoc e priſca Aegyptiorum theologia, quibus Deus *liquidum aetherium* audiebat, non item Graeca: alterum quoque, quod Deos ideo pedibus nexis ſculpſerint, ad artis incunabula potius ſpectare videtur. Mox ex eadem ratione legendum, τὸ ῥεῖν ἀπιόντος.

λάκις, ὃ τῶν πάντων ἴσως οὐδεὶς ἀκήκοεν εἰς τὴν σήμερον, οὐδὲ ἀπιστεῖν ἔχω, καὶ σφόδρα θαυμάζων ἱκετεύω, μὴ παραδραμεῖν σε τοῦ λόγου τὴν ἀκρίβειαν. Ὦ Κνήμων, εἰ καὶ ἔξωρον τὸ περὶ τούτων νυνὶ διαλαμβάνειν, ἀλλ' ὅμως ἀκούοις ἂν ἐπιτέμνοντος. Ὅμηρος, ὦ φίλος, ὑπ' ἄλλων μὲν ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω· καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις. ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος· καὶ πόλις αὐτῷ, Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοί εἰσι κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον· πατὴρ δὲ, τῷ μὲν δοκεῖν, προφήτης· τὸ δὲ ἀψευδὲς, Ἑρμῆς. οὗπερ ἦν ὁ δοκῶν πατὴρ προφήτης· τῇ γὰρ τούτου γαμετῇ τελούσῃ τινὰ πάτριον ἁγιστείαν, καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν καθευδούσῃ, συνῆλθεν ὁ δαίμων, καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον, φέροντά τι τῆς ἀνομοίου μίξεως σύμβολον. θατέρῳ γὰρ τοῖν μηροῖν αὐτόθεν ἐξ ὠδίνων, πολύ τι μῆκος τριχῶν ἐπεπόλαζεν· ὅθεν παρ' ἄλλοις τε, καὶ οὐχ ἥκιστα παρ' Ἕλλησιν ἀλητεύων, καὶ τὴν ποίησιν ᾄδων, τοῦ ὀνόμα-

pelles, neque credere non poſſum, & vehementer admirans obſecro, ne praetereas hanc partem orationis inexcuſſam. Etſi alienum eſt, Cnemon, ab inſtituto meo, nunc de his diſſerere, tamen audies breviter. Homerus ab aliis quidem aliunde nominetur, & patria cordato ſit urbs quaevis viro. Erat autem revera noſtras, Aegyptius: & urbs illi Thebae centiportes, ut ex ipſo cognoſcere licet; pater autem, opinione hominum, antiſtes, ſed verius, Mercurius. Erat illius exiſtimatus pater antiſtes, eo quod cum eius uxore celebrante quaedam ſacra patria, & in templo dormiente, coivit Deus, & Homerum procreavit, ferentem notam inceſtae conſuetudinis. In utroque enim femore inde uſque ab ipſo partu, ingens longitudo crinium innatabat. Unde cum inter alios, tum inter Graecos oberrans, & poëma

τος ἔτυχεν· αὐτὸς μὲν τὸ ἴδιον οὐ λέγων, ἀλλ' οὐδὲ πόλιν ἢ γένος ὀνομάζων, τῶν δὲ ἐγνωκότων τὸ περὶ τὸ σῶμα πάθος εἰς ὄνομα κρατησάντων. Τί δὲ σκοπῶν, ὦ πάτερ, ἐσιώπα τὴν ἐνεγκοῦσαν; ἤτοι τὸ φυγὰς εἶναι καταιδούμενος· ἐδιώχθη γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὅτε ἐξ ἐφήβων εἰς τοὺς ἱερωμένους ἐνεκρίνετο, ἀπὸ τοῦ κηλῖδα φέρειν ἐπὶ τοῦ σώματος, νόθος εἶναι γνωρισθείς· ἢ καὶ τοῦτο σοφίᾳ κατεργαζόμενος, κἀκ τοῦ τὴν οὖσαν ἀποκρύπτειν, πᾶσαν ἑαυτῷ πόλιν, πατρίδα μνώμενος.

ιε'. Ταῦτα μὲν εὖ τε καὶ ἀληθῶς μοι λέγειν ἔδοξας, τεκμαιρομένῳ τῆς τε ποιήσεως τοῦ ἀνδρὸς [1] τὸ ἀνειμένον τε καὶ ἡδονῇ πάσῃ σύγκρατον ὡς Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον, ὡς οὐκ ἂν οὕτω τοὺς πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας [2] καὶ δαι-

canens, nomen eſt nactus: ipſe quidem nomen proprium non dicens, neque patriam aut genus nominans; ceterum iis, qui ſciebant illam corporis affectionem, ut in nomen illi verteretur, perficientibus. Quorſum autem ſpectans, pater, tacebat patriam? Aut quod pudebat illum exſilii: erat enim pulſus a patre, quando ex ephebis inter conſecratos recenſebatur, ex eo, quod notam ferret in corpore, quae ſpurium eum argueret: vel hoc etiam conſilio fecit, ac dum veram celaret, omnem urbem patriam ſibi vindicabat.

XV. Haec quidem recte & vere dicere mihi viſus es, facienti coniecturam ex poëmate viri, cum omni voluptate & oblectatione, quaſi Aegyptia, temperato, & ex naturae excellentia: quae certe ita omnes non ſupera-

1 Τὸ ἀνειμένον τε καὶ) Vitioſe Cod. Xyl. ἀνημένον. At Palat. & Baſ. ἀνηγμένον.

2 Καὶ δαιμονίας) Ita ſcripſit Commel. e Palatin. Reliqui cum Baſ. εἰ μή τινος θείας κηδεμονίας, quod forte tueri licet, mutato ἀληθῶς in ἀληθοῦς, quod ſpectet ad καταβολῆς, hoc ſenſu, *niſi pro vero fundamento ponere liceret, eum Deos genere attigiſſe.* In Commelini lectione facile offendunt θείας καὶ δαιμονίας, quae ſunt ſynonima.

μονίας ὡς ἀληθῶς μετέσχε καταβολῆς. ἀλλ' ἐπεὶ τοὺς θεοὺς Ὁμηρικῶς ἐφώρασας, ὦ Καλάσιρι, τίνα τὰ μετὰ ταῦτα εἰπέ μοι. Τοῖς προτέροις, ὦ Κνήμων, ὅμοια· πάλιν ἀγρυπνίαι καὶ βουλεύματα, καὶ νυκτῶν φίλαι φροντίδες. ἔχαιρον, εὑρηκέναι τι τῶν οὐ προσδοκωμένων ἐλπίζων, καὶ εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐπανήξειν προσδοκῶν. ἠνιώμην δὲ, ὅτι ὁ Χαρικλῆς στερήσεται τῆς θυγατρὸς, ἐννοῶν. ἠπόρουν ὅτῳ δεήσει τρόπῳ τοὺς νέους συναγαγεῖν καὶ κατασκευάσαι τὴν ἔξοδον συμφρονεῖν. τὸν δρασμὸν ἠγωνίων ὅπως μὲν λήσομεν, ὅποι δὲ τραπῶμεν· καὶ πότερον διὰ γῆς ἢ θαλαττεύοντες· καὶ ἁπλῶς, κλύδων μέ τις εἶχε φροντισμάτων, ἄϋπνός τε τὸ λειπόμενον ἐταλαιπώρουν τῆς νυκτός.

ιστ'. Οὔπω δὲ ἡμέρας ἀκριβῶς ὑποφαινούσης, ἐψόφει τε ἡ μέταυλος, καί τινος ᾐσθόμην καλοῦντος παι-

ret, nisi e divinis quibusdam revera fundamentis exstitisset. Sed postquam Deos Homerice deprehendisti, Calasiri, quid deinceps sit consecutum, mihi expone. Prioribus, Cnemon, similia, rursus insomnia, & deliberationes, & amicae nocti cogitationes. Gaudebam, aliquid me eorum, quae non cogitabam, invenisse sperans, & reditum in patriam exspectans: excruciabar autem, fore, ut Charicles filia privaretur, cogitans. Dubitabam, qua ratione iuvenes essent una abducendi, &, quo modo discessum adornarem. De fuga eram sollicitus, quo modo illam clam capessere, & quo dirigere deberemus; & utrum terra, an mari: denique procella quaedam cogitationum me obruebat, & insomne reliquum traducebam noctis.

XVI. Necdum exacte dies illuxerat, perstrepebat ostium atrii, & sensi quendam puerum vocantem. Interro-

δίου. ἐρομένου δὲ τοῦ ὑπηρέτου τίς ὁ κόπτων τὴν θύραν, ἢ κατὰ ποίαν τὴν χρείαν ἀπάγγελλε· εἶπεν ὁ καλῶν, ὅτι Θεαγένης ὁ Θετταλός. ἥσθην ἀπαγγελθέντα μοι τὸν νεανίαν, καὶ εἰσκαλεῖν ἐκέλευον, ἐνδιδόναι μοι ταὐτόματον ἀρχὴν τῶν ἐν χερσὶ βουλῶν ἡγησάμενος· ἐτεκμαιρόμην γὰρ ὅτι με παρὰ τὸ συμπόσιον, Αἰγύπτιον καὶ προφήτην ἀκηκοὼς, ἥκει σύνεργον πρὸς τὸν ἔρωτα ληψόμενος· πάσχων, οἶμαι, τὸ τῶν πολλῶν πάθος, οἳ τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν [1] ἠπάτηνται, κακῶς εἰδότες. ἡ μὲν γάρ τις ἐστὶ δημώδης, καὶ, ὡς ἂν τις εἴποι, χαμαὶ ἐρχομένη, εἰδώλων θεράπαινα, καὶ περὶ σώματα νεκρῶν εἰλουμένη, βοτάναις προστετηκυῖα, καὶ ἐπωδαῖς ἐπανέχουσα, πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν τέλος οὔτε αὐτὴ προσιοῦσα, οὔτε τοὺς χρωμέ-

gante autem famulo, quis pulſaret fores, & quam ob cauſam? dixit is, qui vocabat, quod Theagenes Theſſalus adeſſet. Delectatus ſum nuntio de adoleſcente, & vocari intro iubebam; offerri mihi ultro & quaſi caſu initium conſilii capiendi, quod prae manibus habebam, exiſtimans. Coniectabar enim, quod cum me in ſympoſio Aegyptium & antiſtitem eſſe audiſſet, veniret adiutorem ſibi in amore aſſumturus, ita, ut plerique, ſicuti exiſtimo, animo affectus, qui Aegyptiorum ſapientiam unam & eandem eſſe exiſtimant, haud recte iudicantes. Eſt enim quaedam vulgata, &, ut ita dicam, humi ſerpens, quae ſimulacrorum miniſtra eſt, & circa mortuorum corpora volvitur, herbis intabeſcens, & incantationibus dedita, neque ad ullum bonum finem perveniens, neque hos, qui illa utuntur, deducens, ſed in

1 Ἠπάτηνται) h. e. *falſo putent.* Exquiſita haec eſt lectio omnium fere codd. Palat. Xyl. Vatic. & Taurin. teſte Dorv. ad Char. p. 496. Ed. Baſ. ἥγηνται, errore librarii, qui elegantiorem hunc loquendi modum ignoraret.

νους φέρουσα, ἀλλ' αὐτὴ τὰ περὶ αὐτὴν ταπολλὰ πταίουσα. λυπρὰ δέ τινα καὶ γλίσχρα ἔστιν ὅτε κατορθοῦσα, φαντασίας τῶν μὴ ὄντων ὡς ὄντων, καὶ ἀποτυχίας τῶν ἐλπιζομένων, πράξεων ἀθεμίτων εὑρετὶς, καὶ ἡδονῶν ἀκολάστων ὑπηρέτις. ἡ δὲ ἑτέρα, τέκνον, ἡ ἀληθῶς σοφία, ἧς αὕτη παρωνύμως ἐνοθεύθη, ἣν ἱερεῖς καὶ προφητικὸν γένος ἐκ νέων ἀσκοῦμεν, ἄνω πρὸς τὰ οὐράνια βλέπει, θεῶν συνόμιλος, καὶ φύσεως κρειττόνων μέτοχος, ἄστρων κίνησιν ἐρευνῶσα, καὶ μελλόντων πρόγνωσιν κερδαίνουσα· τῶν μὲν γηίνων τούτων κακῶν ἀποστατοῦσα, πάντα δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ ὅ, τι ὠφέλιμον ἀνθρώποις ἐπιτηδεύουσα. δι' ἣν κἀγὼ τῆς ἐνεγκούσης εἰς καιρὸν ἐξέστην, εἴ πῃ, καθὼς καὶ πρότερόν σοι διῆλθον, τὰ προρρηθέντα μοι παρ' αὐτῆς, καὶ τὸν τῶν ἐμῶν παίδων πόλεμον κατ' ἀλλήλων περιγράψαιμι. ταῦτα μὲν οὖν θεοῖς τε τοῖς ἄλλοις καὶ μοίραις

multis etiam ipſa ſuis rationibus offendens, triſtia vero quaedam & ſordida interdum praeſtans; nimirum viſiones eorum, quae non ſunt, tanquam eſſent, & fruſtrationes ſperatarum actionum, flagitiorum inventrix, & profuſarum voluptatum miniſtra. Altera vero, fili, quae revera ſapientia eſt, & a qua illa adulterina degeneravit, quam nos ſacerdotes & antiſtitum genus ab ineunte aetate excolimus, ſupra res coeleſtes contemplatur, Deorum convictrix, & naturae praeſtantioris particeps, aſtrorum motus ſcrutans, & futurorum praeſcientiam inde acquirens; ab his quidem terrenis malis remota, omnia vero ad honeſtatem & utilitatem hominum inſtituens. Propter quam & ego patria ceſſi ad tempus, ſi quo modo, quae tibi antea narravi, mihi ab ipſa praedicta, & bellum filiorum meorum inter ſeſe poſſem evitare. Sed haec cum Diis aliis, tum Parcis permiſſa ſun-

ἐπιτετράφθω, οἱ τοῦ ποιεῖν τε καὶ μὴ, τὸ κράτος ἔχουσιν· οἳ καὶ τὴν φυγήν μοι τὴν ἐκ τῆς ἐνεγκούσης οὐ διὰ ταῦτα πλέον ὡς ἔοικεν, ἢ τὴν Χαρικλείας εὕρεσιν ἐπέβαλον. καὶ τοῦτο μὲν ὅπως, εἴσῃ τοῖς ἑξῆς.

ιζ'. Τὸν δὲ Θεαγένην, ἐπειδήπερ εἰσῆλθεν, ἀσπασάμενον ἀμειψάμενος, ἐμαυτοῦ τε πλησίον ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἐκάθιζον, καί τι χρέος ὄρθριόν σε ἄγει παρ' ἡμᾶς ἠρώτων. ὁ δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιπολὺ [1] καταψήσας, Ἀγωνιῶ μὲν, ἔφη, περὶ τοῦ παντὸς, ἐρυθριῶ δὲ ἐκφαίνειν· καὶ ἐσιώπησεν. ἔγνων οὖν καιρὸν εἶναι τερατεύεσθαι πρὸς αὐτὸν, καὶ μαντεύεσθαι δῆθεν, ἅπερ ἐγίνωσκον. ἱλαρώτερον οὖν αὐτῷ προσβλέψας, Εἰ καὶ αὐτὸς λέγειν ὀκνεῖς, ἔφην, ἀλλὰ τῇγε ἡμετέρᾳ σοφίᾳ καὶ θεοῖς οὐδὲν ἄγνωστον. καὶ ἐπιστήσας ὀλίγον, καὶ ψήφους τινὰς οὐδὲν καταριθμούσας ἐπὶ δακτύλων συνθεὶς, τήν τε

to, in quorum, ut haec faciant, aut non, poteſtate ſitum eſt, qui etiam mihi exſilium non magis propter haec, ut videtur, quam propter Charicleae inventionem, impoſuerunt. Id autem quomodo evenerit, ex iis, quae ſequentur, cognoſces.

XVII. Ceterum Theagenem, poſtquam ingreſſus eſt, & ſalutavit, reſalutatum prope me in lecto collocabam, &, Quae neceſſitas tam mane te ad me adducit? interrogabam. Ille autem cum diu demulſiſſet faciem, Anxius ſum, inquit, de ſumma rerum: erubeſco autem aperire, & conticuit. Animadverti igitur, tempus eſſe mentiendi apud ipſum, & divinandi ea, quae ſciebam. Itaque hilarius eum contuitus, Etiamſi ipſe dicere cunctẽris, inquam, tamen ſapientiae noſtrae & Diis nihil eſt ignotum. Et, cum paullulum me erexiſſem, & calculos quoſdam nihil numerantes in digitis compoſuiſſem,

1 Καταψήσας) Xyl. καταχρύψας, minus apte.

κόμην διασείσας, καὶ τοὺς κατόχους μιμούμενος, Ἐρᾷς, εἶπον, ὦ τέκνον. ἀνήλατο πρὸς τὴν μαντείαν. ὡς δὲ ὅτι καὶ Χαρικλείας προσέθηκα, τοῦτ᾽ ἐκεῖνο θεοκλυτεῖν με νομίσας, μικροῦ μὲν καὶ προσεκύνησε πεσών. ἐμοῦ δὲ ἐπέχοντος, ἐφίλει πολλὰ τὴν κεφαλὴν προσελθών. τοῖς δὲ θεοῖς [1] ὡμολόγει χάριν, οὐκ ἐσφαλμένος, ὧν προσεδόκησε· σωτῆρά τέ με γενέσθαι παρεκάλει· μὴ γὰρ ἂν περισωθῆναι, βοηθείας, καὶ ταύτης ταχείας, ἀποτυχόντα· τοσοῦτον αὐτῷ τὸ κακὸν ἐνσκῆψαι, καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ πόθου φλέγεσθαι, πρῶτον καὶ ταῦτα πειρώμενον ἔρωτος. ὁμιλίας γὰρ ἔτι γυναικὸς ἀπείρατος εἶναι διετείνετο, πολλὰ διομνύμενος· ἀεὶ γὰρ διαπτῦσαι πάσας, καὶ γάμον αὐτὸν καὶ ἔρωτας, εἴ τινος ἀκούσειεν, ἕως τὸ Χαρικλείας αὐτὸν ἤλεγξε κάλλος,

& comam ſparſiſſem, afflatos vi numinis imitans, Amas, dixi, o fili. Exſiluit ad illud vaticinium. Poſtea vero quam & Charicleam addidi, iam tum id me divinitus cognoviſſe exiſtimans, parum aberat, quin procumbens adoraret. At cum inhiberem, oſculabatur ſaepe caput, accedens, & Diis agebat gratias, quod ſpe ſua lapſus non eſſet, utque illi ſervator eſſem precabatur: neque enim ſe ſuperſtitem eſſe poſſe, ſi auxilio, atque hoc ipſo celeri, deſtitueretur. Tantum malum ſe invaſiſſe, atque ita flammis affectus uri, praecipue tum primum amorem ſentientem. Conſuetudinis enim muliebris expertem ſe eſſe dicebat, multis modis iurans: ſemperque reſpuiſſe omnes, & coniugia ipſa, & amores, ſi alicuius audiſſet, quoad illum Charicleae forma convi-

1 Ὡμολόγει χ. οὐκ ἐσφαλμένος, ὧν πρ.) Codd. Vatic. Palat. & Xyl. ὁμολογεῖν χάριν, οὐκ ἐσφαλμένον ἔλεγεν, ὧν πρ. Ita quoque Cod. Taur. teſte Dorvill. ad Char. p. 688, niſi quod vitioſe habeat, ἐσφαλμένας. Utrumvis eligas, eodem redit. Male vero Baſ. omittit ὧν ante προσεδόκησε.

ὅτι μὴ φύσει καρτερικὸς ἦν, ἀλλ' ἀξιεράστου γυναικὸς εἰς τὴν παρελθοῦσαν ἀθέατος. καὶ ταῦτα λέγων ἐπεδάκρυεν, ὥσπερ ὅτι πρὸς βίαν ἥττηται κόρης ἐνδεικνύμενος. ἀνελάμβανον οὖν αὐτὸν, καὶ Θάρσει ἔλεγον, ἐπειδήπερ ἅπαξ καταπέφευγας ἐφ' ἡμᾶς. οὐχ οὕτως ἐκείνη κρείττων ἔσται τῆς ἡμετέρας σοφίας. ἔστι μὲν αὐστηροτέρα, καὶ κατενεχθῆναι πρὸς ἔρωτα δύσμαχος, Ἀφροδίτην καὶ γάμον ἀτιμάζουσα, καὶ μέχρις ὀνόματος. ἀλλὰ διά σε πάντα κινητέον· τέχνη καὶ φύσιν οἶδε βιάζεσθαι. μόνον [1] εὔθυμον εἶναι, καὶ ὑφηγουμένῳ τὰ δέοντα πείθεσθαι πράττειν. ἐπηγγέλλετο ἅπαντα ποιήσειν, ὡς ἂν ἐγὼ προστάττω, κἂν εἰ ξιφῶν ἐπιβαίνειν κελεύοιμι.

ιη'. Λιπαροῦντος δὴ περὶ τούτων καὶ μισθὸν ἅπασαν ὑπισχνουμένου τὴν οὐσίαν, ἥκων τις παρὰ τοῦ Χαρι-

cisset; quod non naturali abstinentia & robore fuisset praeditus, sed usque ad illum diem mulierem amore dignam non vidisset. Et haec dicens lacrimabat, veluti invitum & per vim a virgine se victum esse declarans. Erigebam illum, & consolabar, &, Esto fidenti animo, dicebam, cum semel ad nos confugeris: non enim erit illa nostra sapientia fortior. Est quidem austerior, & difficulter in amorem delabi potest, Venerem & coniugium exosa, vel si nomines tantum. Sed propter te omnia movenda sunt. Ars & naturam frangere potest: tantum confidentem esse oportet, & imperanti necessaria parere. Promisit se omnia facturum, sicut ego imperassem.

XVIII. Ita illo obsecrante ac obtestante, & praemium omnes suas facultates mihi pollicente, veniens quidam

1 Εὔθυμον εἶναι) Cod. Palat. εὔθυμος εἶναι, ut infra: ἀλλ' εὔελπις εἶναι, ubi vulg. εὔελπιν εἶναι. Ex quo colligitur, nullo scribae errore esse factum: εἶναι enim hoc loco imperandi vim obtinet. *Commel.* Calcem suum adiecit Cod. Taurin. & ipse Dorv. ad Char. p. 52 & 452.

κλέους, Δεῖταί σου Χαρικλῆς, ἔλεγεν, ἀφικέσθαι παρ᾽ αὐτόν· ἔστι δὲ πλησίον ἐνταῦθα ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ, καὶ ὕμνον ἀποθύει τῷ θεῷ, τεταραγμένος τι κατὰ τοὺς ὕπνους. ἐξανίσταμαι παραχρῆμα, καὶ τὸν Θεαγένην ἀποπέμψας, ἐπὶ τὸν νεὼν ἀφικόμενος ἐπὶ θώκου τινὸς καταλαμβάνω τὸν Χαρικλέα καθήμενον, ἄγαν περίλυπον, καὶ συνεχῶς ἐπιστένοντα. προσελθὼν οὖν, Τί σύννους καὶ σκυθρωπός; ἠρώτων. ὁ δὲ, Τί γὰρ οὐ μέλλω, φησὶν, ὀνειράτων τέ με διαταραξάντων, καὶ τῆς θυγατρὸς, ὡς ἐπυθόμην, ἀηδέστερον διατεθείσης, καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν ἄϋπνον διαγούσης; ἐμὲ δὲ λυπεῖ μὲν καὶ ἄλλως οὐχ ὑγιαίνουσα, πλέον δὲ ὅτι τῆς κυρίας τοῦ ἀγῶνος εἰς τὴν ἑξῆς ἐνεστηκυίας, εἰς ἣν τοῖς ὁπλίταις δρομεῦσι [1] δᾶδας ἀναφαίνειν καὶ βραβεύειν τὴν ζάκορον νόμιμον, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀνάγκη ταύτην

a Charicle, Petit a te Charicles, dicebat, ut ad se venias. Eſt autem hic prope in templo Apollinis, & hymno Deum placat, propterea quod turbatus eſt neſcio quomodo in ſomnis. Conſurgo ſubito, &, Theagene ablegato, in templum perveniens, deprehendo Chariclem ſedentem in ſella, admodum triſtem, & continue ingemiſcentem. Accedens igitur, Quid ita triſtis es & moerens? interrogabam. Ille autem: Cur enim non debeam eſſe, cum & inſomnia me turbaverint, & filia mea, ſicuti audivi, aegra ſit, & totam noctem inſomnem duxerit? me vero cum alioqui dolore afficiat illius adverſa valetudo, tùm praecipue, quod cum ſequens ſit certamini deſtinatus dies, quo armatis curſoribus aedituam facem ſuſtollere, & praeeſſe legitimum eſt, alterum ex

1 Δᾶδας ἀναφαίνειν) Baſ. ἀναφέρειν. Sed alterum ἀναφαίνειν praeferunt omnes Codd. & eſt exquiſitius.

ἀπολιμπανομένην λυμαίνεσθαι τὸ πάτριον, ἢ καὶ ἄκουσαν ἀφικνουμένην, ἐπιτρίβεσθαι χαλεπώτερον. ὥστε εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γε ἐπαρκῶν, καί τινα προσάγων ἴασιν, δικαίως μὲν ἂν πρὸς ἡμᾶς καὶ φιλίαν τὴν ἡμετέραν, εὐσεβῶς δὲ πρὸς τὸ θεῖον ποιοίης. οἶδα ὡς οὐδὲν ἐργῶδες βουλομένῳ σοι τὸ πρᾶγμα, βασκανίαν, ὡς αὐτὸς ἔφης, ἰάσασθαι· προφήταις μὲν καὶ τὰ μέγιστα κατορθοῦν οὐκ ἀδύνατον. ὡμολόγουν ἠμεληκέναι, σοφιστεύων καὶ πρὸς ἐκεῖνον, καὶ τὴν παροῦσαν ἐνδοῦναι παρεκάλουν· ἔχει γάρ τι συνθεῖναι πρὸς τὴν ἴασιν. τὸ δὲ νυνὶ παρὰ τὴν κόρην ἴωμεν, ἔφην, ἐπισκεψόμενοί τε ἀκριβέστερον, καὶ παραμυθησόμενοι πρὸς ὅσον δυνατόν. ἅμα δὲ, ὦ Χαρίκλες, βούλομαί σε λόγους τινὰς ὑπὲρ ἐμοῦ κινῆσαι πρὸς τὴν παῖδα, καὶ γνωριμώτερον ἀποφῆναι παρακαταθέμενον, ὅπως

duobus evenire neceſſe ſit, ut aut abſens pervertat ac deſtruat morem uſitatum, aut vel invita veniens, gravius etiam affligatur. Quamobrem, ſi quidem prius fieri non potuit, nunc ſaltem opem illi ferens, & adhibens medicamentum aliquod, officium iuſtum erga nos amicitiamque noſtram, coniunctum cum pietate erga Deum, feceris. Scio, quod minime ſit tibi difficile, ſi modo volueris, faſcinationem, ut ipſe aiş, curare. Antiſtibus enim vel maxima praeſtare, haud eſt impoſſibile. Fatebar me neglexiſſe, illi quoque fucum faciens, &, ut mihi ſpatium praeſentis diei concederet, poſtulabam, quod eſſem aliquid compoſiturus in uſum medicamenti. Nunc autem ad virginem eamus, inquam, diligentius conſideraturi, &, quoad fieri poteſt, eam conſolaturi. Simul vero, Charicles, velim te de me verba aliqua facere apud puellam, & me commendatum illi notiorem effi-

ἂν οἰκειότερον ἔχουσα πρός με, θαῤῥαλεώτερον ἰώμενον προσίηται. Γιγνέσθω ταῦτα, ἔφη, καὶ ἀπίωμεν.

ιθ΄. Ἐπειδὴ οὖν ἐπέστημεν τῇ Χαρικλείᾳ, τὰ μὲν πολλὰ τί ἂν τις λέγοι. ἐδεδούλωτο μὲν γὰρ ὁλοσχερῶς τῷ πάθει, καὶ τήν τε παρειὰν ἤδη τὸ ἄνθος ἔφευγε, καὶ τὸ φλέγον τοῦ βλέμματος καθάπερ ὕδασιν ἐῴκει τοῖς δάκρυσιν [1] ἀποσβεννυμένῳ. κατέστελλε δ' οὖν ὅμως ἑαυτὴν, ἐπειδήπερ ἡμᾶς ἐθεάσατο, καὶ πρὸς τὸ σύνηθες βλέμμα καὶ φθέγμα παντοίως ἐπανάγειν ἐβιάζετο. περιβαλὼν δὲ αὐτὴν ὁ Χαρικλῆς, καὶ μυρία φιλήσας, καὶ θεραπείας οὐδὲν ἀπολιπὼν, Ὦ θυγάτριον, ὦ τέκνον, ἔλεγεν, ἐμὲ τὸν πατέρα κρύπτεις, ὃ πάσχεις; καὶ βασκανίαν ὑποστᾶσα, σιωπᾷς ὥσπερ ἀδικοῦσα [2] καὶ οὐκ [ἀδικουμένη,] ἠδικημένη παρὰ τῶν κακῶς ἰδόντων σε ὀφθαλμῶν; ἀλλὰ θάρσει. πα-

cere, ut mihi reddita familiarior, confidentius quoque ſanantem admittat. Sit ita, inquit.

XIX. Poſtquam autem venimus ad Charicleam, multa quidem quid attinet dicere? Succubuerat enim prorſus affectui, & ex genis flos iam fugerat, & ardor vultus lacrimis tanquam aqua reſtinctus eſſe videbatur: tamen ſeſe componebat, cum nos vidiſſet, & conſuetum vultus habitum omnibus modis revocare conabatur. Complexus autem eam Charicles, & multum diſſuaviatus, & nihil blanditiarum omittens, O filiola, o nata, dicebat, mene patrem celas, ex quo labores? & cum faſcinata ſis, taces, quaſi iniuria affeceris, & non affecta ſis ab oculis, qui te male adſpexerunt? Sed ades animo. Ora-

1 Ἀποσβεννυμένῳ) Recte ſic Palatin. & Vatic. At Xyl ἀποσβεννύμενον. Inter utrumque fluctuat Baſ. ὑποσβεννυμένων.

2 Καὶ οὐκ [ἀδικουμένη]) Incluſum non agnoſcit Palat. Vatic. nec interpres, & abeſſe poteſt. Si retineas, hoc erit: *taces, quaſi iniuria affeceris, & ipſa iniuria non afficiaris? cum tamen* re ipſa *iniuria affecta ſis* &c. Commel.

ρακέκληται Καλάσιρις ὅδε σοφὸς, ἴασιν τινά σοι πορίσασθαι. δυνατὸς δὲ ὁ ἀνὴρ, ἄριστος ὢν, εἴπερ τις ἄλλος, τὴν θείαν τέχνην, ἅτε προφητικὸς τὸν βίον καὶ ἱεροῖς ἐκ παίδων ἀνακείμενος· καὶ τὸ μεῖζον εἰς προσθήκην, ἡμῖν ἐς τὰ μάλιστα φίλος. ὥστε εἰκότα ἂν ποιῇς, εἰ προσδέχοιό τε ἀκωλύτως, ἐπάδειν τε ἢ καὶ ἄλλως ἰᾶσθαι βουλομένῳ σαυτὴν παρέχοις, οὐδὲ ἄλλως οὖσα πρὸς τὸ λόγιον γένος ἀπρόσμικτος. ἐσιώπα μὲν, ἐπένευσε δ' οὖν ἡ Χαρίκλεια, καθάπερ ἀσμένη τὴν ἐπ' ἐμοὶ συμβουλὴν προσιεμένη. καὶ τότε μὲν ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάγημεν, ὑπομνήσαντός με τοῦ Χαρικλέους καὶ ὧν πρότερον παρεκάλεσεν ἐπιμεληθῆναι καὶ φροντίζειν, εἴ πῃ τὴν Χαρίκλειαν δυναίμην ἔφεσίν τινα γάμων καὶ ἀνδρῶν ἐμποιῆσαι. ἀπέπεμπον οὖν εὔθυμον, οὐκ εἰς μακρὰν ἀνυσθήσεσθαι αὐτῷ τὴν βούλησιν ἐπαγγειλάμενος.

us eſt enim a me Calaſiris hic ſapiens, ut tibi ſanationis aliquam rationem inveniat: poteſt autem id praeſtare. Excellit enim, ſi quiſquam alius, in arte divina, tanquam genere vitae antiſtes, &, quod maius eſt, nobis in primis amicus. Quare merito feceris, ſi illum admiseris abſque ullo impedimento, ſive incantatione uti, ſive alio modo ſanare volenti, te ipſam tradens, cum alioqui a ſapientum conſuetudine non abhorreas. Tacebat quidem, annuebat tamen Chariclea, tanquam libenter conſilium de me datum admittens. Et tunc, hiſce conſtitutis, diſceſſimus, reducente mihi in memoriam Chariclе, ut ea, quae a me petiiſſet, curarem, & cogitarem, quomodo in Chariclea cupiditatem aliquam coniugii & virorum excitarem. Deducebam igitur laetum, cum illius voluntati brevi ſatisfactum iri promiſiſſem.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ Δ.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, ὁ μὲν Πυθίων ἀγὼν ἔληγεν· ὁ δ
τῶν νέων ἐπήκμαζεν, ἀγωνοθετοῦντος, οἶμαι, καὶ βρα
βεύοντος Ἔρωτος, καὶ δι' ἀθλητῶν δύο τούτων [1] καὶ μο
νων οὓς ἐζεύξατο, μέγιστον ἀγώνων τὸ ἴδιον ἀποφῆνα
φιλονεικήσαντος. γίγνεται γάρ τοι τοιοῦτον. ἐθεώρει μ
ἡ Ἑλλάς· ἠθλοθετοῦν δὲ οἱ Ἀμφικτύονες. ἐπειδὴ τοίνυ

HELIODORI
AETHIOPICORUM
LIBER QUARTUS.

POSTRIDIE vero Pythius quidem agon desinebat iuvenilis autem fervebat, arbitro (ut existimo) & prae side Cupidine, & per hos duos athletas, quos coniun xerat, maximum certaminum suum ostendere conten dente. Accidit enim tale quiddam. Spectabat Graecia, iu dices autem erant Amphictyones. Postquam igitur ali

1 Καὶ μόνων) Haec verba Commel. e libris addidit. In ed. Bas. non leguntur, nec agnoscit interpres Latinus. Et sane absque ul lo sensus detrimento abesse po sunt.

τὰ ἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἐτετέλεστο, δρόμων ἅμιλλαι, καὶ πάλης συμπλοκαὶ, καὶ πυγμῆς χειρονομία, τέλος ὁ μὲν κῆρυξ, Ἄνδρες ὁπλῖται παριόντων, ἀνεβόησεν. ἡ ζάκορος δὲ ἡ Χαρίκλεια κατ' ἄκρον τὸ στάδιον ἀθρόον ἐξέλαμψεν· ἀφιγμένη καὶ ἄκουσα διὰ τὸ πάτριον, ἢ πλέον, ἐμοὶ δοκεῖν, ὄψεσθαί που τὸν Θεαγένην ἐλπίζουσα· τῇ λαιᾷ μὲν ἡμμένον πυρφοροῦσα λαμπάδιον, θατέρᾳ δὲ φοίνικος ἔρνος προβεβλημένη. καὶ, φανεῖσα, πᾶν μὲν τὸ θέατρον ἐφ' ἑαυτὴν ἐπέτρεψεν. ἔφθη δὲ τάχα οὐδεὶς τὸν Θεαγένους ὀφθαλμόν· ὀξὺς γὰρ ὁ ἐρῶν ἰδεῖν τὸ ποθούμενον. ἐκεῖνος δὲ ἄρα καὶ προακηκοὼς τὸ ἐσόμενον, πρὸς μίαν τὸν νοῦν ἠσχόλει τὴν παρατήρησιν· ὥστε οὔτε σιωπᾶν ἐκαρτέρησεν, ἀλλ' ἠρέμα πρός με, καθῆστο δέ μου πλησίον ἐξεπίτηδες, Αὕτη ἐκείνη, ἔφη, Χαρίκλεια. καὶ τὸν μὲν ἠρεμεῖν ἐπέταττον.

magnifice peracta ſunt, curſus certamina, luctae conſertiones, caeſtuum pugnae; ad extremum praeco, Armati prodeant, proclamavit, & aeditua Chariclea in extremitate ſtadii ſtatim reſplenduit. Venerat enim, quamvis invita, propter morem patrium, vel magis, mea quidem ſententia, ſe viſuram alicubi Theagenem ſperans, ſiniſtra ferens accenſam facem, altera autem ramum palmae praetendens: &, cum comparuiſſet, continuo totum ſpectantium conſeſſum ad ſeſe convertit. Vel ſic tamen nemo Theagenis oculos praevertit. Velox eſt enim amans ad videndum id, cuius deſiderio tenetur. Atqui ille inſuper cum audiſſet antea id, quod erat futurum, in eam ſolam obſervationem animo vacabat. Quapropter ne tacere quidem potuit, ſed ſubmiſſe ad me, (ſedebat autem proximus mihi dedita opera) Illa ipſa, inquit, Chariclea eſt. Et hunc quidem quieſcere iubebam.

β'. Πρὸς δὲ τὴν κλῆσιν τοῦ κήρυκος, παρείη τις εὐσταλῶς ὡπλισμένος, μέγα τε φρονῶν, καὶ μόνος ἐπίδοξος ὡς ἐδόκει, καὶ πολλοὺς ἤδη πρότερον ἀγῶνας ἀναδησάμενος, τότε δὴ τὸν ἀνταγωνισόμενον οὐκ ἔχων, οὐδενὸς οἶμαι θαῤῥήσαντος τὴν ἅμιλλαν. ἀπέπεμπον οὖν αὐτὸν οἱ Ἀμφικτύονες. οὐ γὰρ ἐπιτρέπειν τὸν νόμον οὐκ ἀγωνισαμένῳ, στέφανον ἀποκληροῦν. ὁ δὲ καλεῖσθαι τὸν βουλόμενον ὑπὸ τοῦ κήρυκος εἰς τὴν ἀγωνίαν ἠξίου. ἐπέταττον οἱ ἀθλοθέται, καὶ ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ, ἥκειν τὸν ἐπελευσόμενον. ὁ δὲ Θεαγένης, Οὗτος ἐμὲ καλεῖ, πρός με ἔφησεν. ἐμοῦ δὲ, Πῶς τοῦτο λέγεις, εἰπόντος· Οὕτως, εἶπεν, ὡς ἔσται, ὦ πάτερ· οὐ γάρ τις ἐμοῦ παρόντος καὶ ὁρῶντος, ἕτερος ἐκ τῶν Χαρικλείας χειρῶν τὸ νικητήριον ἀποίσεται. Τὴν δ' ἀποτυχίαν, ἔφην, καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀδοξίαν οὐδαμοῦ τίθεσαι; Καὶ τίς,

II. Ad edictum autem praeconis veniebat quidam eximie armis exornatus, & magnos ſpiritus gerens, ſoluſque inter ceteros clarus, ut videbatur, qui in multis iam antea certaminibus coronatus fuerat, tunc autem concertatorem non habebat, nemine, ut exiſtimo, in certamen prodire auſo. Remittebant igitur eum Amphictyones. Neque enim lex permittit, ut ei, qui non inierit certamen, corona decernatur. Ille autem provocari a praecone in certamen eum, qui vellet, poſtulabat. Imperabant iudices, proclamavit praeco, ut prodiret aliquis, qui certamen inire vellet. Theagenes autem ad me, Hic me vocat, inquit. Me autem, Quomodo hoc dicis? quaerente: Sic erit, inquit, pater. Neque enim quiſquam alius, praeſente & vidente me, ex manibus Charicleae victoriae praemium auferet. Fruſtrationem autem, inquam, & ignominiam, quae hanc conſequitur, nihil omnino curas, nec expendis? Quis autem, inquit,

εἶπεν, οὕτως ἰδεῖν καὶ πλησιάσαι Χαρικλείᾳ μανικῶς ἐσπούδακεν, ὥστε με παραδραμεῖν; τίνα δὲ οὕτως ἡ ὄψις ἐκείνης τάχα καὶ πτερῶσαι δύναται, καὶ μετάρσιον ἐπισπάσασθαι; οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ τὸν Ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γράφοντες, τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκρατημένων αἰνιττόμενοι; εἰ δέ τι δεῖ καὶ κόμπον προσιέναι τοῖς εἰρημένοις, οὐδεὶς ἐς τὴν τήμερον ποσί με παρελθὼν ἐσεμνύνατο.

γ'. Ταῦτα εἶπε καὶ ἀνήλατο. παρελθών τε εἰς μέσους, τό τε ὄνομα προσήγγελλε, καὶ τὸ ἔθνος ἐδήλου, καὶ τοῦ δρόμου τὴν χώραν ἐκληροῦτο· καὶ τὴν πανοπλίαν ἐνδὺς ἐφειστήκει τῇ βαλβῖδι τὸν δρόμον ἀσθμαίνων, καὶ τὸ παρὰ τῆς σάλπιγγος ἐνδόσιμον ἄκων καὶ μόγις ἀναμένων· σεμνόν τι θέαμα καὶ περίβλεπτον, καὶ οἷον Ὅμηρος τὸν Ἀχιλλέα τὴν ἐπὶ Σκαμάνδρῳ μάχην ἀθλοῦντα παρίστησιν. ἐκεκίνητο μὲν δὴ καὶ πᾶ-

tanto ardore flagret videndi & appropinquandi Charicleae, ut me antevertat? cui vero perinde atque mihi, adſpectus illius alas addere poſſit, & eum in ſublime rapere? An neſcis, quod Amorem etiam alatum faciunt pictores, agilitatem illorum, qui eo detinentur, quaſi aenigmate quodam ſignificantes? Quod ſi oportet iactationem accedere ad ea, quae dicta ſunt, nemo ad hunc uſque diem, quod me pedibus praecurrerit, gloriatus eſt.

III. Haec dixit, & proſiluit, ac progreſſus in medium, nomen edebat, & indicabat gentem, & ſpatium curſus ſortiebatur: &, induta tota armatura, ſtetit ad carceres, ſtudio currendi anhelans, & ſignum tubae invitus & vix exſpectans. Praeclarum quoddam erat ſpectaculum, & conſpicuum, & quale Homerus, in quo Achilles proelio ad Scamandrum certat, introducit. Commota enim

σα πρὸς τὸ παράδοξον ἡ Ἑλλὰς, καὶ Θεαγένει νίκην ηὔχετο, καθάπερ αὐτός τις ἕκαστος ἀγωνιζόμενος. ἐπακτικὸν γάρ τι καὶ πρὸς τῶν ὁρώντων εἰς εὔνοιαν τὸ κάλλος. ἐκεκίνητο δὲ ἡ Χαρίκλεια πρὸς πᾶσαν ὑπερβολήν· καὶ εἶδον ἐκ πολλοῦ παρατηρῶν, παντοίας μεταβαλλομένην ἰδέας. ὡς γὰρ εἰς ἀκοὴν πάντων ὁ κῆρυξ τοὺς δραμουμένους κατήγγειλεν, ἀνεῖπέ τε, Ὅρμενος Ἀρκὰς, καὶ Θεαγένης Θετταλὸς, ἔσχαστο μὲν ἡ ὕσπληξ, τέτατο δὲ ὁ δρόμος, μικροῦ καὶ τὴν ὀφθαλμῶν κατάληψιν ὑποτέμνων. ἐνταῦθα οὔτε ἀτρεμεῖν ἔτι κατεῖχεν ἡ κόρη, ἀλλ' ἐσφάδαζεν ἡ βάσις, καὶ οἱ πόδες ἐσκίρτων, ὥσπερ οἶμαι τῆς ψυχῆς τῷ Θεαγένει συνεξαιρομένης, καὶ τὸν δρόμον συμπροθυμουμένης· οἱ μὲν δὴ θεαταὶ, μετέωρος ἅπας ἐπὶ τὸ μέλλον καὶ ἀγωνίας ἀνάμεστος, ἐγὼ δὲ καὶ πλέον, ἅτε δή μοι

erat Graecia tota ad illud factum, quod praeter opinionem accidebat, & Theageni victoriam precabatur, non ſecus ac ſi quilibet certamen iniret. Magnam enim vim habet etiam ad conciliandam adſpicientium benevolentiam, formae venuſtas. Commota quoque fuerat & Chariclea ſupra modum: & vidi, cum id diu obſervarem, ſubinde in alium atque alium vultum eam commutari. Nam poſtquam ita, ut exaudirent omnes, praeco curſu certantes nuntiaſſet, & nomina ipſorum proclamaſſet, Ormenus Arcas & Theagenes Theſſalus; relictis carceribus curſus tanta celeritate inſtituebatur, ut ipſam propemodum oculorum aciem falleret. Ibi ne quieta quidem manere amplius virgo potuit, ſed commovebantur illius gradus, & pedes prae exſultatione ſaliebant, tanquam animo una cum Theagene ſublato, & illum in curſu adiuvante: ac ſpectatorum quivis pendebat ab eventus exſpectatione, & ſollicitudinis plenus erat; ego

λοιπὸν ὡς παιδὸς ὑπερφροντίζειν προῃρημένῳ. Οὐδὲν θαυμαστὸν, ἔφη ὁ Κνήμων, ὁρῶντας καὶ παρόντας ἀγωνιᾷν, ὅτε κἀγὼ νυνὶ περὶ τῷ Θεαγένει δέδια· καί σου δέομαι, θᾶττον εἰ νικῶν ἀνηγορεύθη, διελθεῖν.

δ'. Ἐπεὶ δὴ μέσον, ὦ Κνήμων, ἠνύετο τὸ στάδιον, ὀλίγον ἐπιστρέψας καὶ ὑποβλέψας τὸν Ὅρμενον, ἀνακουφίζει τὴν ἀσπίδα πρὸς ὕψος, καὶ τὸν αὐχένα διεγείρας, τὸ βλέμμα τε ὅλον εἰς τὴν Χαρίκλειαν τείνας, [1] βέλος ἐπὶ σκοπὸν ἐφέρετο, καὶ τοσοῦτον παρέφθη τὸν Ἀρκάδα ὀργυιῶν πλῆθος, ὃ διαλεῖπον εἰς ὕστερον ἐμετρήθη. προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ, πολύς τε ἐξεπίτηδες, εἰς τὸ στέρνον ἐμπίπτει, τοῦ δρόμου δῆθεν τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών· καὶ τὸν φοίνικα κομιζόμενος,

verò etiam magis, qui iam apud me conſtitueram, ut illius non ſecus ac filii curam ſuſciperem. Nihil mirum eſt, inquit Cnemon, quod videntes & praeſentes ſolliciti ſunt: nam & ego nunc Theageni metuo, & a te peto, ut eo citius, an victor renuntiatus fuerit, exponas.

IV. Confecto iam medio ſtadio, iſte paullulum converſus & Ormenum torve contuitus, allevat ſcutum in altum, & erecto collo, & viſu prorſus in Charicleam intenſo, in eam ceu ſagitta ad ſcopum ferebatur: & tantum anticipavit Arcadem, ut ille multis paſſibus a tergo relinqueretur: quod intervallum poſtea menſum eſt. Accurrens igitur ad Charicleam, totus ex induſtria in illius pectus incidit, quaſi impetum curſus continere non poſſet: &, cum palmam auferret, me non latuit, quod

1 Βέλος ἐπὶ σκοπὸν) Ita Palat. recte. At Xyl. καθάπερ βέλος, ſed illud καθάπερ abundare videtur. Perſeverat in metaphora a iaculatoribus petita. Alii τέλος ἐπὶ σκοπὸν, ut & interpres. Sed a ſcopo aberrarunt. *Commel.* Τέλος habet ed. Baſ. Ceterum dura admodum mihi videtur ellipſis τοῦ καθάπερ, &, ſi eum βέλος dictum, non cum βέλει comparatum exiſtimes, duriorem hanc metaphoram ſic collocatam in ſublimi quidem carmine ferendam putem, non item in pedeſtri ſcriptore.

οὐκ ἔλαθέ με τὴν χεῖρα τῆς κόρης φιλῶν. Ἀπέσωσας, εἶπεν ὁ Κνήμων, ὅτι καὶ ἐνίκησε καὶ ἐφίλησεν. ἀλλὰ τίνα δὴ τὰ ἑξῆς; Οὐ μόνον ἀκουσμάτων ἀκόρεστος ἄρα ἦσθα, ὦ Κνήμων, ἀλλὰ καὶ ὕπνῳ δυσάλωτος. ἤδη γοῦν οὐκ ὀλίγης μοίρας τῆς νυκτὸς παρῳχηκυίας, ἀντέχεις ἐγρηγορὼς, καὶ τὴν διήγησιν μηκυνομένην οὐκ ἀποκναίεις. Ἐγὼ καὶ Ὁμήρῳ μέμφομαι, ὦ πάτερ, ἄλλων τε καὶ φιλότητος κόρον εἶναι φήσαντι, πράγματος, ὃ, κατ' ἐμὲ κριτὴν, οὐδεμίαν φέρει πλησμονὴν, οὔτε τὸ καθ' ἡδονὴν ἀνυόμενον, οὔτε εἰς ἀκοὴν ἐρχόμενον. εἰ δέ τις καὶ τοῦ Θεαγένους καὶ Χαρικλείας ἔρωτος μνημονεύοι, τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν, ὡς μὴ θέλγεσθαι καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀκούων; ὥστε ἔχου τῶν ἑξῆς. Ὁ μὲν Θεαγένης, ὦ Κνήμων, ἐστεφανοῦτο, καὶ νικῶν ἀνηγορεύετο, καὶ παρεπέμπετο ὑπὸ ταῖς πάντων εὐφημίαις. ἡ Χαρίκλεια δὲ ἥττητο λαμ-

virginis manum ofcularetur. Beafti, dixit Cnemon, quod & vicit, & ofculatus eft. Sed quaenam deinceps confecuta funt? Non tantum audiendo non fatiari, Cnemon, fed etiam a fomno haud facile opprimi potes: &, cum iam non parva pars noctis praeterierit, vigilias fuftines, & ex producta in longum narratione taedium non contrahis. Ego vero & Homerum reprehendo, pater, qui cum aliarum rerum, tum amoris, fatietatem effe dixerit: quae res, me iudice, nullam fatietatem admittit, neque cum fruitur quifpiam, neque cum auditu percipit. Quod fi ab aliquo Theagenis & Charicleae amoris fiat mentio, quis eft ufque adeo adamantino corde, aut ferreo, ut non fe oblectet, totum licet audiat annum? Quam ob rem continua narrationem. Theagenes quidem, o Cnemon, coronabatur, & renuntiabatur victor, ac deducebatur omnium gratulationibus; Chariclea vero

πρῶς, καὶ δεδούλωτο τῷ πόθῳ πλέον ἢ πρότερον, αὖθις ἰδοῦσα τὸν Θεαγένην. ἡ γὰρ τῶν ἐρωτικῶν ἀντίβλεψις, ὑπόμνησις τοῦ πάσχοντος γίνεται, καὶ ἀναφλέγει τὴν διάνοιαν ἡ θέα, καθάπερ ὕλη [1] πυρὶ γιγνομένη. κᾀκείνη μὲν οἴκαδε ἐλθοῦσα, συνήθη νύκτα ταῖς προτέραις ἢ καὶ δριμυτέραν διῆγεν. ἐγὼ δὲ αὖθις ἄϋπνος ἦν, τήν τε φυγὴν ὅποι τραπόμενοι λάβοιμεν ἀνεπισκοπῶν, καὶ πρὸς τίνα χώραν παραπέμποι τοὺς νέους ὁ θεὸς ἐννοῶν. τὸν μὲν δὴ δρασμὸν ἔγνων κατὰ θάλατταν εἶναι ποιητέον, ἀπὸ τοῦ χρησμοῦ τὸ συνοῖσον λαβὼν, ἔνθα ἔφασκεν, αὐτοὺς -- κῦμα τεμόντας,

Ἥξεσθ' ἠελίου πρὸς χθόνα κυανέην.

ε΄. Τὸ δὲ ὅπου παραπεμπτέον αὐτοὺς, μίαν μόνην λύσιν εὕρισκον, εἴ πῃ δυνηθείην ἐπιτυχεῖν τῆς συνεκτεθείσης τῇ Χαρικλείᾳ ταινίας, ἐν ᾗ τὸ κατ' αὐτὴν διή-

plane victa erat, & mancipata amori magis, quam prius, cum iterum Theagenem vidisset. Amantium enim mutuus adspectus, affectus recordatio ac redintegratio est: & inflammat mentem conspectus, perinde atque ignis materiae admotus. Ac illa quidem domum veniens, similem noctem prioribus, vel etiam acerbiorem, traducebat. Ego autem rursus insomnis eram, quonam clandestina fuga verteremur considerans, &, in quam regionem Deus mitti iuvenes iubeat, cogitans. Ac fugam quidem per mare intellexi capessendam esse, ex oraculo coniecturam faciens, inde quod dicebat: *Salumque ruentes,*

Ad solis venient torridum ab igne solum.

V. Ceterum, quo essent deducendi, unam saltem, qua id cognoscerem, viam inveniebam, si quo modo possem adipisci expositam cum Chariclea fasciam, cui

1 Πυρὶ γιγνομένη) Forte πυρὶ ἐγγιγνομένη, vel πυρὶ πλησίον γιγνομένη.

γημα κατεστίχθαι ὁ Χαρικλῆς ἀκηκοὼς ἔλεγεν. εἰκὸς γὰρ εἶναι καὶ πατρίδα, καὶ τοὺς ὑπονοηθέντας ἤδη παρ' ἐμοῦ γεννήτορας τῆς κόρης ἐντεῦθεν ἐκμαθεῖν, καὶ ἴσως ἐκεῖ πέμπεσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης. ὄρθριος γοῦν παρὰ τὴν Χαρίκλειαν ἥκων, ἄλλους τε τῶν οἰκείων καταλαμβάνω δεδακρυμένους, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸν Χαρικλέα. πλησιάσας οὖν, τίς ὁ θόρυβος, διηρώτων. ὁ δε, Ἐπέτεινεν ἡ νόσος, ἔφη, τῆς θυγατρὸς, καὶ χαλεπωτέρας ἢ πρότερον πεπείραται τῆς παρῳχηκούσης νυκτός. Ἀνίστω, ἔφην, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἔξιτε. τρίποδά τις καὶ δάφνην καὶ πῦρ καὶ λιβανωτὸν παραθέσθω μόνον. ὀχλείτω δὲ μηδὲ εἷς, ἕως ἂν προσκαλέσωμαι. προσέταττε ταῦτα ὁ Χαρικλῆς, καὶ ἐγένετο. κἀπειδὴ σχολῆς ἐλαβόμην, ἠρχόμην ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς τῆς ὑποκρίσεως· καὶ τόν τε λιβανωτὸν ἐθυμίων, καί τινα δῆθεν ψιθύροις τοῖς χείλεσι κατευξάμενος, τὴν δάφνην

narrationem de rebus, quae ad eam pertinerent, acu inſertam eſſe, Charicles dicebat ſe audiſſe. Conſentaneum enim mihi videbatur, quod inde & patriam & parentes puellae, quos iam ſuſpicabar, eſſem cogniturus, fortaſſis etiam, quo fata eos mitti iuberent. Mane igitur ad Charicleam cum veniſſem, & alios neceſſarios lacrimantes deprehendo, maxime vero Chariclem. Accedens igitur, Quid iſte fert tumultus? interrogabam. Ille autem, Auctus eſt, inquit, morbus filiae, & graviorem hanc, quam antea, noctem experta eſt. Secede, inquam, & reliqui omnes exeatis: tripodem autem quiſpiam tantum, & laurum, & ignem ac thus apponat: neque me prius quiſquam interturbet, quam advocavero. Quibus a Caricle imperatis, accinxi me, quaſi in ſcena repraeſentationem fabulae inceptans: & thus adolebam, & quaſdam preces ſuſurrans, laurum a ca-

ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ τῆς Χαρικλείας ἐπεσόβουν· καὶ ὑπνῶδές τι, μᾶλλον δὲ γραῶδες, ἐπιχασμώμενος, ὀψὲ καὶ βραδέως ἐπαυσάμην, πολύν τινα λῆρον ἐμαυτοῦ τε καὶ τῆς κόρης καταχέας. ἡ δὲ πυκνὰ τὴν κεφαλὴν ἐπέσειε, καὶ σεσηρὸς ὑπεμειδία, πλανᾶσθαί με τηνάλως καὶ τὴν νόσον ἀγνοεῖν ἐνδεικνυμένη. καθεσθεὶς δὴ πλησίον, Θάρσει θύγατερ, ἔλεγον· εὐτελὴς ἡ νόσος, καὶ ἰαθῆναι ῥαδία· βασκανία σου καθήψατο, τάχα μὲν καὶ ὅτε ἐπόμπευες, πλέον δὲ ὅτε ἐβράβευες. ἐγὼ δὲ καὶ ὑπονοῶ τὸν μᾶλλον βασκήναντα. Θεαγένης ἐστιν, ὁ τὸ ἐνόπλιον δραμών. οὐκ ἔλαθέ με παρατηρῶν σε πολλάκις, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἰταμώτερον ἐπιβάλλων. ἡ δὲ, Ἐκεῖνος μὲν, εἴτε οὕτως εἶδεν, εἴτε μὴ, πολλὰ χαιρέτω. τίνων δέ ἐστιν, ἢ πόθεν; ὅτι πολλοὺς ἑώρων περὶ αὐτὸν ἐπτοημένους. Ὡς μὲν Θετταλὸς τὸ γένος, ἔφθης ἀκούσασα

pite ad pedes Charicleae surſum ac deorſum ſubinde commovebam: & ſomnolenter, vel potius aniliter oſcitans, tandem deſii, cum multas quaſdam nugas in me & in puellam effudiſſem. Illa autem identidem caput commovebat, & ſubridebat, operam me ludere & morbum ignorare ſignificans. Aſſidens igitur propius, Eſto bono animo, filia, dicebam: morbus enim levis eſt, & curatu facilis: faſcinatio te impetivit haud dubie, cum pompae intereſſes; magis vero, cum praeeſſes certamini. Ego autem ſuſpicor, quis te faſcinaverit. Theagenes eſt, qui certavit armato curſu. Neque enim me latuit, quod in te ſaepius intentus eſſet, & oculos petulantius iniiceret. Illa autem: Ipſum, ſive ita me vidit, ſive non, multum valere iubeo. Ceterum cuias eſt, aut unde oriundus? videbam enim multos illum cum quodam ſtupore admirantes. Quod Theſſalus ſit genere, au-

καὶ τοῦ κήρυκος, ὅτε αὐτὸν ἀνηγόρευσεν. ἀναφέρει δὲ αὐτὸν εἰς Ἀχιλλέα πρόγονον, καί μοι ἐπαληθεύειν ἔοικεν, εἰ δεῖ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει τοῦ νεανίου τεκμαίρεσθαι πιστουμένῳ τὴν Ἀχίλλειον εὐγένειαν· πλὴν ὅσον οὐχ ὑπέρφρων οὐδ' ἀγήνωρ κατ' ἐκεῖνον, ἀλλὰ τῆς διανοίας τὸν ὄγκον ἡδύτητι καταπραΰνων. ἀλλὰ καίπερ τοιοῦτος ὤν, πάθοι δριμύτερα ὧν δέδρακεν, ἐπίφθονον ἔχων τὸ βλέμμα καί σε τῇ θέᾳ καταβασκήνας. Ὦ πάτερ, ἔφη, σοὶ μὲν χάρις ὑπεραλγοῦντι τὰ ἡμέτερα. τί δὲ καταρᾷ μάτην τῷ τάχα οὐδὲν ἠδικηκότι; νοσῶ γὰρ οὐ βασκανίαν, ἀλλ' ἑτέραν τινά, ὡς ἔοικε, νόσον. Εἶτα ἀποκρύπτεις, ἔφην, ὦ τέκνον, ἀλλ' οὐχὶ θαρσοῦσα λέγεις, ὅπως ἂν καὶ βοηθείας εὐπορήσαιμεν; οὐχὶ πατὴρ εἰμί σοι τὴν ἡλικίαν, καὶ πλέον τὴν εὔνοιαν; οὐ πατρὶ τῷ σῷ γνώριμος καὶ ὁμόψυχος; ἐκ-

disti antea ex praecone, quando ipsum renuntiavit. Refert vero Achillem generis auctorem, quod mihi vere sibi sumere videtur, coniecturam facienti ex proceritate & forma, Achilleam generositatem confirmante: praeterquam quod non est arrogans, neque insolens, sicut ille, sed animi ferociam & fastum suavitate lenit ac temperat. Quod cum ita sit, tamen acerbiora ipse patitur, quam intulit, defixus ipse invido oculo, & te contra adspectu infascinando. O pater, inquit, tibi quidem habeo gratiam, quod vicem nostram doles, & moleste fers: sed quid frustra imprecaris ei, qui nos nulla iniuria affecit? Neque enim fascinatione laboro, sed alio quodam, ut videtur, morbo. Quid igitur celas, inquam, filia, & non potius audacter exponis, quo facilius malo medeamur? An non pater sum tibi aetate, magis vero benevolentia? An non patri tuo notus, & iisdem animorum studiis coniunctus? Indica, quo labores: ha-

φαῖνε ὃ κάμνεις. ἔχεις ἐν ἐμοὶ τὸ πιστὸν, εἰ βούλει καὶ ἐνώμοτον. λέγε θαρσήσασα, μηδὲ χορήγει τῷ λυποῦντι μέγεθος σιωπῶσα. πάθος γὰρ ἅπαν τὸ μὲν ὀξέως γινωσκόμενον, εὐβοήθητον· τὸ δὲ χρόνῳ παραπεμπόμενον, ἐγγὺς ἀνίατον. τροφὴ γὰρ νόσων, ἡ σιωπή· τὸ δὲ ἐκλαλούμενον, εὐπαραμύθητον.

ϛ΄. Ὀλίγον οὖν ἐπισχοῦσα πρὸς ταῦτα, καὶ μυρίας τοῦ νοῦ τροπάς τε καὶ ὁρμὰς ἐκ τῶν ὄψεων ἐμφήνασα· Συγχώρησον, ἔφη, μοι τὸ τήμερον· ἀκούσῃ δὲ εἰσαῦθις, εἰ μὴ γνοίης προλαβὼν, ἅτε μαντικὸς εἶναι βουλόμενος. ἐξῄειν αὐτόθεν ἀναστὰς, ἐνδιδοὺς τῇ κόρῃ διαιτῆσαι ἐν τῷ μεταξὺ τῆς ψυχῆς τὸ αἰδούμενον. ὁ δὲ Χαρικλῆς ὑπήντα· καὶ, Τί φράζειν ἔχεις, ἠρώτα. Πάντα δεξιῶς, ἔλεγον· εἰς γὰρ τὴν ὑστεραίαν τοῦ μὲν ἐνοχλοῦντος πάθους ἀπαλλάξεται. [1] ἕτερον δέ τι τῶν σοι καθ'

bes me fidum, ſi velis, etiam iureiurando obſtrictum. Dic confidenter, neque dolori vires taciturnitate ſuppedites. Omnis enim affectio, quae cito cognoſcitur, facile curari poteſt; ſed quae tempore inveteraſcit, propemodum eſt inſanabilis. Alimentum eſt enim morborum, ſilentium: ceterum quod enuntiatur, leniri conſolatione facile poteſt.

VI. Paullulum igitur immorata ad haec, & varias animi inclinationes & affectus vultu declarans: Concede mihi, inquit, hodiernum diem; audies vero poſtea, niſi ipſe antea cognoveris, quandoquidem vaticinandi artis peritum te profiteris. Surrexi illico, ac diſcedens praecepi puellae, ut interim animi pudorem moderaretur. Charicles autem mihi occurrebat, &, Quid habes, quod dicas? quaerebat. Omnia fauſta, dicebam: cras enim dolore, qui illi moleſtus eſt, liberabitur. Et aliud quid-

1 Ἕτερον δέ τι --- εἰσκαλεῖν.) Commel. ſuppleta. Pro εἰσκαλεῖν Deſunt haec in Baſil. e Codd. a Vatican. εἰσβαλεῖν, vitioſe; &

ἡδονὴν ὑποστήσεται· κωλύει δὲ οὐδὲν καὶ ἰατρόν τινα εἰσκαλεῖν. ἀπέτρεχον ταῦτα εἰπὼν, τοῦ μή τι πλέον τὸν Χαρικλέα [1] πυθέσθαι. μικρὸν δὲ ὅσον τοῦ δωματίου προήκων, ὁρῶ τὸν Θεαγένην αὐτοῦ που περὶ τὸν νεὼν καὶ τὸν περίβολον εἰλούμενον, καὶ πρὸς ἑαυτὸν διαλεγόμενον, ὥσπερ ἀποχρῶν αὐτῷ καὶ μόνην τὴν οἴκησιν τῆς Χαρικλείας περισκοπεῖν. ἐκτραπόμενος οὖν παρήειν, ὥσπερ οὐχ ἑωρακώς. ὁ δὲ, Χαῖρε, εἶπεν, ὦ Καλάσιρι, καὶ ἄκουε· σὲ γάρ τοι περιέμενον. ἀνέστρεφον ἀθρόον· καὶ Θεαγένης, ἔλεγον, ὁ καλὸς, ἀλλ' οὐχ ἑωράκειν. Ποῖος καλὸς, ἔφη, ὁ Χαρικλείᾳ μὴ ἀρεστός. ἠγανάκτουν ἐγὼ μέχρι τῶν ὄψεων· καὶ, Οὐ παύσῃ ἔλεγον, ὑβρίζων ἐμέ τε καὶ τὴν ἐμὴν τέχνην, ὑφ' ἧς ἥλω-

piam, ex quo voluptatem magnam percepturus es, inceptabit. Interea nihil vetat, quo minus medicum accersi iubeas. Atque his dictis proripui me, ne plura ex me Charicles sciscitaretur. Et cum paullulum tantum progressus essem extra domunculam, video Theagenem ibidem circa templum & ambitum templi obambulantem, & secum colloquentem, tanquam bono se affectum putans, si vel habitaculum Charicleae videret. Deflectens igitur praeteribam, quasi illum non conspexissem. Ille autem, Salve, inquit, Calasiri, & audi: te enim exspectabam. Conversus subito, Ecce Theagenem, dicebam, formosum. Non hercle te animadverteram. Qui formosus, inquit, qui Charicleae non placeam? Simulabam vultu, me indignari: &, Non desines, dicebam, me & artem meam afficere contumelia, a qua iam illa

pro ἰατρὸν Xyland. ἰατρῶν, aeque recte.

1 Πυθέσθαι) Palat. Xyl. πυνθάνεσθαι. At Bas. πείθεσθαι, male. Eadem mox: αὐτῷ μόνον τὴν οἴκησιν π. At rectius Pal. & Vat. αὐτῷ καὶ μόνην τ. ο. quod etiam Commel. recepit.

κεν ἤδη καὶ ἐρᾷν σου κατηνάγκασται, καὶ ὁρᾷν ὥσπερ τινα τῶν κρειττόνων εὔχεται; Τί λέγεις, ἔφη, ὦ πάτερ· [1] ὁρᾷν ἐμὲ Χαρίκλεια; τί οὖν οὐκ ἄγεις ἤδη παρ' αὐτήν; καὶ ἅμα προέτρεχεν. ἐπιλαμβανόμενος οὖν τῆς χλαμύδος, Στῆθι, ἔφην, οὗτος, εἰ καὶ ὀξὺς δραμεῖν. οὐ γὰρ ἅρπαγμα τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ εὔωνον, καὶ τῶν ἐν μέσῳ τῷ βουλομένῳ προκείμενον, ἀλλὰ πολλῆς μὲν βουλῆς, ὥστε πρεπόντως ἀνυσθῆναι· πολλῆς δὲ διασκευῆς, ὥστε ἀσφαλῶς πραχθῆναι, δεόμενον. ἢ τὸν πατέρα τῆς κόρης ἠγνόηκας, ὡς Δελφῶν ἐστι τὰ πρῶτα; τοὺς δὲ νόμους οὐκ ἐννοεῖς, οἳ θάνατον τοῖς τοιούτοις ἐπιβάλλουσιν; Ἐγὼ, εἶπε, καὶ τελευτῶν οὐ διαφέρομαι, τυχὼν Χαρικλείας. ἀλλ' ὅμως, εἰ δοκεῖ, πρὸς γάμον αἰτῶμεν, τῷ πατρὶ προσιόντες. οὐ γὰρ δὴ μὴ ἀνάξιοί γε ὄντες τῷ Χαρικλεῖ κηδεύσομεν. Οὐκ ἂν τύ-

capta, & te amare coacta tanquam aliquem praestantiorem videre exoptet? Quid dicis, inquit, pater? videre me Chariclea? Quamobrem igitur non ducis ad ipsam? & simul procurrebat. Apprehendens igitur eum pallio, Sta hic, inquio, etiamsi valeas currendi celeritate. Neque enim est negotium hoc tanquam praeda, nec ad consequendum facile, & cuivis volenti expositum; sed magno consilio indiget, ut commode perfici, & magno apparatu, ut secure agi possit. An ignoras, quod pater virginis primum dignitatis locum Delphis obtinet? An non legum tibi venit in mentem, quae capitalem poenam in tales constituunt? Haud multum refert, inquit, etiamsi moriar, potitus Chariclea: sed tamen, si videtur, petamus illam in matrimonium a patre. Neque enim indigni sumus, qui cum Charicle affi-

1 Ὁρᾷν ἐμὲ Χαρίκλεια;) Sc. εὔχεται. At Bas. Χαρίκλειαν; tum oratio ita supplenda erit: λέγεις εὔχεσθαι ὁρᾷν ἐμὲ Χαρικλείαν; Codex vero Taur. ἐρᾷ μου Χαρίκλεια; male.

χοιμεν, ἔφην· οὐχ ὅτι τῶν κατά σέ τι δυνατὸν ἐπιμέμψασθαι, ἀλλ᾽ ὁ Χαρικλῆς ἀδελφῆς ἑαυτοῦ παιδὶ τὴν κόρην πάλαι κατηγγύησεν. Οἰμώξει, ἔφη Θεαγένης, ὅς τις ποτέ ἐστιν. οὐ γάρ τις, ἐμοῦ ζῶντος, ἕτερος θαλαμεύσει Χαρίκλειαν· οὐχ οὕτως ἥδε ἡ χεὶρ καὶ ξίφος τοὐμὸν ἀργήσει. Παῦσαι, ἔφην· οὐδενὸς δεήσει τοιούτου· μόνον ἐμοὶ πείθου, καὶ πράττειν ὡς ἂν ὑφηγήσωμαι. νῦν δὲ ἀποχώρει, καὶ φυλάττου συνεχῶς φαίνεσθαι πλησιάζων, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἡσυχίας καὶ μόνος ποιοῦ τὰς ἐντεύξεις. ἀπῄει κατηφής.

ζ'. Ὁ δὲ Χαρικλῆς εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐντυχὼν, ὁμοῦ τε εἶδε, καὶ προσδραμὼν ἐφίλει πολλὰ τὴν κεφαλήν· Τοῦτο σοφία, τοῦτο φιλία, συνεχῶς ἀναβοῶν. ἤνυσταί σοι μέγα ἔργον· ἑάλωκεν ἡ δυσάλωτος, καὶ νενίκηται ἡ δυσκαταμάχητος· ἐρᾷ Χαρίκλεια. πρὸς

nitatem contrahamus. Non obtinebimus, inquam: non quod aliquid in te reprehendi aut desiderari possit; sed Charicles sororis suae filio virginem iam pridem despondit. Plorabit, inquit Theagenes, quicunque tandem sit; neque quisquam alius, me vivo, in thalamos ducet Charicleam: non usque adeo manus haec & gladius cessabit meus. Desine, inquam: nulla re eiusmodi opus erit: tantum mihi obtempera, & fac, sicut ego praecepero. Nunc vero discede, & cave, ne saepius me convenire deprehendaris, sed quiete & solus mecum congredere. Abibat subtristis.

VII. Charicles autem postridie mihi factus obviam, quamprimum me vidit, accurrens, multoties caput osculabatur: Tantum valet sapientia, tantum amicitia, continuo exclamans: perfectum est a te magnum opus. Capta est, quae difficilis captu fuit: & victa est, inexpugnabilis antea. Amat Chariclea. Ad haec iactabun-

ταῦτα ἐθρυπτόμην, ἀνέσπων τε τὴν ὀφρὺν, καὶ βλακῶδες βαίνων, Εὔδηλον ἦν, ἔλεγον, ὡς οὐδὲ πρὸς τὴν πρώτην ἀνθέξει προσβολὴν ἐμοῦ, καὶ ταῦτα μηδενὶ τῶν μειζόνων ὀχλήσαντος. ἀλλὰ πόθεν, ὦ Χαρίκλες, ἐρῶσαν ἐγνωρίσατε; Σοὶ πεισθέντες, ἔφη. τοὺς γὰρ εὐδοκίμους τῶν ἰατρῶν, ὡς αὐτὸς ὑπέθου, παρακαλέσας, ἦγον εἰς τὴν ἐπίσκεψιν, ἀμοιβὴν τὴν προσοῦσαν οὐσίαν ὑπισχνούμενος, εἴ τι δύναιντο ἐπικουρεῖν. οἱ δὲ, ὡς τάχιστα εἰσῆλθον, ἠρώτων ὅ, τι πάσχοι. τῆς δὲ ἀποστρεφομένης, [1] καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους οὐδ' ὁτιοῦν ἀποκρινομένης, ἔπος δὲ Ὁμηρικὸν συνεχῶς ἀναβοώσης,

Ὦ Ἀχιλεῦ Πηλέως υἱὲ, μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν·

ὁ λόγιος Ἀκεστῖνος (οἶσθα δὲ δή που τὸν ἄνδρα) τῷ καρπῷ τὴν χεῖρα καὶ ἀκούσης ἐπιβαλὼν, ἀνακρίνειν ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας ἐῴκει τὸ πάθος, ὥσπερ, οἶμαι, τὰ καρδίας κινήματα μηνυούσης. οὐκ ὀλίγον τε χρόνον βα-

dus tollebam ſupercilia, & ſuperbe incedens, Minime dubium erat, dicebam, quod ne primum quidem impetum ſuſtinere poſſet, cum quidem adhuc nihil efficacius admoverim. Verum unde, Charicle, amantem deprehendiſtis? Exſequendo id, inquit, quod iuſſeras. Medicos enim probatae fidei, quemadmodum admonueras, advocatos in conſpectum puellae ducebam, praemii loco opes, quas haberem, pollicens, ſi illi adiumento eſſe poſſent. Illi autem quamprimum ingreſſi ſunt, interrogabant, ex quo laboraret? Hac vero averſa, & carmen Homericum exclamante,

Pelida o cunctis praeſtantior inter Achivos,

ſapiens Aceſtinus (noviſti fortaſſe virum) manum carpo etſi invitae admovens, videbatur ex arteria affectionem iudicare, cordis motus, ut exiſtimo, indicante.

1 Καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους οὐδ' ὁτιοῦν ἀποκρινομένης) Inſeruit haec Commelin. e Codd. Nam in Baſ. male omiſſa ſunt.

σανίσας τὴν ἐπίσκεψιν, ἄνω τε καὶ κάτω πολλὰ ἐπιθεωρήσας, Ὦ Χαρίκλες, ἔφη, περιττῶς ἡμᾶς ἐνθάδε εἰσκέκληκας. ἰατρικὴ γὰρ οὐδὲν ἂν οὐδαμῶς ἀνύσειε πρὸς ταύτην. ἐμοῦ δὲ, Ὦ Θεοὶ, τί τοῦτο λέγεις, ἀναβοήσαντος, οἴχεται οὖν μοι τὸ θυγάτριον, καὶ ἐλπίδος ἐκτὸς γέγονεν; Οὐ θορύβου δὴ, Φησὶν, ἀλλ' ἄκουε. καὶ παραλαβών με τῆς τε κόρης καὶ τῶν ἄλλων ἄποθεν, Ἡ καθ' ἡμᾶς, ἔφη, τέχνη σώματος πάθη θεραπεύειν ἐπαγγέλλεται· ψυχῆς δὲ οὐ προηγουμένως, ἀλλὰ τότε μόνον, ὅταν συμπάσχῃ μὲν τῷ σώματι κακουμένῳ, συνωφελῆται θεραπευομένῳ. τὸ δὲ τῆς κόρης, νόσος μὲν, ἀλλ' οὐ σώματος. οὐ γὰρ χυμῶν τις περιττεύει, οὐ κεφαλῆς ἄλγημα βαρύνει, οὐ πυρετὸς ἀναφλέγει, οὐκ ἄλλο τι τοῦ σώματος, οὐ μέρος, οὐχ ὅλον νοσεῖ που. τοῦτο, οὐκ ἄλλο τι, νομιστέον. ἐμοῦ δὲ λιπαροῦν-

Cumque non parvo tempore arteriam tentaſſet, & ſurſum deorſumque ſaepius contemplatus eſſet, O Chari-cles, inquit, fruſtra huc nos advocaſti. Medica enim nihil in hac profecerit opera. Me vero, o Dii, quid dicis? exclamante: perit igitur mihi filiola, & iam extra omnem ſpem ſalutis poſita eſt. Ne tumultueris utique, inquit, ſed audi. Cumque me abduxiſſet ſeorſum a puella & ab aliis: Noſtra, inquit, ars affecti corporis curationem profitetur, animi vero non principaliter, ſed tum tantum, cum corpore afflicto & ipſa affligitur; quae eadem, illo ſanato, ſimul convaleſcit. Ceterum puella morbo quidem laborat, ſed non corporis. Non enim humor aliquis redundat, non capitis dolor illam gravat, non febris inflammat, non aliud quidquam in corpore, neque pars, neque totum, morbo afficitur. Hoc profecto, neque aliud quidquam, pro vero habendum eſt. Me

τος, καὶ φράζειν εἴ τι κατέμαθεν ἀξιοῦντος· Οὐ γὰρ καὶ παιδὶ γνώριμον, ἔφη, ψυχῆς εἶναι τὸ πάθος, καὶ τὴν νόσον ἔρωτα λαμπρόν; οὐχ ὁρᾷς [1] ὡς κυλοιδιᾷ μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸ βλέμμα διέῤῥιπται, καὶ τὸ πρόσωπον ὠχριᾷ, σπλάγχνον οὐκ αἰτιωμένη, τὴν διάνοιαν δὲ ἀλύει, καὶ τὸ ἐπελθὸν ἀναφθέγγεται, καὶ ἀπροφάσιστον ἀγρυπνίαν ὑφίσταται, καὶ τὸν ὄγκον ἀθρόως καθῄρηται; ζητητέος σοι, Χαρίκλες, [2] ὁ ἰασόμενος (γένοιτο δ' ἂν) μόνος ὁ ποθούμενος. ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει. πρός σε δὲ ἐγὼ δρομαῖος τὸν ἐμὸν καὶ σωτῆρα καὶ θεὸν, ὃν μόνον ἐγὼ εὐεργετῆσαι δύνασθαι κἀκείνη γινώσκει. πολλὰ γοῦν ἐμοῦ δεομένου καὶ ἐξειπεῖν ὅ, τι πάσχοι παρακαλοῦντος, ἓν μόνον ἀπεκρίνατο, ὡς

autem obſecrante, & ut diceret, ſi quid intellexiſſet, poſtulante: An non, inquit, etiam ipſi puellae notum eſt, affectum eſſe animae, & morbum, amorem manifeſtum? An non vides, quod illi oculi turgeſcant, & vultus turbatus ſit, & facie palleat, de corde non conqueſta? ad haec animo errat, & quidvis oblatum loquitur, & vigilias abſque cauſa ſuſtinet, denique ſuccum corporis & iuſtam amplitudinem ſubito amiſit. Inquirendus eſt tibi, Charicles, ſi modo fieri poſſit, aliquis, qui illam ſanet. Praeſtiterit autem id ſolus is, cuius deſiderio flagrat. Haec cum dixiſſet, diſcedebat. Ad te autem ego curſim abii, meum ſervatorem, & Deum, quem ſolum mederi poſſe, & ego & illa agnoſcit. Nam me multis modis petente, &, ut diceret, quo angeretur, obſecran-

1 Ὡς κυλοιδιᾷ) Male antea duplici λ in omnibus Heliodori edd. ſcribebatur h. v. de quo vide eruditam Ruhnkenii notam ad Tim. p. 169, ed. II, ubi nec hunc locum neglexit.

2 Ὁ ἰασόμενος (γένοιτο δ' ἂν) μόνος) Mutila h. l. ed. Baſ. γένοιτ' ἂν μόνος, omiſſo ὁ ἰασόμενος, cuius erroris cauſa in extremis ſyll. τοῦ ἰασόμενος & τοῦ μόνος, eiuſdem fere ſoni, latet. Ceterum γένοιτο δ' ἂν uncis incluſi, perſpicuitatis gratia.

ἀγνοεῖ μὲν ὃ πέπονθεν, εἰδέναι δὲ ὡς Καλάσιρις ἂν ἰάσαιτο μόνος· καὶ εἰσκαλεῖν σε παρ' αὐτὴν ἱκέτευεν. ἐξ οὗ δὴ καὶ μάλιστα συνέβαλον, ὡς ὑπὸ τῆς σῆς σοφίας ἑάλωκεν. Ἆρ' οὖν ὥσπερ ὅτι ἐρᾷ, πρὸς αὐτὸν ἐγὼ, καὶ τὸ, τίνος, ἔχοις ἂν λέγειν; Οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω· ἔφη· πῶς γὰρ ἄν, ἢ πόθεν τοῦτο εἰδείην; ηὐχόμην δὲ Ἀλκαμένους αὐτὴν ἐρᾷν, ἢ πάντα χρήματα, τοῦ τῆς ἀδελφῆς παιδὸς τῆς ἐμῆς, ὃν πάλαι αὐτῇ νυμφίον, ὅσαγε εἰς βούλησιν ἥκειν τὴν ἐμὴν, κατηγγύησα. ἐμοῦ δὲ εἰπόντος ὡς ἔξεστι πεῖραν λαμβάνειν, εἰσάγοντα παρ' αὐτὴν καὶ δεικνύντα τὸ μειράκιον, ἐπαινέσας ἀπήει. καὶ περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν αὖθις μοι συντυχὼν, Ἀνιαρὸν ἀκούσῃ πρᾶγμα, ἔλεγεν· ἡ παῖς δαιμονᾷν ἔοικεν· οὕτως ἀλλόκοτόν τι τὸ κατ' αὐτήν. εἰσῆγον, ὡς ἐκέλευσας, τὸν Ἀλκαμένη καὶ ἁβρότερον ἐδείκνυον· ἡ δὲ,

te, hoc tantum reſpondit: ſe quidem ignorare, quid ſibi accidiſſet, perſuaſum autem habere, quod ſolus Calaſiris ſanare poſſet, &, ut te ad illam accerſerem, orabat. Unde coniecturam feci, tua eam ſapientia captam eſſe. An igitur tu, quod amore teneatur, inquam, & cuiuſnam, dicere audeas? Non, per Apollinem, inquit. Quomodo enim, aut unde hoc ſcirem? Optarem autem, illam prae omnibus divitiis Alcamenem amare, ſororis meae filium, quem iampridem ipſi, quatenus hoc mei arbitrii eſt, ſponſum deſignavi. Me autem hortante, ut periculum faceret, introducendo ad illam & oſtendendo adoleſcentem: collaudato conſilio, diſcedebat. Rurſus autem, quo tempore forum eſt refertum, mihi factus obviam, Audies rem acerbam & moleſtam, dicebat: filia inſanire videtur, adeo inuſitatum quiddam ei accidit. Introducebam, ſicut iubebas, Alcamenem, & delicatius exornatum oſtendebam. Illa autem, tanquam

ὥσπερ τὴν Γοργοῦς θεασαμένη κεφαλὴν, ἢ τι τῶν ἀτοπωτέρων, ὀξύ τι καὶ μέγα ἀνέκραγε, καὶ τὴν ὄψιν πρὸς θάτερα τοῦ οἰκήματος ἀπέστρεφε, καὶ τὰς χεῖρας ὡς βρόχον ἐπάγουσα τῷ τραχήλῳ διαχρήσασθαι ἠπείλει, καὶ ἐπώμνυεν, εἰ μὴ θᾶττον ἐξίοιμεν. ἐκείνης μὲν δὴ, καὶ λόγου θᾶττον, ἀπηλλάγημεν. τί γὰρ καὶ ἔδει ποιεῖν, ἀτοπίαν τοσαύτην ὁρῶντας; σοῦ δὲ ἱκέται καὶ πάλιν γιγνόμεθα, μήτ' ἐκείνην περιϊδεῖν ἀπολλυμένην, μήτε ἡμᾶς τῶν κατ' εὐχὰς ἀποτυγχάνοντας. Ὦ Χαρίκλες, ἔφην, οὐ διήμαρτες εἰπὼν δαιμονᾷν τὴν κόρην. ὀχλεῖται γὰρ ὑπὸ δυνάμεων ἃς αὐτὸς κατέπεμψα, καὶ τούτων οὐκ ἐλαχίστων· ἀλλ' [1] ὡς εἰκὸς ἦν ἐκείνῃ, ἃ μήτε ἐπεφύκει, μήτε ἐβούλετο, καταναγκάσαι πράττειν. ἀλλά μοι ἀντίθεός τις ἔοικεν ἐμποδί-

Gorgonis conſpecto capite, aut aliqua re adhuc magis formidabili, alta & acuta voce exclamavit, & vultum ad aliam partem conclavis avertit, & manus tanquam laqueum collo admovens, ſe ſibi mortem conſcituram eſſe minabatur: & iureiurando confirmabat, ſeſe facturam, niſi quamprimum exiremus. Ab illa quidem vel dicto citius diſceſſimus: quid enim faciundum fuit, rem tam prodigioſam videntibus? Tibi autem ſupplices iterum ſumus, neve illam interire, neve nos voto noſtro fruſtrari patiaris. O Chariclès, inquam, haud falſo dixiſti, inſanire puellam. Commovetur enim a daemonibus, quos illi immiſi, iiſque non minimis, ſed qui illam, ut conveniebat, ad ea facienda, a quibus & natura & animi conſtitutione abhorrebat, cogerent. Sed mihi videtur contrarius quiſpiam Deus impedire negotium, &

1 Ὡς εἰκὸς ἦν ἐκείνῃ) Ita Baſ. At Vat. & Xyl. pro ἐκείνῃ legunt ἐκείνην· qui accuſativus ſi retineatur, libens ὡς in αἷς mutaverim, ut ad δυνάμεων referatur. Canterus in ſuo Syntagmate ὡς in ἃς convertit. *Commel.* Planior utique erit locus, ſi ἐκείνην legas; ſed & ἐκείνῃ bene locum ſuum tuetur, ſive praeced. ſive ἐπεφύκει iungas.

ζειν τὴν πρᾶξιν, καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς ἐμοὺς ὑπηρέτας. ὥστε ὥρα σοι πάντως ἐπιδεικνῦναι μοι τὴν ταινίαν, ἣν τῇ παιδὶ συνεκτεθεῖσαν ὑποδεδέχθαι μετὰ τῶν ἄλλων γνωρισμάτων ἔλεγες· ὡς ἔγωγε δέδοικα, μή τινος ἐμπέπλησται γοητείας, καὶ μαγγανείας τυγχάνει τραχυνούσης τὴν ψυχὴν ἀνάγραπτος, ἐχθροῦ τινος αὐτὴν ἐξαρχῆς ἀνέραστον ἀποβιῶναι καὶ ἄγονον ἐπιβουλεύσαντος.

η΄. Ἐπῄνει ταῦτα· καὶ ἧκε Φέρων οὐ μετὰ πολὺ τὴν ταινίαν· [1] ἐνδοῦναι δή μοι σχολὴν πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὡς εἶχον πειθόμενον, ἐλθών τε οὗ κατηγόμην, οὐδὲ ὅσον ἐλάχιστον ὑπερθέμενος, ἐπελεγόμην τὴν ταινίαν γράμμασιν Αἰθιοπικοῖς, οὐ δημοτικοῖς, ἀλλὰ βασιλικοῖς ἐστιγμένην, ἃ δὴ τοῖς Αἰγυπτίων ἱερατικοῖς καλουμένοις ὁμοίωνται. καὶ ἐπερχόμενος, τοιάδε ηὕρισκον τὸ γράμ-

meis miniſtris adverſari. Quamobrem tempus eſt omnino, ut mihi faſciam oſtendas, quam cum filia expoſitam, te cum ceteris indiciis recepiſſe dicebas. Quam metuo, ne praeſtigiis aliquibus imbuta ſit, & impoſturis exacerbantibus animam picta! dum inimicus aliquis illi ſtatim ab initio, ut aliena ab amore, & abſque prole totum tempus vitae degeret, ita inſidias ſtruere voluerit.

VIII. Approbabat haec, & paullo poſt afferebat faſciam. Tempus mihi ab illo dari peto: obſequitur. Ego ad hoſpitem reverſus, ne vel tantillum quidem differens, faſciam perlegi, literis Aethiopicis non vulgaribus, ſed regiis, notatam, quae Aegyptiis, ſacris cognominatis, ſunt ſimiles. Et cum percurrerem, talia quaedam inve-

1 Ἐνδοῦναι δή μοι --- ἐπελεγόμην τὴν ταινίαν) Tota haec ῥῆσις plane abeſt ab ed. Baſ. & Interpr. quae mutilatio inde orta videtur, quod librariorum oculi ad poſterius v. ταινίαν aberrarint, ſicque, quae media poſita eſſent, plane omitterent.

μα διηγούμενον· ΠΕΡΣΙΝΑ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΑΙΘΙΟΠΩΝ, τῇ ὅ, τι δὴ κληθησομένῃ, καὶ μέχρι μόνων ὠδίνων θυγατρὶ δῶρον ἔσχατον χαράττω τόνδε τὸν ἔγγραφον θρῆνον. ἐπάγην, ὦ Κνήμων, ὡς τοῦ Περσίνης ὀνόματος ἤκουσα. τὰ δὲ ἑξῆς ὅμως ἐπελεγόμην, ὄντα τοιάδε· Ὡς μὲν οὐδὲν ἀδικοῦσα, παιδίον, ὅτε σε γενομένην ἐξεθέμην, οὐδὲ πατέρα τὸν σὸν Ὑδάσπην τὴν σὴν θέαν ἀπεκρυψάμην, ἐπικεκλήσθω μάρτυς ὁ γενάρχης ἡμῶν Ἥλιος. ἀλλ' ὅμως ἀπολογοῦμαι πρός τε σέ ποτε, θύγατερ, εἰ περισωθείης, πρός τε τὸν ἀναιρησόμενον, εἴ τινά σοι θεὸς ἐπιστήσειε, πρός τε αὐτὸν ὅλον τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, ἀνακαλύπτουσα τὴν αἰτίαν τῆς ἐκθέσεως. ἡμῖν πρόγονοι θεῶν μὲν Ἥλιός τε καὶ Διόνυσος· ἡρώων δὲ Περσεύς τε καὶ Ἀνδρομέδα, καὶ Μέμνων ἐπὶ τούτοις. οἱ δὴ τὰς βασιλείους αὐλὰς κατὰ καιροὺς ἱδρυσάμενοι, ταῖς ἀπὸ τούτων γραφαῖς ἐκόσμησαν.

ni ſcriptum exponere: *Perſina Regina Aethiopum*, quodcunque tandem cognomen habiturae, & ſolis doloribus filiae, donum ultimum exaro hanc inſcriptam lamentationem. Obrigui, Cnemon, poſtquam nomen Perſinae audivi; attamen ea, quae ſequebantur, legebam, quae erant talia: Quod ob nullum ſcelus, filiola, te natam expoſui, & patrem tuum Hydaſpem conſpectum tuum celavi, teſtis mihi ſit Sol, auctor noſtri generis: verumtamen excuſatam iri me tibi aliquando cupio, filia, ſi ſuperſtes manſeris, & ei, qui te ſublaturus eſt, ſi quem Deus adduxerit, ceteriſque hominibus, retegens cauſam expoſitionis. Nobis maiores ex Diis quidem ſunt, Sol & Bacchus. Porro ex numero heroum, Perſeus & Andromeda, & Memnon poſt hos. Hi igitur, qui regia domicilia ſucceſſu temporis exſtruxerunt, picturis ea, ſumtis ab illorum rebus geſtis, exornarunt. Ac aliorum qui-

τὰς μὲν δὴ τῶν ἄλλων εἰκόνας τε καὶ πράξεις ἀνδρῶσί τε καὶ περιδρόμοις ἐνέγραφον· τοὺς δὲ θαλάμους τοῖς Ἀνδρομέδας τε καὶ Περσέως ἔρωσιν ἐποίκιλλον. ἐνταῦθα ποτὲ ἡμᾶς δεκάτου παρήκοντος ἔτους, ἐξ οὗ με γαμετὴν Ὑδάσπης ἐγνώρισεν, οὔ ποτε παιδῶν ἡμῖν γεγονότων, ἠρεμεῖν τὸ μεσημβρινὸν συνέβαινεν, ὕπνου θερινοῦ κατακλίναντος· καί μοι καὶ προσωμίλει τότε ὁ πατὴρ ὁ σὸς, ὄναρ αὐτῷ τοῦτο κελεύειν ἐπομνύμενος· ᾐσθόμην τε παραχρῆμα κυοφορήσασα τὴν καταβολήν. ὁ μὲν δὴ μέχρι τοῦ τόκου χρόνος, ἑορτὴ πάνδημος ἦν, καὶ χαριστήριοι θυσίαι τοῖς θεοῖς, ὡς τοῦ βασιλέως διάδοχον τοῦ γένους ἐλπίζοντος. ἐπειδὴ δέ σε λευκὴν ἀπέτεκον, ἀπρόσφυλον Αἰθιόπων χροιὰν ἀπαυγάζουσαν, ἐγὼ μὲν τὴν αἰτίαν ἐγνώριζον, ὅτι μοι παρὰ τὴν ὁμιλίαν τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα, προσβλέψαι τὴν Ἀνδρομέδαν ἡ γραφὴ παρασχοῦσα, καὶ πανταχόθεν ἐπιδεί-

dem imagines & res geſtas in habitaculis virorum & porticibus depinxerunt; thalamos autem Andromedae Perſeique amoribus variarunt. Ibi aliquando nos, decimo iam elapſo anno, poſtquam me Hydaſpes uxorem cognovit, necdum eſſent nobis liberi, ſub meridiem quieſcere contigit, ſomno aeſtivo compellente. Tum quoque mecum rem habuit pater tuus, ſomnium illi hoc praecipere iurans: & ſenſi me continuo gravidam eſſe. Tempus igitur uſque ad partum feſti publici inſtar erat, & ſacrificia gratiarum actionis ergo Diis fiebant, tanquam rege ſperante ſucceſſorem generis. Poſtquam autem te albam peperi, inuſitatum Aethiopibus colorem referentem, ego quidem cauſam cognoſcebam, quod cum adſpectui, in conſuetudine cum viro, pictura Andromedam obtuliſſet, & undiquaque oſtendiſſet nu-

ξασα γυμνὴν, (ἄρτι γὰρ αὐτὴν ἀπὸ τῶν πετρῶν ὁ Περσεὺς κατῆγεν) ὁμοειδὲς ἐκείνῃ [1] τὸ σπαρὲν οὐκ εὐτυχῶς ἐμόρφωσεν. ἔγνων οὖν ἐμαυτήν τε ἀπαλλάξαι τοῦ μετ᾽ αἰσχύνης θανάτου, (πεπεισμένη τὴν σὴν χροιὰν μοιχείαν ἐμοὶ προσάψουσαν· οὐ γὰρ πιστεύσειν οὐδένα λεγούσῃ τὴν περιπέτειαν·) καί σοι τὸ ἐκ τῆς τύχης ἀμφίβολον χαρίσασθαι, θανάτου προδήλου, ἢ πάντως ὀνόματος νόθου προτιμότερον γενομένῃ· σέ τε τεθνᾶναι παραχρῆμα πρὸς τὸν ἄνδρα πλασαμένη, λάθρα καὶ ἀπορρήτως ἐξεθέμην, ὅσον πλεῖστον ἠδυνάμην πλοῦτον τῷ περισώζοντι μισθὸν συνεκθεμένη, ἄλλοις τέ σε κοσμήσασα, καὶ ταινίᾳ τῇδε, καὶ ἐλεεινῷ διηγήματι τῷ σῷ κἀμαυτῆς ἐνειλήσασα, ἣν ἀπὸ δακρύων τῶν ἐπί σοι καὶ αἵματος ἐχάραττον ὁμοῦ πρωτότοκος καὶ πολύθρηνος γενομένη. ἀλλ᾽, ὦ γλυκεῖα, καὶ μέ-

dam, (tum primum enim eam Perſeus ex rupibus deducebat) ſimilis illi foetus infeliciter efformatus eſt. Igitur ſtatui & me ipſam liberare ignominioſa morte, pro certo habens, tuum colorem adulterii crimen mihi conciliaturum, nec quemquam crediturum eſſe caſum exponenti; & te fortunae (etſi dubiae, morti tamen manifeſtae, aut omnino ſpurio nomini, praeferendae) tradere: teque mortuam eſſe continuo apud virum fingens, clanculum & occulte expoſui; quam maximas opes potui, praemium ei, qui te ſuſtuliſſet, una exponens, & cúm aliis rebus te ornans, tum hac faſcia, & miſerabili narratione tuae meaeque conditionis, involvens, quam lacrimis propter te profuſis & ſanguine notavi, cum ſimul primo enixa eſſem, & in multiplicem luctum incidiſſem. Ceterum, o ſuavium, & ad exiguum

1 Τὸ σπαρὲν) Inepte interpres ſimile illi *in praeſentia*; quod nos legiſſe videtur τὸ παρὸν, vertens: ſuſtulimus.

χρις ὥρας θύγατηρ, ὅπως, εἰ περιγένοιο, μεμνήσῃ τῆς εὐγενείας, τιμῶσα σωφροσύνην, ἣ δὴ μόνη γυναικείαν ἀρετὴν χαρακτηρίζει, καὶ φρόνημα βασίλειον, καὶ πρὸς τοὺς φύντας ἀναφέρον ἀσκοῦσαν· μεμνήσῃ δὲ πρὸ πάντων τῶν συνεκτεθέντων σοι κειμηλίων, δακτύλιόν τινα ἐπιζητεῖν, καὶ σεαυτῇ περιποιεῖν, ὃν πατήρ ὁ σὸς ἐμοὶ παρὰ τὴν μνηστείαν ἐδωρήσατο, βασιλείῳ μὲν συμβόλῳ τὸν κύκλον ἀνάγραπτον, λίθῳ δὲ παντάρβῃ καὶ ἀποῤῥήτῳ δυνάμει τὴν σφενδόνην καθιερωμένον. ταῦτά σοι διείλεγμαι, τὸ γράμμα διάκονον εὑραμένη, τὰς ἐμψύχους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὁμιλίας τοῦ δαίμονος στερήσαντος· τάχα μὲν κωφὰ καὶ ἀνήνυτα, τάχα δὲ καὶ εἰς ὄφελός ποτε ἥξοντα· τὸ γὰρ ἄδηλον τῆς τύχης ἀνθρώποις ἄγνωστον· καὶ ἔσται σοι τὰ τῆς γραφῆς, (ὦ μάτην ὡραία, καὶ ἔγκλημα τὸ κάλλος ἐμοὶ προσάψασα) εἰ μὲν περισωθείης, γνωρίσματα· εἰ δ', ὅπερ

tempus filia, ſi ſuperſtes fueris, memineris praeclari tui ortus, colens pudicitiam, quae ſola muliebris virtutis & animi regii character eſt: & parentes imitare, eam exercens. Memineris autem ante omnia, ut inter pignora tecum expoſita, annulum quendam obſerves, & tibi vindices, quem pater tuus mihi, cum illi deſponſarer, donavit, regio quidem ſigno in circulo ſculptum, lapide autem Pantarbe, & occulta vi praedito, in pala conſecratum. Haec tecum ſum locuta, literis, quibus hoc efficerem, uſa, cum me numen vivo colloquio & adſpectu tuo privaverit: quae ut forte muta & irrita, forte tamen uſui aliquando erunt. Quid enim fortuna ferat, hominibus ignotum eſt. Denique haec, quae ſunt a me ſcripta, o nequidquam formoſa, quae nobis crimen forma conciliaſti, ſiquidem ſervata fueris, indicia tibi

καὶ ἀκοὴν λάθοι τὴν ἐμὴν, ἐπιτύμβια καὶ μητρὸς ἐπικήδεια δάκρυα.

θ'. Ταῦτα, ὦ Κνήμων, ὡς ἀνέγνων, ἐγνώριζον μὲν, καὶ τὴν ἐκ θεῶν οἰκονομίαν ἐθαύμαζον· ἡδονῆς δὲ ἅμα καὶ λύπης ἐνεπλήσθην· καὶ πάθος τι καινότερον ὑπέστην, ὁμοῦ δακρύων καὶ χαίρων, διαχεομένης μὲν τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν τῶν ἀγνοουμένων εὕρεσιν, καὶ τῶν χρησθέντων ἤδη τὴν ἐπίλυσιν, ἀδημονούσης δὲ πρὸς τὴν τῶν ἐσομένων ἔκβασιν, καὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον οἰκτιζούσης, ὡς ἄστατόν τι καὶ ἀβέβαιον, καὶ ἄλλοτε πρὸς ἄλλα τρεπόμενον, τότε δὲ ὑπερβαλλόντως ταῖς Χαρικλείας τύχαις γνωριζόμενον. εἰσῄει γάρ με πολλῶν ἔννοια, τίνων μὲν γενομένη, τίνων ἐνομίσθη, πόσῳ δὲ τῷ μεταξὺ τῆς ἐνεγκούσης ἀπήχθη· κεκλήρωτο δὲ θυγατρὸς ὄνομα νόθου, ἀποβαλοῦσα τὸ γνήσιον Αἰθιόπων καὶ βασίλειον γένος. ἐπιπολύ τε ἀμφίβολος εἱστήκειν,

erunt: ſin, quod utinam ſemper aures meas lateat, ſepulcrales matris & funebres lacrimae.

IX. Haec poſtquam legi, Cnemon, cognoſcebam, & Deorum gubernationem admirabar, ac voluptate ſimul & dolore implebar, & affectu quodam novo detinebar, lacrimans ſimul & gaudens, ſoluto in laetitiam animo propter eorum, quae antea fuerant ignota, inventionem, & oraculi mentem nunc patefactam; ceterum anxio de eventu conſequentis temporis, & humanam vitam miſerante, ut rem quandam inſtabilem & infirmam, & alias alio inclinantem, tunc autem inprimis ex fortuna Charicleae cognitam. Subibat enim multarum rerum cogitatio, ex qualibus orta, qualium putaretur, quanto locorum intervallo a patria eſſet abducta, & ſortita filiae adulterinum nomen, amiſſo nativo Aethiopum & regio genere. Denique diu ſteti anceps, cum

τῶν μὲν παρελθόντων οἰκτείρειν ἔχων, τῶν δὲ ἐσομένων εὐδαιμονίζειν οὐ θαρσῶν, ἕως τὸν λογισμὸν πρὸς τὸ νῆφον ἀνακαλεσάμενος, ἔγνων μὴ διαμέλλειν, ἀλλ' ἔργου ἔχεσθαι· καὶ παρὰ τὴν Χαρίκλειαν ἐλθὼν, καταλαμβάνω μόνην, ἀπειρηκυῖαν ἤδη πρὸς τὸ πάθος, καὶ τῷ μὲν φρονήματι βιαζομένην ἀναφέρειν, τῷ σώματι δὲ πάντῃ πεπονημένην, ἐνδόντι πρὸς τὴν νόσον, καὶ ἀντέχειν ἀσθενήσαντι πρὸς τὸ δεινόν.

ι'. Μεταστησάμενος οὖν τοὺς παρόντας, καὶ μηδένα διοχλεῖν ἐπιστείλας, ὡς δή τινας εὐχὰς καὶ ἐπικλήσεις τῇ κόρῃ προσάξων, Ὥρα σοι, ἔφην, ὦ Χαρίκλεια, λέγειν ὃ πάσχεις· οὕτω γὰρ ὑπέσχου τῇ προτεραίᾳ· καὶ μὴ κρύπτειν ἄνδρα, σοί τε εὐνοῦν, καὶ γνῶναι τὰ πάντα καὶ σιωπώσης οὐκ ἀδύνατον. ἡ δὲ λαβομένη μου τῆς χειρὸς, ἐφίλει τε καὶ ἐπεδάκρυε· καὶ, Ὦ σοφὲ

merito ſortem illius praeteritam miſerari & deplorare poſſem, futuram autem praedicare & laudare non auderem: donec tandem revocato ad ſobrietatem animo, ſtatui non cunctandum eſſe, ſed continuandum inceptum negotium. Et cum ad Charicleam veniſſem, deprehendo ſolam iam prorſus affectu feſſam, & animo quidem eluctari conantem, corpore autem omnino afflictam, morboque oppreſſam, cui magno impetu ingruenti reſiſtere amplius nequiviſſet.

X. Cum igitur procul removiſſem eos, qui aderant, &, ne quiſquam tumultuaretur, imperaſſem, tanquam preces quaſdam & invocationes puellae admoturus: Tempus adeſt, inquio, Chariclea, (ſic enim pridie promiſiſti) dicendi, quo malo afficiaris, neque celandi virum, qui tibi bene cupiat, qui etiam, te vel tacente, omnia ſcire poſſit. Illa autem apprehenſam meam manum oſculabatur, & illacrimabat: &, O ſapiens Calaſiri, da mihi

Καλάσιρι, τοῦτο πρῶτον εὐεργέτησον, ἔλεγεν· ἔασόν με σιωπῶσαν δυστυχεῖν· αὐτὸς ὡς βούλει, γνωρίσας τὴν νόσον· καὶ τὴν γοῦν αἰσχύνην κερδαίνειν κρύπτουσαν, ἃ καὶ πάσχειν αἰσχρὸν, καὶ ἐκλαλεῖν αἰσχρότερον. ὡς ἐμέ γε λυπεῖ μὲν καὶ ἡ νόσος ἀκμάζουσα, πλέον δὲ τὸ μὴ κρατῆσαι τῆς νόσου τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἡττηθῆναι πάθους, ἀπειρημένου μὲν ἐμοὶ τὸν πρὸ τούτου πάντα χρόνον· λυμαινομένου δὲ, καὶ μέχρις ἀκοῆς, τὸ παρθενίας ὄνομα σεμνότατον. ἐπιρρωννὺς οὖν αὐτὴν, Ὦ θύγατερ, ἔφην, δυοῖν ἕνεκα εὖ ποιεῖς, ἀποκρύπτουσα τὰ κατὰ σαυτήν. ἐγώ τε γὰρ οὐδὲν δέομαι μανθάνειν, ἃ πάλαι παρὰ τῆς τέχνης ἔγνωκα· σὺ δὲ εἰκότα πάσχεις, ἐρυθριῶσα λέγειν ἃ γυναιξὶ κρύπτειν εὐπρεπέστερον. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἅπαξ ἔρωτος ἐπῄσθου, καὶ φανείς σε Θεαγένης ᾕρηκε, (τοῦτο γὰρ ὀμφή μοι θεῶν ἐμήνυσε) σὺ μὲν ἴσθι μὴ μόνη καὶ πρώτη τὸ πάθος

hoc, primum dicebat: ſine me tacentem infelicem eſſe: tute ipſe, ſi lubet, morbum exploraveris: & hoc ſaltem lucrifacere, quod ea celem, quorum me pudet, quae cum pati turpe, tum enuntiare multo turpius eſt. Me autem etſi dolore afficit morbus invaleſcens, tamen illud magis, quod initio morbum non ſuperarim, ſed victa ſim ab affectu, qui mihi ſemper ante hoc tempus odioſus fuit, & vel auditu ipſo venerandum virginitatis nomen contaminat. Confirmans igitur ipſam, O filia, inquibam, duabus de cauſis recte facis, quod premis, quae te affligunt. Neque enim mihi opus eſt ut ea cognoſcam, quae iampridem ex arte mihi ſunt nota: & non abs re tibi accidit, ut erubeſcas ea dicere, quae mulieres occultare magis decet. Sed quoniam ſemel amorem ſenſiſti, & Theagenes conſpectus te cepit, (hoc enim vaticinium divinum mihi indicavit) tu quidem ſcito, te

ὑποστᾶσα, ἀλλὰ σὺν πολλαῖς μὲν γυναιξὶ τῶν ἐπισήμων, σὺν πολλαῖς δὲ παρθένοις τῶν τὰ ἄλλα σωφρόνων. μέγιστος γὰρ θεῶν ὁ Ἔρως, καὶ ἤδη καὶ θεῶν αὐτῶν ποτε κρατεῖν λεγόμενος. ἐπισκόπει δὲ, ὅπως ἄριστα διαθήσῃ τὰ παρόντα. ὡς τὸ μὲν ἀπείρατον γενέσθαι τὴν ἀρχὴν ἔρωτος, εὔδαιμον· τὸ δὲ, ἁλόντα, πρὸς τὸ σῶφρον τὸ βούλημα περιποιῆσαι, σοφώτατον. ὃ δὴ καὶ σοὶ βουλομένῃ πιστεύειν ἔξεστι, καὶ τὸ μὲν ἐπιθυμίας αἰσχρὸν ὄνομα διώσασθαι, τὸ δὲ συναφείας ἔννομον συνάλλαγμα προελέσθαι, καὶ εἰς γάμον τρέψαι τὴν νόσον.

ια΄. Ἱδρῶτι πολλῷ διεῤῥεῖτο τούτων εἰρημένων, ὦ Κνήμων· καὶ δήλη παντοίως ἦν, χαίρουσα μὲν ἐφ' οἷς ἤκουσεν, ἀγωνιῶσα δὲ ἐφ' οἷς ἤλπιζεν, ἐρυθριῶσα δὲ ἐφ' οἷς ἑάλωκεν. οὐκ ὀλίγον οὖν ἐφησυχάσασα χρόνον,

non ſolam, neque primam hunc affectum experiri, ſed cum multis illuſtribus feminis, cum multis quoque virginibus, alioqui pudicis. Maximus enim Deorum eſt Amor, ac ipſos etiam Deos interdum ſuperare dicitur. Ceterum conſidera, quo pacto optime tuas res in praeſentia conſtituas. Siquidem expertem eſſe amoris initio, beatitudo quaedam eſt: at ubi captus ſis, ad moderationem ut animum revoces, ſapientiae eſt maximae. Quod & tibi, ſi credere volueris, licet: cupiditatis nimirum turpe nomen repellere, coniugii autem legitimum vinculum amplecti, & in matrimonium vertere morbum.

XI. Sudore multo manabat poſt haec dicta, Cnemon: & manifeſtum erat omnino, quod laetaretur iis, quae audierat; ſollicita eſſet autem, & anxia, de iis, quae ſperabat; denique erubeſceret, conſcientia eorum, quae in ea deprehendiſſem. Cum igitur non parvo temporis

Ὦ πάτερ, ἔφη, γάμον ὀνομάζεις, καὶ τοῦτον αἱρεῖσθαι προτρέπεις, ὥσπερ δῆλον ὄν, ἢ τὸν πατέρα συνθήσομενον, ἢ τὸν ἐμοὶ πολέμιον ἀντιποιησόμενον. Τὸ μὲν κατὰ τὸν νεανίαν, ἔρρωται ἡμῖν, ἔφην· καὶ πλέον ἢ σὺ τάχα κἀκεῖνος ἑάλωκεν, ἀπὸ τῶν ὁμοίων σοι κεκινημένος. ὡς γὰρ ἔοικεν, αἱ ψυχαὶ πῶς ὑμῖν ἀπὸ πρώτης ἐντεύξεως, τὰς ἀλλήλων ἀξίας ἐγνώρισαν καὶ πρὸς τὸ ἴσον πάθος κατηνέχθησαν· ἐπέτεινα δὲ αὐτῷ κἀγὼ, σοὶ χαριζόμενος, σοφίᾳ τὴν ἐπιθυμίαν. ὁ δὲ νομιζόμενός σοι πατὴρ, ἄλλον εὐτρεπίζεται νυμφίον, Ἀλκαμένην, ὃν οὐκ ἠγνόηκας. ἡ δὲ, Ἀλκαμένει μὲν, ἔφη, τάφον πρότερον ἢ γάμον τὸν ἐμὸν εὐτρεπιζέτω. ἐμὲ γὰρ ἢ Θεαγένης ἄξεται, ἢ τὸ τῆς εἱμαρμένης διαδέξεται. σὺ δ᾽, ὅτι μὴ ἔστι μοι πατὴρ, ἀλλὰ νομίζεται, Χαρικλῆς, ἱκετεύω, λέγε, πόθεν ἐγνώρισας. Ἐκ ταύτης,

ntervallo quieviſſet: O pater, inquit, matrimonium ıominas, & hoc amplecti iubes, tanquam manifeſtum ːſſet, aut patrem aſſenſurum eſſe, aut inimicum meum llud ambiturum. Quod ad adoleſcentem attinet, firmum ːſt, inquibam. Magis etiam ille, quam tu, captus eſt, ſinili ratione commotus. Siquidem, ut eſt conſentaneum, nimae utriuſque veſtrûm, primo congreſſu mutuo aeſtimare ſe didicerunt, & in parem affectum ſunt delaıſae: auxi vero & ego ipſe, tibi gratificans, illius cuıiditatem. Ceterum qui putatur tuus eſſe pater, alium ibi parat ſponſum, Alcamenem, tibi non ignotum. Illa utem: Alcameni quidem ſepulcrum prius, quam matriıonium meum, paret. Me enim aut Theagenes ducet, ut id, quod eſt fatale, excipiet. Tu vero unde cognoveis, quod non ſit meus pater, ſed putetur, Charicles, uaeſo expone. Ex hac, inquam, taenia; ſimul eam de-

ἔφην, ἐπιδείξας τὴν ταινίαν. Ἔσχες δὲ πόθεν, ἢ ὅπως; ἐξ οὗ γάρ με κατὰ τὴν Αἴγυπτον παρὰ τοῦ θρεψαμένου λαβὼν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως δεῦρο ἤγαγεν, ἀφελόμενος εἶχεν ἀποκειμένην [1] ἐν κιστίδι, τοῦ μὴ τὸν χρόνον αὐτῇ λυμήνασθαι. Τὸ μὲν ὅπως ταύτην ἐκομισάμην, εἰσαῦθις, ἔφην, ἀκούσῃ. τὸ δὲ παρὸν, εἰ τὰ ἐγγεγραμμένα γνωρίζεις, εἰπέ μοι. τῆς δὲ, οὐκ εἰδέναι πόθεν, ὁμολογούσης· Γένος, ἔλεγον, καὶ ἔθνος τὸ σὸν καὶ τύχην φράζει. ὡς δὲ, ἀνακαλύπτειν ὅσα ἔχω γινώσκειν, ἱκέτευεν, ἔλεγον ἅπαντα, τήν τε γραφὴν ἐπιὼν ἐν μέρει, καὶ πρὸς ἔπος ἑρμηνεύων.

ιβ΄. Ὡς δὲ ἐγνώρισεν [2] ἑαυτὴν, καὶ τὸ φρόνημα διαναστᾶσα, πλέον τῷ γένει προσέδραμε· καὶ, Τί οὖν χρὴ ποιεῖν, ἠρώτα. τότε ἤδη συμβουλῆς τῆς φανερωτέρας

monſtrans. Unde autem eam adeptus es, aut quo modo? Poſtquam enim me in Aegypto a nutritio acceptam, neſcio quomodo huc adduxit, abſtrahens illam a me, repoſitam in ciſtella aſſervavit, ne temporis iniuria corrumperetur. Quomodo recuperaverim, inquam, deinceps audies. In praeſentia vero, an ea, quae illi inſcripta ſint, ſcias, dic mihi. At cum illa neſcire ſe confiteretur: Genus, dicebam, & gentem, & fortunam tuam exponit. Denique ut aperirem illi, quae ſcirem, obſecranti, referebam omnia, alternis ſcriptum legens, & ad verbum interpretans.

XII. Poſtquam autem, unde orta eſſet, agnovit, & animum erexit, magis ad genus ſuum ferebatur, &, Quid facere oportet? interrogabat. Iam tum conſilium mani-

1 Ἐν κιστίδι) Omnes Codd. cum ed. Baſ. ἐν κυστίδι, quod abſonum h. l. Schottus volebat κίστῃ, vel ξυστίδι. Nos Commelini emendationem proxime ad vulgatam lectionem accedentem recipere non dubitavimus.

2 Ἑαυτὴν, καὶ τὸ φρόνημα διαναστᾶσα) Ita Palat. & Vatic. At Xyl. ἑαυτῇ, καὶ τὸ φρ. διαναστάσασα. Baſ. διαναστᾶσαι.

ἠρχόμην, ἅπαντα, ὡς ἔσχεν, ἀνακαλύπτων. Ἐγὼ, λέγω, ὦ θύγατερ, ἦλθον καὶ εἰς Αἰθίοπας, ἐπιθυμίᾳ τῆς παρ' ἐκείνοις σοφίας. ἐγενόμην καὶ Περσίνῃ τῇ σῇ μητρὶ γνώριμος· οἰκειοῦται γὰρ ἀεὶ τὸ σοφῶν γένος ἡ βασίλειος αὐλή· καὶ ἄλλως εἶχόν τι καὶ δόξης πλέον, τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν προσθήκῃ τῆς Αἰθιόπων ἐκθειάζων. ἐπεὶ δὲ ἀπαίρειν μέλλοντά με οἴκαδε ᾔσθετο, τὰ κατά σέ μοι πάντα διηγεῖται, τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς ὅρκῳ πρότερον κομισαμένη· καὶ ἔλεγε, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις σοφοῖς οὐ θαρσήσειν εἰπεῖν. ἐμὲ δὲ ἱκέτευεν ἐρωτᾶν τοὺς θεοὺς, εἰ πρῶτα μὲν ἐκτεθεῖσα διεσώθης· ἔπειτα ὅπῃ γῆς οὖσα τυγχάνεις· οὐ γὰρ πυθέσθαι κατὰ τὸ ἔθνος οὐδεμίαν τοιαύτην, πολλὰ περιεργασαμένην. ἐμοῦ δὲ ἅπαντα μαθόντος ἐκ θεῶν, καὶ εἶναί τε καὶ ὅπου φράσαντος, αὖθις ἱκέτευεν ἐπιζητεῖν καὶ

festius incipiebam, omnia ita, ut se habebant, retegens. Ego, dicebam, filia, etiam Aethiopes adii, sapientiae illorum cognoscendae studio. Fui & matri tuae Persinae notus. Semper enim hospitium & receptaculum sapientum generis, est aula regia: & alioqui consecutus eram aliquantum gloriae, Aegyptiacae sapientiae, accessione Aethiopicae, maiorem addens auctoritatem. Postquam autem me domum discessurum sensit, de te omnia mihi exponit, iureiurando primum fidem silentii a me accipiens, & dicebat, sapientibus indigenis dicere se non ausuram fuisse: a me autem petere, ut scisciter Deos, primum, an exposita servata sis; deinde, qua in terra degas aetatem. Neque enim se audire, in gente Aethiopum ullam talem esse, etsi id anxie inquisiverit. Ego autem cum omnia a Diis didicissem, &, superstitem te esse, &, ubi vitam degeres, dixissem, rursus petebat,

προτρέπειν ἥκειν εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν· ἄγονον γὰρ καὶ ἄτεκνον ἐκ τῶν ἐπί σοι διατελεῖν ὠδίνων· ἑτοίμως τε ἔχειν, εἴ ποτε Φανείης, ὁμολογεῖν τῷ σῷ πατρὶ τὸ συμβεβηκός· εἰδέναι γὰρ αὐτὸν πεισθησόμενον, χρόνῳ τε τῆς συμβιώσεως τὴν ἐπ' αὐτῇ δοκιμασίαν ἔχοντα, καὶ τῆς ἐκ παίδων διαδοχῆς τὴν ἐπιθυμίαν ἀπροσδοκήτως λαμβάνοντα.

ιγ'. Ταῦτα ἐκείνη μὲν ἔλεγε καὶ ποιεῖν ἱκέτευεν, ἐπισκήπτουσά μοι πολλὰ τὸν ἥλιον ὅρκον, ὃν οὐδενὶ σοφῶν ὑπερβῆναι θεμιτόν. ἐγὼ δὲ ἥκω τὴν ἐνώμοτον ἱκεσίαν ἐκτελέσων· οὐ διὰ τοῦτο μὲν τὴν ἐπὶ τάδε σπουδάσας ἄφιξιν, θεῶν δὲ ὑποθήκῃ μέγιστον ἐκ τῆς ἄλης τοῦτο κερδήσας, ἐκ πολλοῦ τε, ὡς οἶσθα, προσεδρεύων χρόνου, θεραπείας μὲν τῆς περί σε καὶ πάλαι τῆς πρεπούσης οὐδὲν ἀπολιπὼν, σιωπῶν δὲ τὰ ὄντα καιροῦ

ut inquirerem, & in patriam reverti iuberem. Se enim ſine prole & liberis, ex dolore, quo propter te afficiatur, manere: paratamque eſſe, ſi quando apparueris, confiteri patri tuo id, quod acciderit: ſcireque illum perſuaſum iri, tum diuturnitate temporis, quo ſecum vixerit, experimentum de ſe habentem, tum ſucceſſionis liberorum, praeter opinionem oblatae, ductum cupiditate ac deſiderio.

XIII. Haec illa dicebat, &, ut facerem, obſecrabat, multis modis me per iusiurandum Solis obteſtans, quod violare nemini ſapientum fas eſt. Ego autem venio, preces iureiurando firmatas exſecuturus: quamvis non eam ob cauſam hoc iter ſuſceperim, tamen Deorum monitu, maximo ex errore hoc lucri reportans, & iam longo tempore in id intentus, nec quidquam debitae tibi obſervantiae unquam intermittens; tacens autem rem

λαβέσθαι, καὶ τὴν ταινίαν μηχανῇ τινι κομίσασθαι εἰς πίστιν τῶν πρός σε ῥηθησομένων, περιμένων. ὥστε ἔνεστί σοι πειθομένῃ δρασμόν τε τὸν ἐνθένδε σὺν ἡμῖν αἱρουμένῃ (πρίν τι καὶ πρὸς βίαν σε τῶν παρὰ γνώμην ὑποστῆναι, τοῦ Χαρικλέους ἤδη σοι τὸν Ἀλκαμένους γάμον ἐσπουδακότος) γένος μὲν καὶ πατρίδα καὶ τοὺς φύντας κομίζεσθαι· Θεαγένει τε ἀνδρὶ συνεῖναι, γῆς ὅποι καὶ βουλόμεθα συνέπεσθαι παρεσκευασμένῳ· ξένου τε καὶ ὀθνείου γνήσιον καὶ ἄρχοντα βίον ἀνταλλάξασθαι σὺν τῷ φιλτάτῳ [1] βασιλεύουσα· εἴ τι δεῖ θεοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ τῷ χρησμῷ τοῦ Πυθίου καταπιστεύειν. καὶ ἅμα ὑπεμίμνησκον τὸν χρησμὸν, καὶ, ὅ, τι βούλοιτο, ἔφραζον. οὐ γὰρ ἠγνόητο τῇ Χαρικλείᾳ παρὰ πολλῶν καὶ ᾀδόμενος καὶ ζητούμενος. ἐπάγη πρὸς ταῦτα, Κἀπειδὴ

ipſam, ut occaſionem nanciſci, & taeniam arte aliqua, fidei faciendae cauſa iis, quae tibi dicturus eram, adipiſci poſſem, exſpectans. Quamobrem licet tibi, ſi obtemperes, & fugam hinc nobiſcum capeſſas, (priuſquam aliquid vel per vim, quod minime velis, ſuſtineas, Chaᵒricle tibi iam Alcamenis nuptias apparante ſummo ſtudio) genus, & patriam, & parentes recuperare, & Theageni viro cohabitare, quaſcunque in terras voluerimus, ſequi nos parato; & pro peregrina & extranea vita, genuinam, & quae tibi principatum defert, eligere, una cum cariſſimo regnanti: ſi quidem oportet, cum Diis & aliis rebus, tum oraculo Apollinis, fidem habere. Et ſimul revocabam in memoriam oraculum, &, quid vellet, exponebam. Neque enim ignotum fuit Charicleae, cum alioqui vulgo eſſet decantatum, & illius interpretatio a multis quaeſita. His commovebatur. Poſt-

quam conſentaneum eſt illi rationem temporis intendere. Solent enim ſucceſſus inopinati, ad petulanter agendum provocare. Ceterum Trachinus, & Trachini odioſus amor lugebit, qui a me anticipatione mortis evitabitur. Mea autem de te & de Theagene cogitatio, ſi quidem me a vobis ſeparari ante finem continget, ad luctum deduxit. Rem ipſam, inquam, coniectaris. Nam Trachinus in nuptias ſuas & tuas, poſt ſacrificium, convivium tranſmutat, & mihi ut patri conſilium expoſuit, iampridem cognitum habenti illius erga te furibundum amorem ex his, quae mecum Tyrrhenus in Zacyntho collocutus eſt: quem celavi, ne ob impendentes calamitates animo ante tempus deficeretis, praeſertim cum fieri potuerit, ut inſidias effugeremus. Ceterum, o liberi, quoniam, quo minus id fieret, Deus reſtitit, & in extrema pericula venimus, age, generoſum & audax fa-

ὁμόσε τῇ ἀκμῇ τοῦ κινδύνου χωρήσωμεν, ἢ τὸ εἶναι γενναίως καὶ ἐλευθέρως κατορθώσαντες, ἢ τὸ τεθνάναι σωφρόνως καὶ ἀνδρείως κερδήσαντες.

λ΄. Ὡς δὲ ποιήσειν ὅ, τι ἂν κελεύω καθυπέσχοντο, ὑποθέμενος τὸ πρακτέον, ἐκείνους μὲν ἀπολείπω διασκευαζομένους. ἐπὶ δὲ τὸν δευτερεύοντα Τραχίνου λῃστὴν, ἐκαλεῖτο δὲ οἶμαι Πέλωρος, ἀφικόμενος, ἔχειν τι φράζειν αὐτῷ κερδαλεώτερον ἔλεγον. ἐκείνου δὲ ἑτοίμως ὑπακούσαντος, καὶ, οὗ μηδεὶς ἀκροάσεται, [1] παραγαγόντος, Ἀκούοις ἂν, ἔφην, ὦ τέκνον, ἐπιτετμημένως. τὸ γὰρ στενὸν τοῦ καιροῦ πολυλογίαν οὐκ ἐπιδέχεται. ἐρᾷ σου θυγάτηρ ἡ ἐμή. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· ἡττήθη τοῦ βελτίονος. ὑφορᾶται δὲ τὸν λῄσταρχον, ὡς εἰς γάμον παρασκευάζοντα τὸ συμπόσιον· καὶ γάρ τι

cinus aggreſſi, contra periculi ſummum incrementum eamus: aut re bene geſta praeſtaturi, ut nobis generoſe & libere vivere liceat; aut ſaltem id, ut caſte & fortiter moriamur, in lucro poſituri.

XXX. Poſtquam autem ſe facturos eſſe, quidquid iuberem, promiſerunt, & quid faciendum eſſet ego docui, illos quidem relinquo ſeſe apparantes. Ad eum autem praedonem, qui ſecundas poſt Trachinum tenebat, (vocabatur autem Pelorus, ut opinor) cum veniſſem, habere me quidpiam utile, quod cum illo communicarem, dicebam. Cumque ille prompte obtemperaſſet, & eo, ubi nullus exauditurus eſſet, perveniſſet; Audias, inquam, fili, breviter & compendio: neque enim anguſtia temporis prolixitatem orationis admittit. Amat te filia mea, ſiquidem ut a praeſtantiore victa eſt. Suſpicatur autem, quod archipirata convivium nuptiarum cauſa

1 Παραγαγόντος) Baſ. παραγεγονότος, inſcite.

καὶ τοιοῦτο ἐνέφηνεν, εὐπρεπέστερον αὐτὴν κοσμηθῆναι προστάξας. ὅρα δὴ πῶς ἂν τοῦτο διακρούσαιο, καὶ σαυτῷ μᾶλλον τὴν παῖδα περιποιήσαιο. φησὶ γὰρ ἀποθανεῖσθαι πρότερον, ἢ Τραχίνῳ γαμηθήσεσθαι. καὶ ὃς, Θάρσει, ἔφη· πάλαι γάρ τοι καὶ αὐτὸς τῇ κόρῃ προσπεπονθὼς, ἐφοδίου λαβέσθαι τινὸς ηὐχόμην, ὥστε ἢ παραχωρήσει μοι Τραχῖνος ἑκὼν εἰς τὰ πρωτεῖα τῆς νύμφης, ἃ χρεωστοῦμαι προεμβάτης τῆς ὁλκάδος γεγονὼς, ἢ πικρόγαμος ἔσται πρὸς τῆσδε τῆς δεξιᾶς ἃ προσήκει παθών. ἀπέτρεχον, τούτων ἀκούσας, ὡς μή τινα ἐγγενέσθαι ὑπόνοιαν, καὶ τοὺς παῖδας ἥκων ἐθάρρυνον, ὁδῷ βαδίζειν τὴν σκέψιν εὐαγγελιζόμενος.

λα'. Ἐδειπνοῦμεν ὀλίγον ὕστερον. καὶ ὅτε διαβεβρεγμένους ἤδη καὶ πρὸς τὸ ὑβριστικώτερον παραφερομένους ᾐσθόμην, ἠρέμα πρὸς τὸν Πέλωρον, (ἐκείμην

apparet: nam eiusmodi quidpiam significavit, cum, ut elegantius exornetur, imperasset. Quamobrem vide, quomodo id discutere, & tibi potius filiam vindicare possis. Dicit enim, se prius morituram esse, quam nupturam Trachino. Tum ille: Esto fidenti animo. Nam cum iampridem & ipse perinde sim affectus animo, atque puella, optabam, me aditum aliquem ad rem & occasionem nancisci posse. Itaque aut sua sponte mihi sponsam Trachinus cedet, aut acerbas sentiet nuptias, ab hac dextra, quae convenit, passus. Recurrebam, cum haec audissem, ne aliqua oriretur suspicio; & ad liberos veniens, confirmabam eos animo, consilium rectam tenere viam nuntians.

XXXI. Coenabamus paullo post. Tum ego, quando iam madidos vino, & in petulantiam proclives videbam, submisse ad Pelorum, (sedebam autem proxime

δὲ αὐτοῦ πλησίον ἐπιτηδεύσας) Εἶδες, ἔφην, ὅπως ἡ κόρη κεκόσμηται; τοῦ δὲ, Οὐδαμῶς, εἰπόντος· Καὶ μὴν ἔξεστιν, εἶπον, [1] [ἰδεῖν αὐτὴν,] εἰ λάθρα [2] παρέλθοις εἰς τὴν ναῦν. οἶσθα γὰρ ὡς καὶ τοῦτο διεκώλυσεν ὁ Τραχῖνος. αὐτὴν τὴν Ἄρτεμιν ὄψει προκαθημένην. ἀλλ' ὅπως τὸ παρὸν θεάσῃ σωφρόνως, μὴ σαυτῷ τε κἀκείνῃ θάνατον προξενήσῃς. ὁ δὲ μηδὲν μελήσας, ὥς τινος τῶν ἀναγκαίων ἐπείγοντος, ἀνίσταται, καὶ λαθὼν εἰστρέχει τε εἰς τὴν ὁλκάδα, καὶ ἰδὼν τὴν Χαρίκλειαν δάφνης τε φέρουσαν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς στέφανον, καὶ χρυσοϋφεῖ στολῇ καταυγάζουσαν, (τὴν γὰρ ἐκ Δελφῶν ἱερὰν ἐσθῆτα ἠμφίεστο, ὡς ἢ νικητήριον ἢ ἐντάφιον ἐσομένην) καὶ τ' ἄλλα περὶ αὐτὴν φαιδρυνόμενα, καὶ σχῆμα παστάδος ἀπομιμούμενα, διακαίεται (ὡς

ipſum dedita opera) Vidiſtine, inquiebam, quo modo puella exornata eſt? Hoc vero, Nequaquam, dicente; Atqui licet, dixi, ipſam videre, ſi clam perveneris ad navem: ſcis enim, quod & hoc Trachinus prohibuit. Ipſam Dianam ſedentem videbis: ſed ita, ut in praeſentia moderate adſpicias, ne & tibi & ipſi mortem concilies. Ille autem nihil cunctatus, tanquam urgente aliquo neceſſario negotio, ſurgit, & clam incurrit in holcadem. Cumque vidiſſet Charicleam, coronam ex lauro capite gerentem, & auro intexta veſte refulgentem, (ſiquidem ſacra veſte, Delphis aſportata, amicta fuerat, tanquam aut victoriae ornamento, aut funeri parentationi futura) & alia circa ipſam exornata, & ſpeciem thalami nuptialis referentia, incenditur, ut eſt conſentaneum, ſpe-

1 Ἰδεῖν αὐτὴν) Rectius haec intelliguntur ex antec. Nec agnoſcit ea Palat.

2 Παρέλθοις εἰς τὴν ναῦν) Taur. παρέλθοις τὴν ναῦν, omiſſo εἰς, quod inter verſus manus ſecunda adſcripſit. Idem Taur. mox μηδὲν μελλήσας. Sed rectius alterum.

εἰκὸς) τῇ θέᾳ, πόθου τε ὁμοῦ καὶ ζήλου προσπεσόν-
των· καὶ δῆλος ἦν αὐτόθεν ἐπανήκων ἀπὸ τοῦ βλέμμα-
τος ἐμμανές τι διανοούμενος. οὔπω γὰρ σχεδόν τι κα-
τακλινεὶς, Ἐγὼ δὲ, ἔφη, τὸ γέρας τὸ προεμβατήριον
τίνος ἕνεκεν οὐχὶ κομίζομαι; Ὅτι, ἔφη Τραχῖνος, οὐκ
ᾔτησας. ἀλλ᾽ οὐδὲ νέμησις οὐδέπω προὐτέθη τῶν εἰλημ-
μένων. καὶ ὃς, Οὐκοῦν αἰτῶ τὴν κόρην τὴν αἰχμάλω-
τον. τοῦ Τραχίνου δὲ, Παρ᾽ αὐτὴν, ὃ βούλει, λάμβα-
νε, εἰπόντος, ὁ Πέλωρος ὑπολαβὼν, Καταλύεις οὖν τὸν
νόμον τὸν λῃστρικὸν, ὃς τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι νηὸς πο-
λεμίας, καὶ τὸν ὑπὲρ πάντων ἀγῶνα προκινδυνεύσαν-
τι, τὴν κατὰ βούλησιν ἐκλογὴν ἀπένειμεν. Οὐ τοῦτον,
εἶπεν ὁ Τραχῖνος, ὦ βέλτιστε, καταλύω, ἀλλ᾽ ἑτέ-
ρῳ νόμῳ διϊσχυρίζομαι, [1] τοὺς ὑπηκόους εἴκειν τοῖς ἄρ-

ctaculo, cum ſimul deſiderium ac aemulatio concurriſ-
ſent. Eratque manifeſtum indicium in vultu redeuntis,
quod infeſtum quidpiam & furibundum cogitaret. Siqui-
dem cum vixdum accubuiſſet; Ego vero, inquit, prae-
mium, quod debetur ei, qui primus navem conſcendit,
quamobrem non reporto? Quoniam, inquit Trachinus,
non poſtulaſti: ſed ne diviſio quidem adhuc eſt propo-
ſita eorum, quae capta ſunt. Tum ille: Igitur virginem
captivam mihi depoſco. At cum Trachinus, Praeter
ipſam, quod vis, accipe, dixiſſet; Pelorus ſermonem
excipiens, Diſſolvis igitur, & abrogas piratarum legem,
quae ei, qui primus navem hoſtilem conſcendit, & ſe
pro omnibus certamini periculoſiſſimo obtulit, electio-
nem pro ipſius arbitrio tribuit. Non hanc, inquit Tra-
chinus, optime, diſſolvo, ſed alterius legis auctoritate
& patrocinio nitor, quae, ut praefectis cedatur, im-

1 Τοὺς ὑπηκόους) Deſunt haec in Baſ. Et ſane abſque his ſenſus ſatis conſtat, & conciſa haec ſententiae enuntiatio Trachinum admodum decere videtur.

χουσι κελεύοντι. πέπονθα δή τι πρὸς τὴν κόρην, καὶ γαμετὴν ἐμαυτῷ λαμβάνων προτιμηθῆναι δικαιῶ· σὺ δὲ, ὦ μὴ τὸ κελευόμενον πράττεις, οὐκ εἰς μακρὰν οἰμώξῃ, τῷδε τῷ κρατῆρι βαλλόμενος. ὁ δὲ Πέλωρος ἀπιδὼν εἰς τοὺς παρόντας, Ὁρᾶτε, ἔφη, τἀπίχειρα τῶν πόνων; οὕτω καὶ ὑμῶν ἕκαστος τοῦ γέρως ποτὲ στερηθήσεται, [1] καὶ τυραννικοῦ τούτου νόμου πειραθήσεται. τί ἦν ἰδεῖν τὸ ἐντεῦθεν, ὦ Ναυσίκλεις; θαλάττῃ προσεικάσας ἂν τοὺς ἄνδρας αἰφνιδίῳ σπιλάδι κατασεισθέντας, οὕτως ἄλογός τις ὁρμὴ πρὸς ἄφραστον αὐτοὺς ἤγειρε τάραχον, ἅτε οἴνῳ καὶ θυμῷ κατόχους γεγενημένους.

λβ'. Οἱ μὲν γὰρ ὡς τοῦτον, οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον ἀποκλίναντες· οἱ μὲν αἰδεῖσθαι τὸν ἄρχοντα, οἱ δὲ μὴ καταλύεσθαι τὸν νόμον ἐθορύβουν. καὶ τέλος ὁ μὲν Τραχῖνος [2] ἐπανετείνετο, ὡς τῷ κρατῆρι πατάξων τὸν Πε-

perat. Sane affectus sum singulariter erga puellam, & accipio mihi illam in uxorem: anteferri me tibi, iustum esse pronuntio. Tu vero nisi id, quod lex imperat, feceris, non multo post plorabis, percussus hoc poculo. Pelorus autem eos, qui aderant, intuitus, Videtis, inquit, quae sint laborum praemia? Sic & vestrûm quilibet aliquando praemio privabitur. Quid igitur deinceps videre licuit, Nausicles? Mari comparasses viros, repentino turbine concitatos: adeo caecus quidam & stultus impetus ad ineffabilem tumultum eos impellebat, vino simul & ira tanquam furore quodam correptos.

XXXII. Cum igitur alii in huius, alii in illius partes inclinassent; hi honorem & reverentiam tribui praefecto, illi non dissolvendam esse legem, tumultuabantur. Ad extremum Trachinus quidem intentabat ictum, tan-

1 Καὶ τυραννικοῦ τούτου νόμου πειραθήσεται) E Palat. & Xyland. addidit haec verba Commel. 2 Ἐπανετείνετο) Pal. ἐπανατείνε-

λωρον. ὁ δὲ, προπαρεσκεύαστο γὰρ, ἐγχειριδίῳ φθάνει διελαύνων τὸν μαζόν. καὶ ὁ μὲν ἔκειτο καιρίᾳ βεβλημένος· τοῖς λοιποῖς δὲ ἄσπονδος [1] ἐκτέτατο πόλεμος· ἔπαιόν τε συμπεσόντες ἀλλήλους ἀφειδῶς· οἱ μὲν ὡς ἐπαμύναντες τῷ ἄρχοντι, οἱ δὲ ὡς τοῦ Πελώρου σὺν τῷ δικαίῳ προασπίζοντες. καὶ ἦν οἰμωγὴ μία, ξύλοις, λίθοις, κρατῆρσι, [2] δαλοῖς, τραπέζαις, βαλλόντων καὶ βαλλομένων. ἐγὼ δὲ ὡς πορρωτάτω χωρίσας ἐμαυτὸν, ἐπί τινος λόφου θέαν ἀκίνδυνον ἐμαυτῷ κατένεμον. οὐ μὴν οὐδὲ Θεαγένης ἀπόλεμος ἦν, οὐδὲ ἡ Χαρίκλεια. τὰ γὰρ συγκείμενα πράττοντες, ὁ μὲν ξιφήρης θατέρῳ τὰ πρῶτα μέρει συνεμάχει, παντάπασιν ἐνθουσιῶντι προσεοικώς. ἡ δὲ, ὡς συνεῤῥωγότα τὸν πόλεμον εἶ-

quam poculum impacturus Peloro: at eum hic (erat enim instructus antea) praevertit, pugione mammam traiiciens. Itaque ille iacebat, mortifero vulnere accepto: inter reliquos autem atrox continuabatur bellum: & concurrentes sese feriebant, nihil omnino sibi parcentes; illi quidem tanquam praefectum ulciscentes, hi autem tanquam Pelorum iuste protegentes. Eratque unus gemitus omnium, fustibus, lapidibus, poculis, mensis, pulsantium & pulsatorum. Ego autem cum me longissime removissem ac seiunxissem, e quodam tumulo spectaculo hoc impune frui mihi licebat. Ceterum neque Theagenes erat expers belli, neque Chariclea. Siquidem ea, quae constituta fuerant, facientes, ille armatus gladio alteri parti sese initio adiungebat socium, omnino furore afflati similis; haec, postquam commissum esse proe-

ται. Xyland. ἐπανατείνετο· in quo utriusque scripturae apparent vestigia.

1 Ἐκτέτατο πόλεμος) Palatin. Xyl. ἐτέτακτο, quibus & Taurin. accedit, teste Dorvill. ad Char. pag. 643. Ceterum vitiose omnes edd. ἐκτάτετο. Mox ἀλλήλοις Xyl.

2 Δαλοῖς) E Pal. Commelinus inseruit. Recte: nam inter sacrificium res agebatur, & supra I pr. δαλῶν fit mentio in illa narratione.

δεν, ἀπὸ τῆς νεὼς ἐτόξευεν εὔσκοπά τε, καὶ μόνου τοῦ Θεαγένους φειδόμενα. καὶ ἔβαλλεν οὐ καθ' ἓν τῆς μάχης μέρος, ἀλλ' ὅντινα πρῶτον ἴδοι, τοῦτον ἀνήλισκεν· αὐτὴ μὲν οὐχ ὁρωμένη, ἀλλὰ ῥαδίως πρὸς τὴν πυρκαϊὰν τοὺς ἐναντίους κατοπτεύουσα. τῶν δὲ ἀγνοούντων τὸ κακὸν, καὶ δαιμονίους εἶναι τὰς πληγὰς ἐνίων ὑπονοούντων, ἕως τῶν ἄλλων πεσόντων, μόνος ὁ Θεαγένης ὑπελείφθη τῷ Πελώρῳ μονομαχῶν, ἀνδρὶ τὰ πάντα γενναίῳ, καὶ φόνοις ἐγγεγυμνασμένῳ παμπόλλοις, οὐδὲν οὔτε τῆς Χαρικλείου τοξείας ἐπαμύνειν ἔτι δυναμένης, ὠδινούσης μὲν εἰς τὴν βοήθειαν, δεδοικυίας δὲ τὴν ἀποτυχίαν αὐτοσχέδιον, καὶ ἐν χερσὶ τῆς μάχης αὐτοῖς ὠθουμένης. οὐ μὴν εἰς τέλος γε ἀντέσχεν ὁ Πέλωρος. ὡς γὰρ ἀποροῦσα πρὸς τὴν ἔνεργον συμμαχίαν ἡ Χαρίκλεια, λόγον ἐπίκουρον τῷ Θεαγένει

lium vidit, e navi iaculabatur, ſingulari certitudine ſagittas dirigens, & tantum Theageni parcens. Iaculabatur autem non in unam proelii partem, ſed quem in primis viderat, eum conficiebat, cum ipſa non videretur, ſed hoſtes facile ad ignem conſpicaretur, & perluſtraret; illis interea malum ignorantibus, & quibuſdam, divinas eſſe plagas, ſuſpicantibus: uſque dum, cum alii cecidiſſent, ſolus Theagenes relictus eſt, cum Peloro ſingulari certamine dimicans, viro valde ſtrenuo, & plurimis caedibus exercitato; cum ne Charicleae quidem iaculatio prodeſſe quidquam poſſet amplius, dolentis quidem, quod auxilium ferre non poſſet, metuentis autem fruſtrationem, cum iam cominus & conſertis manibus proelium inirent. Verumtamen ad extremum non ſuſtinuit illius impetum Pelorus. Poſtquam enim ad inopiam auxilii re ipſa ferendi redacta Chariclea, ſermo-

διετόξευσεν, Ἀνδρίζου, φίλτατε, ἐμβοήσασα· ἐνταῦθα ἤδη μακρῷ τὸν Πέλωρον ὑπερεῖχεν ὁ Θεαγένης, ὥσπερ ἰσχὺν αὐτῷ καὶ θάρσος τῆς φωνῆς διακονούσης, καὶ ὅτι τῆς μάχης περίεστι τὸ ἔπαθλον μηνυούσης. ἐγείρας γὰρ τὸ φρόνημα, πολλοῖς ἤδη τοῖς τραύμασι πεπιεσμένον, ἐφήλατό τε τῷ Πελώρῳ, καὶ τῇ κεφαλῇ τὸ ἐγχειρίδιον ἐπιβαλὼν, τῆς μὲν ἀπέτυχεν, ἐκείνου μικρὸν ἀποκλίναντος· ἄκρον δὲ τὸν ὦμον παραξέσας, τὴν χεῖρα κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ ἀγκῶνος ἀπέκοπτε. καὶ τούτου δὲ ὁ μὲν ἐτράπη πρὸς φυγήν· ὁ δὲ ἐδίωκε.

λγ΄. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν μετὰ ταῦτα οὐκ ἔχω λέγειν, πλὴν ὅτι γε ἐμὲ μὲν ἔλαθεν ἐπανελθὼν, ἐγκαταμείναντα τῷ λόφῳ, καὶ οὐ θαῤῥήσαντα τῆς νυκτὸς ἐπιμίξαι χωρίῳ πολεμουμένῳ· τὴν Χαρίκλειαν δὲ οὐδαμῶς. ἀλλ᾽ εἶδον ἡμέρας γενομένης, τὸν μὲν ἴσα καὶ

nem auxiliarem Theageni eiaculata eſt, Strenuus eſto, cariſſime, exclamans; tum iam longe Pelorum ſuperabat Theagenes, tanquam robur & audaciam illi voce ſubminiſtrante ac ſuppeditante, &, quod pugnae praemium ſupereſſet, indicante. Nam erecto animo, multis vulneribus iam fracto & afflicto, inſiluit in Pelorum, & gladio caeſim in caput deiecto, ab hoc quidem aberravit, cum ille paullulum ictum declinaſſet; ceterum ſummitate humeri praeſecta, manum illi in commiſſura cubiti abſcidit: & inde ille quidem verſus eſt in fugam, hic autem inſequebatur.

XXXIII. De aliis, quae haec ſunt conſecuta, non habeo, quod dicam, niſi quod clam me reverſus eſt, cum manſiſſem in tumulo, nec auſus eſſem noctu verſari in loco hoſtili; ſed minime inſcia Chariclea. Nam animadverti, poſtquam dies illuxit, illum quidem non

νεκρῷ προκείμενον, τὴν δὲ προσκαθημένην καὶ θρηνοῦσαν, καὶ βούλεσθαι μὲν ἐπισφάττειν ἑαυτὴν ἐνδεικνυμένην, ὑπὸ δὲ ὀλίγης ἐλπίδος τοῦ τάχα ἂν καὶ περιγενέσθαι τὸν νεανίσκον, ἐπεχομένην. οὐδὲ ἔφθην ὁ δυσδαίμων εἰπεῖν τε καὶ μαθεῖν, οὐδὲ ἐπικουφίσαι παραμυθίᾳ τὴν συμφορὰν, οὐδὲ τὰ ἐνδεχόμενα ἐπιμεληθῆναι, τὰ ἐκ θαλάττης κακὰ, τῶν ἐκ γῆς ἀδιαστάτως διαδεξαμένων. ἄρτι γὰρ ἐμοῦ καὶ ὅτε ἡμέραν εἶδον, τὸν λόφον κατιόντος, λῃστρικῶν Αἰγυπτίων πλῆθος ἐκ τοῦ ὑπερτείνοντος ὄρους, ὡς ἐῴκει, κατέτρεχεν. εἶχέ τε ἤδη τοὺς νέους, καὶ ἀπῆγε μικρὸν ὕστερον, ὅσα φέρειν ἠδύνατο τῆς νεὼς ἐπικομιζόμενον. ἐγὼ δὲ τηνάλλως πόῤῥωθεν εἱπόμην ὀδυρόμενος τὰς ἐμαυτοῦ τε κἀκείνων τύχας, οὔτε δὲ ἐπαμύνειν ἔχων, οὔτε ἐπιμίγνυσθαι δοκιμάζων, εἰς ἐπικουρίας ἐλπίδα ἐμαυτὸν ταμιευόμενος. οὐ μὴν ἐπήρκεσά γε πόθεν, ἀπολειφθεὶς μὲν τότε, τοῦ

abſimilem mortuo iacere; hanc autem aſſidere, & plorare, &, quod ſe deſuper confodere vellet, declarare; ceterum parva ſpe, quod ſuperſtes manſurus eſſet, reprimere ſe, ac ſuſtentare. At ego infelix nec alloqui prius potui, neque rem cognoſcere, neque conſolatione levare calamitatem, nec ea, quae fieri potuiſſent, curare, quam marina mala terreſtria, nullo ſpatio interpoſito, excepiſſent. Cum primum enim, ſimulatque diem conſpexi, e tumulo deſcenderem, praedonum Aegyptiorum manus, ex monte, qui illac protenditur, ut videbatur, decurrebat: & iam ceperat adoleſcentes, ac paullo poſt abducebat, quaecunque ferre poterat e navi exportans. Ego autem nequidquam e longinquo loquebar, meas & illorum deplorans fortunas, cum neque defendere poſſem, neque illis immiſceri conſultum eſſe iudicarem, ad ſpem auxilii me reſervans. Ceterum minime equidem par fui,

γήρως ἐμποδίσαντος ἐν τοῖς ὀρθίοις μέρεσι συνεκδραμεῖν τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐπί τε τοῦ παρόντος εἰς τὴν ἀνεύρεσιν τέως τῆς θυγατρὸς, θεῶν μὲν εὐμενείᾳ, σῇ δὲ, ὦ Ναυσίκλες, εὐνοίᾳ χρησάμενος, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἐρανισάμενος, θρήνων δὲ μόνων τῶν ἐπ' αὐτοῖς καὶ ὀδυρμῶν ἀφθόνων χαριζόμενος. ἐπὶ τούτοις ἐδάκρυε μὲν αὐτός· ἐδάκρυον δὲ οἱ παρόντες· καὶ εἰς θρῆνον ἡδονῇ τινι σύγκρατον μετεβέβλητο τὸ συμπόσιον· ἐπίφορον γάρ τι πρὸς δάκρυον οἶνος· ἕως ὁ Ναυσικλῆς ἐπιθαῤῥύνων τὸν Καλάσιριν, Ὦ πάτερ, ἔφη, σὺ δὲ εἰς τὸ ἑξῆς γοῦν εὔθυμος εἶναι, τὴν μὲν θυγατέρα ἤδη τήνδε κεκομισμένος· τὸν παῖδα δὲ ἰδεῖν ὑπὸ τῆς νυκτὸς μόνης εἰργόμενος. εἰς ἕω γὰρ ἀφιξόμεθα πρὸς τὸν Μιτράνην, καὶ πάντα τρόπον λύσασθαί σοι τὸν ἄριστον Θεαγένην πειρασόμεθα. Βουλοίμην ἂν, εἶπεν ὁ Καλάσιρις. νῦν δὲ ὥρα γε

procul relictus, senectute impediente, ut per ardua loca cum Aegyptiis una decurrere possem; nunc autem in inventione filiae, Deorum clementia, & tua, Nausicle, benevolentia usus, cum quidem ipse nihil ad id contulissem, sed luctus tantum solos & lamentationes affatim largirer. Ad haec lacrimabat ipse, lacrimabant & ii, qui aderant: denique in fletum, cum voluptate quadam temperatum, transmutatum fuerat convivium: vinum enim proclives quodammodo in lacrimas efficit: usque dum Nausicles, confirmans Calasiridem, O pater, inquit, tu vero iam in posterum esto laetus ac hilaris, quandoquidem filiam hanc recuperaveris, &, ne non filium videas, sola nocte prohibearis. Mane enim Mitranem conveniemus, & omni ratione liberare & redimere optimum Theagenem conabimur. Vellem omnino, dixit Calasiris. Nunc vero tempus est dissolvendi convi-

διαλύειν τὸ συμπόσιον. μνήμη τοῦ δαιμονίου γινέσθω, καὶ τὰς λυτηρίους τῇ σπονδῇ περιαγέσθω.

λδ΄. Ἐκ τούτου περιήγοντο μὲν αἱ σπονδαί· ἐλύετο δὲ τὸ συμπόσιον. ὁ Καλάσιρις δὲ τὴν Χαρίκλειαν ἐσκοπεῖτο· καὶ ὡς τὴν πάροδον τοῦ πλήθους παρατηρῶν οὐκ ἐφεύρισκεν, ὀψέ τινος γυναίου φράσαντος, εἰς τὸ ἄδυτον παρελθὼν, καταλαμβάνει τοῖς ἴχνεσι τοῦ ἀγάλματος προσπεφυκυῖαν, καὶ εὐχῆς τε μακρᾶς παρολκῇ καὶ λύπης προσβολῇ, πρὸς ὕπνον βαθὺν ὀλισθήσασαν. ἐπιδακρύσας οὖν ὀλίγα, καὶ πρὸς τὰ βελτίονα τρέψαι τὰ κατ' αὐτὴν ἱκετεύσας τὸν θεὸν, ἡσυχῇ τε ἀφυπνίσας, ἦγεν εἰς τὴν καταγωγὴν ἐρυθριῶσαν ὡς ἐφαίνετο, διότι λάθοι πρὸς τοῦ ὕπνου κεκρατημένη. καὶ ἡ μὲν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν χωρισθεῖσα, σὺν τῷ θυγατρίῳ τε τοῦ Ναυσικλέους κατακλινεῖσα, τὰς παρούσας ἀγρυπνίᾳ διετίθετο φροντίδας.

vii. Recordatio fiat numinis, & gratiarum actio pro liberatione, cum libatione coniungatur.

XXXIV. Poſt haec circumducebantur libationes, diſſolvebatur convivium: Calaſiris autem Charicleam circumſpiciebat. Cumque tranſitum multitudinis obſervans, eam non inveniſſet, ſero tandem indicio cuiuſdam mulierculae, aditum ingreſſus, deprehendit veſtigia ſimulacri amplexam, & cum orationis prolixitate, tum doloris acceſſione, in arctiorem ſomnum delapſam. Cum igitur paullulum collacrimaſſet, & a Deo, ut eius rationes in melius verteret, ſupplex petiiſſet, paullatimque ipſam excitaſſet de ſomno, ducebat ad conclave erubeſcentem, ut videbatur, quod eſſet a ſomno victa imprudens. Haec igitur cum ſe in gynaeceo ſeorſum cum filia Nauſiclis ad ſomnum compoſuiſſet, vigilando vacabat curis & cogitationibus, quae illi incumbebant.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΣΤ.

Ὁ ΔΕ Καλάσιρις καὶ ὁ Κνήμων, κατά τι τοῦ ἀνδρῶνος ἑαυτοὺς ἀναπαύσαντες· ἐπειδὴ τὸ λειπόμενον τῆς νυκτὸς, βράδιον μὲν ἢ ἐβούλοντο, θᾶττον δὲ ἢ ᾤοντο, διέδραμεν, οἷα δὴ παρά τε τὴν εὐωχίαν καὶ τὸ ἀπρόσκορες μῆκος τῶν διηγημάτων τῆς πλείστης παρῳχηκυίας· οὐδὲ ἀκριβῶς ἡμέραν ἀναμείναντες, ὡς τὸν Ναυσικλέα παραγίνονται, καὶ φράζειν ὅποι τὸν Θεα-

HELIODORI

AETHIOPICORUM

LIBER SEXTUS.

CALASIRIS autem & Cnemon, cum in quadam parte conclavis virilis quieviſſent, poſtquam reliquum noctis tardius quidem, quam volebant, celerius autem, quam exiſtimabant, elapſum eſt, quod illius maxima pars ſuper convivium, & narrationum prolixitatem, inſatiabili conditam ſuavitate, praeterierat; neque exactum diem exſpectantes, ad Nauſiclem veniunt, &, ut exponeret,

γένην διάγειν οἴοιτο, καὶ ἄγειν ὡς ὅτι τάχιστα παρεκάλουν. ὁ δὲ ἐπείθετο· καὶ ἀναλαβὼν ἦγεν. ἡ Χαρίκλεια δὲ πολλὰ συνέπεσθαι ἱκετεύουσα, μένειν κατὰ χώραν ἐβιάσθη, ὡς οὔτε πόῤῥω που ἀφίξονται, καὶ ὡς αὐτίκα σὺν τῷ Θεαγένει ἥξουσι διεγγυωμένου τοῦ Ναυσικλέους. καὶ τὴν μὲν αὐτοῦ καταλείπουσι, λύπης τε ἐπὶ τῷ χωρισμῷ, καὶ χαρᾶς ἐπὶ τοῖς ἐλπιζομένοις ἐν μεταιχμίῳ σαλεύουσαν. αὐτοὶ δὲ ἄρτι τῆς κώμης ἐκτὸς γεγονότες, καὶ τὰς ὄχθας τοῦ Νείλου παραμείβοντες, κροκόδειλον ὁρῶσιν ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ θάτερα διερπύζοντα, καὶ τῷ ῥείθρῳ τοῦ ποταμοῦ σὺν ὀξείᾳ τῇ ῥύμῃ καταδυόμενον. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι συνήθως τε καὶ ἀθορύβως τὸ ὀφθὲν ἦγον· πλὴν ὅσον ὁ Καλάσιρις κώλυμά τι τῶν καθ' ὁδὸν ἐπισημαίνεσθαι προὔλεγεν· ὁ δὲ Κνήμων καὶ σφόδρα ἐπτοεῖτο πρὸς τὴν ὄψιν, οὐδὲ ἀκριβῶς αὐτῷ τοῦ ζώου φανέντος, ἀλλὰ σκιᾶς

ubi Theagenem degere arbitraretur, ac eo quamprimum duceret, orabant. Atque hic quidem illis morem gerebat, & secum sumptos ducebat. Chariclea vero cum multis modis, ut sequeretur, oraret, manere coacta est; Nausicle, quod neque procul essent progressuri, & quamprimum cum Theagene redituri, affirmante. Hanc igitur ibi relinquunt, inter moerorem, propter illorum discessum, & laetitiam, propter ea, quae sperabat, fluctuantem. Ipsi vero cum primum e pago egressi essent, & ripas Nili praeterirent, crocodilum conspiciunt, qui a dextra parte in alteram reptabat, & alveum fluvii concitato impetu subibat. Alii igitur, illo viso, ut consueto minime movebantur; praeterquam quod Calasiris impedimentum quoddam in itinere futurum significari praedicebat: Cnemon autem vehementer etiam fugerat, conspectu perterritus, quamvis non exacte illi ani-

αὐτὸν πλέον χθαμαλῆς ὑποδραμούσης· καὶ ὀλίγον ἔδει καὶ ὑποφεύγειν. ὁ δὴ Καλάσιρις, ὅσον πλεῖστον τοῦ Ναυσικλέους ἐκγελῶντος, Ὦ Κνήμων, ἔφη, ἐγὼ ᾤμην νύκτωρ σοι μόνον τὴν δειλίαν ἐνοχλεῖν, καὶ πρὸς τοῦ σκότους σοι τὸ ψοφῶδες ἐπιγίγνεσθαι· σὺ δὲ ἄρα καὶ μεθημέραν ἦσθα λίαν, ὡς ἔοικε, τολμηρός· καὶ οὐκ [1] ὀνόματά σοι μόνον ἀκουόμενα, ἤδη δὲ καὶ θεάματα τῶν ἐν ποσὶ καὶ ἀδεᾶ τάραχον ἐμβάλλει. Καὶ τίνος θεῶν, ἔφη ὁ Ναυσικλῆς, ἢ τίνος δαιμόνων ἀκούων τὴν ἐπωνυμίαν ὁ χρηστὸς ἡμῖν οὗτος οὐκ ἀνέχεται; Εἰ μὲν καὶ θεῶν, ἀπεκρίνατο, ἢ δαιμόνων, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀνθρώπου δέ, ὃ καὶ πλεῖον ἐστὶ θαυμαστὸν, οὐδὲ ἀνδρός τινος ἢ τῶν ἐπ' ἀνδρίᾳ βεβοημένων, ἀλλὰ γυναικὸς καὶ ταύτης νεκρᾶς, ὡς αὐτός φησι, εἴ τις λέγει τοὔνομα, πέφρικε. τῆς γοῦν νυκτὸς καθ' ἣν ἀπὸ τῶν

mal apparuiſſet, ſed umbra potius tenuis illum ſubiiſſet; adeo ut parum abeſſet, quin refugeret. Calaſiris igitur, Nauſicle in riſum effuſo, Cnemon, inquit, putabam ego te nocturnam tantum timiditatem infeſtare, atque eam tibi ex ſtrepitu obſcuro ac tenebris involuto accidere: tu vero & interdiu nimium es, ut videtur, animoſus, & non nomina tantum exaudita, ſed iam etiam ſpectacula vulgaria, & cuivis obvia, ac minime metuenda, tibi terrorem incutiunt. Cuius autem Dei, Nauſicles inquit, aut numinis appellationem audiens bonus hic, ferre non poteſt? Sane ſi ex Diis alicuius, reſpondit, aut numinibus, non haberem, quod dicerem: ceterum ad nomen hominis, quod magis eſt mirandum, neque viri cuiuſpiam, aut eorum, qui gloria fortitudinis ſunt illuſtres, ſed mulieris, & huius, ut ipſe dicit, mortuae, ſi quis illud commemoret, cohorreſcit. Hac enim nocte,

1 Ὀνόματα) Vid. ſupra ſ. 2 libri V.

βουκόλων ἐπέστης ἀνασώζων ἡμῖν, ὦ 'γαθὲ, τὴν Χαρίκλειαν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἢ ὅθεν οὗ λέγω, τούτου παρακηκοὼς τοῦ ὀνόματος, οὐδὲ ὅσον πρὸς βραχὺ γοῦν ὕπνου μοι [1] μεταλαβεῖν ἐνδέδωκε, συνεχὲς ὑπὸ τοῦ δέους ἐκθνήσκων, καί μου πράγματα ἔχοντος ὥστε ἀναλαμβάνειν. καὶ εἰ μὴ λυπεῖν αὐτὸν ἢ πτοεῖν ἔμελλον, εἶπον ἂν καὶ νῦν τοὔνομα, ὦ Ναυσίκλες, ὡς ἂν πλέον γελώης· καὶ ἅμα ἐπῆγε τὴν Θίσβην.

β'. Καὶ ὁ Ναυσικλῆς ἐγέλα μὲν οὐκ ἔτι· συνεστάλη δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν, καὶ σύννους ἐπιπλεῖστον εἱστήκει, διαπορῶν προφάσεως ἐκ ποίας ὁ Κνήμων, ἢ τίνος κοινωνίας, ἤ τί πεπόνθοι πρὸς τοὔνομα τῆς Θίσβης. ἐξεκάγχασε δὴ πρὸς ταῦτα ὁ Κνήμων· καὶ, Ὦ 'γαθὲ Καλάσιρι, ὁρᾷς, εἶπεν, ὅση τις τοῦ ὀνόματος ἡ δύναμις, καὶ ὡς οὐκ ἐμοὶ μόνον μορμολύκειον, ὡς αὐτὸς φῄς,

qua venisti a bubulcis, incolumem nobis adducens Chariclean, nescio quo pacto, aut unde, hoc, de quo dico, exaudito nomine, ne paullulum quidem somni me capere permisit, continue prae metu emoriens: ut multum negotii habuerim, illo revocando ad sese, & reficiendo: & nisi illum dolore affecturus essem, aut perterrefacturus, & nunc dicerem, Nausicles, nomen, ut rideas magis: simulque Thisben commemorabat.

II. Nausicles autem non amplius ridebat, sed contristatus est, cum audisset, & diu stetit cogitabundus, haesitans & quaerens apud animum, qua de causa Cnemoni, aut quo commercio, aut quid a Thisbe accidisset. Tum vero miros risus edidit prae nimia laetitia Cnemon; &, O bone Calasiri, vides, dicebat, quanta sit huius nominis vis, & quod non mihi tantum est perso-

1 Μεταλαβεῖν) Cod. Taurin. μεταλαχεῖν· aeque recte.

ἀλλ' ἤδη καὶ Ναυσικλεῖ γίνεται; μᾶλλον δὲ καὶ ὁλοσχερὴς γέγονε τοῦ πάθους μετάστασις καὶ τοὔμπαλιν· ἐγὼ μὲν γελῶ, γινώσκων οὐκ ἔτ' οὖσαν· ὁ δὲ γεννάδας ἡμῖν Ναυσικλῆς, καὶ πολλῷ γέλωτι τῶν ἄλλων κατατωθάζων ἐτύγχανε. Πέπαυσο, ἔφη ὁ Ναυσικλῆς, καὶ ἅλις σοι τῆς εἰς ἐμὲ ἀμύνης, ὦ Κνήμων. ἀλλὰ πρὸς ξενίων καὶ φιλίων θεῶν, πρὸς ἁλῶν καὶ τραπέζης, ὧν, ὡς οἶμαι, φιλανθρώπων ἐν ἡμετέρου πεπείρασθε, πόθεν τὸ Θίσβης ὄνομα, εἴτε γνωρίζετε, εἴτε πεφόβησθε, εἴτε [1] παιδιὰν ἐμὲ πεποίησθε, καταμηνύσατε. καὶ ὁ Καλάσιρις, Σὸς, ἔφη, ὁ λόγος, ὦ Κνήμων, ὃν πολλάκις μοι διελθεῖν, γνῶσίν τε τῶν κατὰ σεαυτὸν παρασχεῖν ἐπαγγειλάμενος, εἰς δεῦρό τε ποικίλαις ἀεὶ διαδύσεσιν ὑπερθέμενος, ἐν καιρῷ λέγοις ἂν τὸ παρὸν, Ναυσικλεῖ τε ἅμα τῷδε χαριζόμενος, καὶ

nae inſtar ac terriculi, ſed etiam Nauſicli noſtro? Quin etiam plane mirificam affectus mutationem attulit. Ego enim viciſſim rideo: ſcio enim, non amplius eſſe ſuperſtitem: generoſus autem Nauſicles antea multo riſu aliis illudebat. Deſine, inquit Nauſicles: ſatis enim nos ultus es, Cnemon. Sed per hoſpitii & amicitiae cuſtodes Deos, per ſales & menſam, quae in noſtra domo experti eſtis, ut arbitror, ſumma voluntate vobis exhibita, unde ſit Thisbes nomen, ſive ſcitis, ſive me terretis, ſive iocum in me compoſuiſtis, indicate. Calaſiris autem, Tibi iam incumbit, inquit, narratio, Cnemon: quam cum ſaepius mihi te expoſiturum promiſeris, & communicaturum mecum de rationibus tuis, nihilominus tamen hactenus variis effugiis diſtuleris, opportune in praeſentia inſtitues, Nauſicli ſimul gratificans, & nobis moleſtiam

1 Παιδιὰν ἐμὲ πεποίησθε) Sic haud dubie legendum. Vulgo παιδιὰν ἐμὴν πεποίησθε. Conf. l. VI, c. 10.

ἡμῖν τὸν πόνον τῆς ὁδοιπορίας ἐπικουφίζων, καὶ τῷ διηγήματι παραπέμπων. ἐπείθετο ὁ Κνήμων, καὶ ἔλεγεν ἅπαντα, ἐπιτέμνων ὅσα ἤδη τῷ Θεαγένει καὶ τῇ Χαρικλείᾳ προδιηγήσατο· τὴν πατρίδα ὡς καὶ Ἀθηναῖος· τὸν πατέρα ὡς Ἀρίστιππος· καὶ τὴν Δημαινέτην ὅτι μητρυιὰ [1] γεγόνοι. [καὶ] διῄει καὶ τὸν ἀθέμιτον ἐπ' αὐτῷ τῆς Δημαινέτης ἔρωτα, καὶ ὡς ἀποτυγχάνουσα ἐπιβουλεύσειε, διάκονον εἰς τὴν ἐπιβουλὴν καθεῖσα τὴν Θίσβην· προσετίθει καὶ τὸν τρόπον· καὶ ὅτι φυγαδευθείη τῆς ἐνεγκούσης, ὡς πατραλοίου τοῦ δήμου ταύτην ζημίαν ἐπιθέντος· καὶ ὡς διάγοντι κατὰ τὴν Αἴγιναν, πρῶτα μὲν Χαρίας τις τῶν συνεφήβων τὴν Δημαινέτην ὅτι τέθνηκε, καὶ ὅπως ἐξαγγείλειε, τῆς Θίσβης κἀκείνῃ τὴν ἐπιβουλὴν συνθείσης· ἔπειτα Ἀντικλῆς, ὅπως μὲν ὁ πατὴρ αὐτῷ δημεύσει τῶν ὄντων

itineris levans, narrationeque amoliens. Morem illis gerebat Cnemon, & narrabat omnia compendio, quae antea Theageni & Charicleae expoſuerat: quod illius patria Athenae, quod pater Ariſtippus, quod Demaeneta noverca fuiſſet. Recenſebatque nefandum amorem, quo illum Demaeneta deperibat, & quod, ſpe lapſa, inſidias illi ſtruxiſſet, miniſtra inſidiarum Thisbe ſubornata. Addebat & modum, & quod pulſus eſſet in exſilium e patria, populo tanquam parricidae hanc poenam irrogante: quodque illi in Aegina degenti, primum Charias unus ex ſynephebis Demaenetam eſſe mortuam, & modum mortis nuntiaſſet, a Thisbe ipſi quoque ſtructis inſidiis; deinde Anticles, quod pater in calamitatem incidiſſet, facta bonorum publicatione, cum ii, qui con-

1 Γεγόνοι) Reſcr. ἐγεγόνει, quo & ducit Baſ. γεγόνει. Mox καὶ recte incluſit Commel. quod & abeſt a Palat.

ὑποβληθείη, συστάντων ἐπ' αὐτὸν τῶν κατὰ γένος τῇ Δημαινέτῃ προσηκόντων, καὶ πρὸς ὑπόνοιαν φόνου τὸν δῆμον κατ' αὐτοῦ κινησάντων· ὅπως δὲ ἡ Θίσβη τῶν Ἀθηνῶν ἀπέδρα σὺν τῷ ἐραστῇ τῷ ἐμπόρῳ τῷ Ναυκρατίτῃ. καὶ τέλος ἐπῆγεν ὁ Κνήμων, ὅτι σὺν τῷ Ἀντικλεῖ κατὰ ζήτησιν τῆς Θίσβης ἐκπλεύσας ὡς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον εἰ δή πως ἂν εὑρὼν, ἀγαγών τε εἰς τὰς Ἀθήνας, λύσειε μὲν τῷ πατρὶ τὴν συκοφαντίαν, τιμωρήσαιτο δὲ ἐκείνην· καὶ πολλοῖς μὲν ἄλλοις κινδύνοις, πολλαῖς δὲ τύχαις [1] τοὺς μεταξὺ χρόνους περιπεσὼν, ἁλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ καταποντιστῶν, εἶτα πῶς διαδρὰς καὶ Αἰγύπτῳ προσορμισθεὶς, αὖθις ὑπὸ τῶν βουκόλων ληφθείη λῃστῶν· ἔνθα καὶ τὴν πρὸς Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν αὐτῷ γενέσθαι συντυχίαν· καὶ τὴν Θίσβης ἀναίρεσιν ἅμα καταλέγων, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ἑξῆς,

iunctione sanguinis Demaenetam attingebant, in damnationem illius coivissent, & populum in eam suspicionem, quod ipse caedem perpetrasset, adduxissent. Denique quo pacto Thisbe fugisset Athenis cum amatore quodam, mercatore Naucratensi. Ad extremum commemorabat Cnemon, quod cum Anticle ad inquisitionem Thisbes navigans in Aegyptum, ut si forte illam ibi invenisset, reducens Athenas, liberaret patrem calumnia, & de illa poenas sumeret; cum in multa alia pericula incidisset, & varios casus medio temporis intervallo fuisset expertus, etiam in piratarum potestatem venisset. Deinde, cum quodam modo effugisset, & ad Aegyptum rursus appulisset, a bubulcis captus fuerit, atque ibi cum Theagene Charicleaque familiaritatem inierit. Simul etiam Thisbes interitum attexebat, & re-

1 Τοὺς μεταξὺ χρόνους) Rectius forte τοῦ μεταξὺ χρόνου.

ἄχρι τῶν γνωριζομένων τῷ τε Καλασίριδι καὶ τῷ Ναυσικλεῖ πάντων.

γ'. Ἐφ' οἷς ὁ Ναυσικλῆς μυρίας ἔστρεφε βουλάς· νῦν μὲν ἐξειπεῖν τὰ ἀμφ' αὐτῷ τε καὶ τῇ Θίσβῃ διανοούμενος, νῦν δὲ εἰσαῦθις ὑπερθέσθαι κρίνων. καὶ τέλος, μόγις ἐπέσχε· τὸ μέν τοι αὐτὸς οὕτω δοκιμάζων, τὸ δὲ καὶ ὑπὸ συντυχίας ἑτέρας ἐμποδισθείς. ἄρτι γὰρ ἑξήκοντά που στάδια διανύσαντες, καὶ ἤδη τῇ κώμῃ, καθ' ἣν ὁ Μιτράνης διῆγε, πλησιάζοντες, γνωρίμῳ τινὶ τῶν Ναυσικλέους ἐντυγχάνουσι, καὶ ὅποι προθυμοῖτο οὕτως ἐσπουδασμένως ἀνηρώτων. ὁ δὲ, Ὦ Ναυσίκλες, ἔφη, τὴν ὁρμὴν ἐκπυνθάνῃ τὴν ἐμήν; ὥσπερ ἀγνοῶν ὅτι μοι τὸ παρὸν πάντα πρὸς ἓνα σπουδάζεται σκοπὸν, ὅπως ἂν Ἰσιάδι τῇ Χεμμιάτιδι τὰ προσταττόμενα ὑπηρετοίμην. ἐκείνῃ γεωργῶ, πάντα ἐκείνῃ πορίζω· δι' ἐκείνην ἀγρυπνῶ νύκτα τε καὶ ἡμέραν, οὐδὲν

liqua deinceps ordine, usque ad ea, quae erant Calasiridi & Nausicli nota omnia.

III. Quibus auditis, Nausicles multa versabat animo, nunc aperire suas & Thisbes rationes cogitans, & rursus differre statuens. Postremo vix sese continuit, partim ipse commodius esse iudicans, partim alio casu impeditus. Cum enim circiter sexaginta stadia fuissent emensi, & ad pagum, in quo Mitranes habitabat, propius accederent, cuidam, qui fuit Nausicli notus, fiunt obviam, &, quo contenderet tanto studio, rogabant. Ille autem, O Nausicles, inquit, quaeris, quo properem? tanquam ignores, quid mihi in praesentia incumbat. A me omnia studia ad unum diriguntur scopum, ut Isiadis Chemmitensis imperata faciam. Illi colo agrum, illius causa quaero & comparo omnia, propter illam noctes diesque insomnes duco, nihil omnino recusans, (quam-

ἀπαγορεύων· ἀλλά μοι ζημία καὶ μόχθος, [1] ὃ ἂν μὴ ἐπιτάττῃ μέγα ἢ μικρὸν Ἰσιὰς ἐκείνη. καὶ νυνὶ δὲ θέω, ὄρνιν τινὰ τοῦτον, ὡς ὁρᾷς, Νειλῶον Φοινικόπτερον, τῆς φιλτάτης ἐπίταγμα κομίζων. Ὡς εὐγνώμονι, ἔφη ὁ Ναυσικλῆς, ἐρωμένῃ συμπέπλεξαι, καὶ ὡς μικρὰ λίαν αὐτῆς τὰ ἐπιτάγματα, εἴγε Φοινικόπτερον, ἀλλ' οὐκ αὐτόν σοι τὸν Φοίνικα τὸν ἐξ Αἰθιόπων ἢ Ἰνδῶν ὡς ἡμᾶς ἀφικνούμενον ὄρνιν ἐπέταττε. καὶ ὅς, Ταῦτα μὲν ἐκείνη, ἔφη, χλεύην ἐμὲ συνήθως, καὶ τὰ ἐμὰ πεποίηται. ἀλλὰ ποῖ δὴ καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπὶ τίνα τὴν χρείαν; ὡς δὲ, ὅτι παρὰ τὸν Μιτράνην ἐσπουδάκασιν, ἀπεκρίναντο· Ἀλλὰ μάτην ὑμῖν, ἔφη, καὶ εἰς κενὸν ἡ σπουδὴ, Μιτράνου τὰ νῦν κατὰ χώραν οὐκ ὄντος, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς Βῆσσαν τὴν κώμην ἐνοικοῦντας βουκόλους ταύτης τῆς νυκτὸς ἐκστρατεύσαντος, ὅτι δή τινα νεανίσκον αἰχμά-

quam inde nihil praeter mulctam, & laboris molestiam reportem) quod mihi imperarit, seu magnum, seu parvum fuerit, Isias illa. Et nunc accelero, avem quandam hanc, ut vides, Niloticam phoenicopterum carissimae mandato ferens. Quam facilem es, inquit Nausicles, amasiam consecutus, & quam exigua sunt illius imperia, quod tibi phoenicopterum, & non ipsam phoenicem potius, quae avis ab Aethiopibus aut Indis huc ad nos pervenit, afferre iusserit! Et ille rursus: Illa quidem, inquit, more solito ex me meisque rationibus lusum facit. Ceterum quo vos vicissim, & quam ob caussam, iter instituistis? Postquam autem, quod ad Mitranem contenderent, responderunt: Inane est, inquit, & irritum vestrum studium, quod Mitranes in praesentia hic non sit, sed contra incolas Bessae bubulcos hac nocte exercitum duxerit. Adolescentem enim quendam ca-

1 Ὃ ἂν μὴ ἐπιτάττῃ) Legendum existimo, ὃ ἄν μοι ἐπιτάττῃ.

λωτον Ἕλληνα πρὸς Ὀροονδάτην εἰς τὴν Μέμφιν ἀπεσταλκότες, ὡς ἂν ἐκεῖθεν, οἶμαι, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ δῶρον [1] ἀναδειχθείη, Βησσαεῖς καὶ ὁ τούτων ἔναγχος ἀποδειχθεὶς ἔξαρχος Θύαμις, ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλόντες ἔχουσι.

δ′. Καὶ ὁ μὲν ἔτι λέγων, ἀπέτρεχεν· Ἐμοὶ δὲ ἐπὶ τὴν Ἰσιάδα σπευστέον, εἰπὼν, εἴπου με νῦν [2] πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ, μὴ δή τι μοὶ καὶ πρόσκρουσμα ἐρωτικὸν ἡ βραδύτης ἐνέγκῃ. δεινὴ δὲ ἐκείνη καὶ ἀπροφασίστους αἰτίας, ἐγκλήματά τε καὶ [3] ἀκκισμοὺς ἀναπλάσαι κατ᾽ ἐμοῦ. οἱ δὲ, ὡς τούτων ἤκουσαν, ἀχανεῖς ἐπιπλεῖστον εἱστήκεσαν, πρὸς τοῦ ἀνελπίστου τῆς ἀποτυχίας τῶν προσδοκηθέντων. ἀλλ᾽ ὀψὲ

ptivum, quem ille Memphim ad Oroondatem miserat, ut inde, ut arbitror, ad regem magnum muneris loco perveniret, Beſſaenſes & eorum dux declaratus Thyamis, incurſione facta, ereptum detinent.

IV. Et ille quidem his dictis abibat, Mihi vero ad Iſiadem eſt properandum, inquiens, quae me nunc forſitan ſuis acribus oculis circumſpicit, ne mihi aliquam offenſam in amore mora & cunctatio afferat. Eſt autem nimium callida in accuſationibus etiam ſine cauſa, & criminibus ac inſimulationibus contra me fingendis. Illi vero, ut haec audiverunt, taciti & ſtupentes diu ſteterunt, quod praeter opinionem ſpe & exſpectatione ſua fruſtrati eſſent: donec ſero tandem ipſos Nauſicles re-

1 Ἀναδειχθείη) Palat. ἀναχθείη.

2 Πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς) Πολλοῖς vix ſanum videtur. Poſſis, ὀλοοῖς, πικροῖς, quod in animo habuiſſe videtur interpres.

3 Ἀκκισμοὺς) Dubitaveris, utrum lectionem receptam ſerves, an ex Taurin. malueris αἰκισμούς· certe ἀκκισμοὶ nunquam ſignificarint inſimulationes. Quare lectio, quam Cod. praefert, non reiicula. Amicae in amatorem αἰκισμὸς non male adſcribitur. Niſi ἀκκισμοὶ *faſtidioſae recuſationes* verti poſſent. Haec Dorvill. ad Char. p. 145.

πoτε αὐτοὺς ὁ Ναυσικλῆς ἀνελάμβανεν, ὡς οὐ δέοι τὴν ἐπ' ὀλίγον [1] καὶ πρὸς καιρὸν ἀποτυχίαν τέλεον ἀπεγνωκέναι, ἢ τῶν ἐν χερσὶν ὑποτιθέμενος· ἀλλὰ νῦν μὲν χρῆναι εἰς τὴν Χέμμιν ἐπανιέναι· τῶν δὲ πρακτέων ἐν ἐπισκέψει ἐχομένους, καὶ ὡς πρὸς ἐκδημίαν πλεῖστα συνεσκευασμένους, πρὸς τὴν τοῦ Θεαγένους ἐπιζήτησιν, εἴτε παρὰ τοῖς βουκόλοις, εἴτε καὶ παρ' ἄλλοις τισὶ πυνθάνοιντο τρέπεσθαι, ἀγαθὴν τῆς ἀνευρέσεως ἐλπίδα πανταχοῦ προβαλλομένους. ὡς καὶ νῦν οὐκ ἀθεεὶ γενέσθαι δοκεῖν, τὸ δή τινι τῶν γνωρίμων ἐντυχόντας, χειραγωγηθῆναι πρὸς τῶν ἀγγελθέντων, ὅποι δεήσει τὸν Θεαγένην μαστεύειν, τὴν ὁρμὴν τῆς πορείας, οἷον ἐπὶ σκοπὸν τὴν βουκολικὴν κώμην τείνοντας.

έ. Ταῦτα λέγων, οὐ χαλεπῶς ἔπειθεν· ἅμα τε, οἶμαι, καὶ ἑτέρας ἐλπίδος τοῖς ἀγγελθεῖσι ἀναφαινο-

vocavit ad ſeſe, & confirmavit, admonens, non oportere brevis fruſtrationis cauſa, & quae ad tempus tantum acciderit, omnem ſpem & curam eorum, quae prae manibus eſſent, abiicere; ſed nunc quidem Chemmin redeundum eſſe, & cum conſilium gerendae rei capere, tum peregrinationem, maiore viatico inſtructos, ad inquirendum Theagenem, ſive apud bubulcos, ſive apud alios quoſcunque illum eſſe audiverint, ſuſcipere, bonam ſpem inventionis ubique ſibi proponendo. Nam neque nunc abſque numine & providentia Deorum videri factum eſſe, quod cum in quendam ex notis incidiſſent, iis, quae nuntiata ſunt, quaſi manu ducantur eo, ubi Theagenem inquirere oportebit, iter ad bubulcorum pagum tanquam ad ſcopum dirigentes.

V. Haec cum dixiſſet, haud difficulter illis perſuaſit, ſimul, ut exiſtimo, alia ſpe ex iis, quae nuntiata fuerant,

[1] Καὶ πρὸς καιρὸν) Καὶ πρόσκαιρον una voce Cod. Taurin.

μένης, καὶ τοῦ Κνήμωνος πρὸς τὸν Καλάσιριν ἰδίᾳ πάνυ θαρσεῖν ὡς ὁ Θύαμις περισώσειε τὸν Θεαγένην, διϊσχυριζομένου. ἐδόκει οὖν ἐπανιέναι. καὶ ἐπανήεσαν· τήν τε Χαρίκλειαν ἐπὶ τοῖς προθύροις καταλαμβάνουσι, πόῤῥωθεν αὐτοὺς καὶ ἐκ πάντων κλιμάτων περισκοποῦσαν. καὶ ὡς οὐδαμοῦ τὸν Θεαγένην ἑώρα σὺν αὐτοῖς, λίγιόν τι ἀνακωκύσασα, Ἀλλ᾽ ἢ μόνοι μοὶ, πάτερ, ἔφη, καὶ οἷοί περ ἐντεῦθεν ἐξωρμήκατε, πάλιν ἐπάνιτε; Θεαγένης δὲ ἄρα, ὡς ἔοικε, τέθνηκεν; εἴ τι φράζειν ἔχετε, θᾶττον ἐξείπατε, πρὸς θεῶν· μὴ δὲ ἐπιτείνητέ μοι τὴν συμφορὰν παρολκῇ τῆς ἐπαγγελίας. ἔχει τι φιλάνθρωπον ὀξεῖα δυστυχημάτων δήλωσις, τὴν ὁμόσε χώρησιν πρὸς τὸ δεινὸν τῇ ψυχῇ, καὶ ταχεῖαν ἀπάλγησιν παρασκευάζουσα. ὑποτεμνόμενος δὴ δυσφοροῦσαν ἄγαν ὁ Κνήμων, Ὡς ἐργῶδές σου τοῦτο, ἔφη,

elucente, & Cnemone feorfim etiam Calafirim bono animo effe, quod Thyamis Theagenem fervaturus effet, iubente. Placuit igitur, ut redirent. Reverfi Charicleam in veftibulo deprehendunt, procul & in omnes regiones illorum caufa circumfpectantem. Cum vero nufquam cum illis Theagenem cerneret, lugubri ploratu edito, An foli, inquit, pater, & quemadmodum hinc exiftis, rurfus revertimini? Theagenes vero procul dubio, ut coniicere licet, occubuit? Exponite, per Deos orati, quamprimum, fi quid habetis, neque augeatis mihi calamitatem nuntii dilatione. Cum humanitate quadam coniunctum eft feftinum adverfae fortunae indicium, ut quod animum ad refiftendum magnitudini mali praeparet, & fatietatem doloris cito afferat. Praecidens igitur eius moerorem, admodum aegrae animo, Cnemon: Quae, malum, eft, inquit, ifta confuetudo, Chariclea?

ὦ Χαρίκλεια· ἐπίφορός πως ἀεὶ τυγχάνεις τὰ χείρονα μαντεύεσθαι, καὶ ψευδῆ γε ἅμα, καλῶς κατὰ τοῦτο ποιοῦσα. Θεαγένης γοῦν ἔστι καὶ σώζεται θεῶν βουλομένων· καὶ ὅπως καὶ παρὰ τίσιν, ἐπιτεμὼν ἔλεγε. καὶ ὁ Καλάσιρις, Οὔπω ποτὲ ἠράσθης, εἶπεν, ἐξ ὧν λέγεις, ὦ Κνήμων. ἦ γὰρ ἂν ἔγνως, ὡς καὶ τὰ ἀδεᾶ φοβερὰ τοῖς ἐρῶσι, καὶ μόνοις ὀφθαλμοῖς μάρτυσι πιστεύουσιν ὑπὲρ τῶν παιδικῶν· ἡ δὲ ἐκείνων ἀπουσία, δειλία τοῦτο ἤδη καὶ ἀγωνία ψυχαῖς ἐρωτικαῖς γίνεται. αἴτιον δὲ, πεπείκασι ἑαυτοὺς, οὐκ ἄλλως πώποτε σφῶν ἀπολείπεσθαι τοὺς φιλτάτους, μὴ οὐχὶ κωλύματος ἀηδοῦς ἐμποδίζοντος. ὥστε, ὦ φίλος, Χαρικλείᾳ μὲν συγγινώσκωμεν, εὖ τὰ ἐρώτων πάθη καὶ ἀκριβῶς νοσούσῃ. αὐτοὶ δὲ ἐντὸς θυρῶν γενόμενοι, τῶν πρακτέων φροντίζωμεν.

Proclivis es quodammodo in augurium deteriorum, ſed falſorum utique: qua quidem in parte recte facis. Theagenes enim eſt, &, Diis volentibus, manet incolumis: & quomodo, & apud quos, breviter referebat. Calaſiris autem, Apparet, te nondum amorem expertum eſſe, Cnemon, ex iis, quae locutus es, dicebat. Scires enim profecto, quod & ea, quae nihil habent periculi, formidoloſa amantibus exiſtunt: ſoliſque oculis, in iis, quae iucundiſſima & gratiſſima ſunt, fidem habent. Illorum vero abſentia, metum iam & ſollicitudinem in animabus amore captis efficit. Porro in cauſa eſt, quod ſibi perſuaſerunt uterque alteri cariſſimi, nunquam ſe relicturos eſſe, niſi illorum coniunctioni aliquod triſte obſtet impedimentum. Quare, mi Cnemon, Charicleae quidem veniam damus, quae vere exacti amoris affectu laboret: ipſi vero, ingreſſi oſtium, de iis, quae ſunt agenda, cogitemus.

στ΄. Καὶ ἅμα λαβόμενος τῆς χειρὸς μετὰ δή τινος πατρικῆς θεραπείας εἰσῆγε τὴν Χαρίκλειαν. ὁ δὲ Ναυσικλῆς τὸ ἐντεῦθεν ἀνεῖναι τῶν Φροντίδων αὐτοὺς βουλόμενος, καί τι καὶ ἕτερον πραγματευόμενος, ἑστίασίν τε λαμπροτέραν ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς παρεσκεύασε, καὶ μόνοις σὺν τῇ θυγατρὶ τὸ συμπόσιον ἀφῆκεν, ἁβροτέραν τε τοῦ εἰωθότος ὀφθῆναι τὴν παῖδα καλλωπίσας, καὶ πολυτελέστερον κοσμήσας. κἀπειδὴ τῆς εὐωχίας ἱκανῶς ἔχειν ἐδόκει, λόγων πρὸς αὐτοὺς ἄρχεται τοιῶνδε· Ἐμοὶ, λέγων, ὦ ξένοι, θεοὶ μάρτυρες τῶν λεχθησομένων· ἡδὺ μὲν καὶ εἴπερ αὐτοῦ τῇδε καὶ παρ᾽ ἐμοὶ μένοντες ἐθέλοιτε τὸν πάντα διάγειν χρόνον, ἐπὶ κοινοῖς μὲν τοῖς οὖσι, κοινοῖς δὲ τοῖς Φιλτάτοις. οὐ γὰρ ὡς ἐπιδήμους ξένους, ἀλλὰ Φίλους λοιπὸν, εὔνους τε ἐμοὶ καὶ γνησίους νενομικὼς, βάρος οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἅπαν τὸ εἰς ὑμᾶς ἐσόμενον ἡγήσομαι, ἕτοιμος δὲ καὶ τοὺς οἰκείους

VI. His dictis, acceptam a manu Charicleam, cum quadam obſervantia paterna in aedes introduxit. Nauſicles autem, recreare illos a curis volens, atque etiam aliquid aliud moliens, convivium ſplendidius, quam ſolebat, inſtruxit, & ſolis cum filia ſympoſium conceſſit, ut delicatior & comptior ſolito appareret, illam inſtruens, & ſumptuoſius exornans. Cum autem convivio ſatis eſſe oblectatos exiſtimaret, ita ad illos eſt locutus, Mihi, inquiens, hoſpites, (Dii ſunt teſtes eorum, quae a me dicentur) praeſentia veſtra eſt iucunda, etiamſi hic apud me totum velitis degere tempus, communi iure facultatum, & eorum, quae mihi cariſſima ſunt. Cumque vos non in advenarum hoſpitum loco, ſed amicorum in poſterum, amantium mei & verorum, habeam, nihil erit mihi oneri, quod in vos collatum fuerit. Quin etiam vobis neceſſarios veſtros inquirere vo-

ἀναζητεῖν ὑμῖν βουλομένοις, τὰ εἰς δύναμιν, ἕως ἂν παρεῖναί με συμβαίνῃ, συμπράττειν. ἀλλὰ ἴστε που καὶ αὐτοὶ πάντως, ὅτι μοι βίος ἐστὶν ἐμπορικὸς, καὶ ταύτην γεωργῶ τὴν τέχνην· καὶ ὡς λαμπροὶ ζέφυροι πάλαι καταπνέοντες, ἀνέῳξαν μὲν εἰς ναυτιλίαν τὴν θάλατταν, τὰ πλόϊμα δὲ τοῖς ἐμπόροις εὐαγγελίζονται. καί με καθάπερ κήρυγμα ἡ χρεία καλεῖ πρὸς τὴν εἰς Ἕλληνας ἐκδημίαν. δίκαια τοίνυν ἂν ποιοῖτε, τί ποτε καὶ ὑμῖν βουλομένοις ἐστὶ, κοινούμενοι, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν ἡμέτερον σκοπὸν, τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν διαθοίμην.

ζ΄. Μικρὸν δὴ ἐφησυχάσας τοῖς εἰρημένοις ὁ Καλάσιρις, Ὦ Ναυσίκλες, ἔφη, σοὶ μὲν ἐπ᾽ αἰσίοις ὁ ἔκπλους στέλλοιτο· καὶ Ἑρμῆς μὲν κερδῷος, Ποσειδῶν δὲ ἀσφάλειος, συνέμποροι καὶ πομποὶ γίγνοιντο, πᾶν

lentibus paratus ſum, quoad fieri poterit, quantumque in me ſitum erit, opem ferre. Ceterum haud dubie ipſi ſcitis, quod mihi ratio vitae ad mercaturam eſt inſtituta, & hanc artem colo & exerceo tanquam agrum. Cum itaque iam Zephyri egregie flantes, ut navigationi mare pateat efficiant, & navigandi commoditatem mercatoribus promittant, me quoque negotium tanquam praeconium quoddam ad peregrinationem in Graeciam evocat. Recte igitur feceritis, ſi mecum viciſſim veſtram ſententiam communicaveritis, ut & ipſe ad ſcopum vobis propoſitum, meas rationes conſtituere poſſim.

VII. Poſt haec dicta paullulum quieſcens Calaſiris, O Nauſicles, inquit, Tu quidem bonis avibus navigationem pares, Mercuriuſque lucrum praeſtans, & Neptunus tranquillitatis effector, comites & deductores

μὲν ἐπὶ πέλαγος εὔρουν καὶ εὐήνεμον παραπέμποντες, πάντα δὲ ὅρμον εὐλίμενον, καὶ πᾶσαν πόλιν εὐπρόσοδον καὶ φιλέμπορον ἀποφαίνοντες, οὕτως ἡμᾶς καὶ παρόντας περιέποντι, καὶ ἀπιέναι βουλομένους πέμποντι, καὶ τοὺς ξενίους τε καὶ φιλίους θεσμοὺς ἀκριβοῦντι. ἀλλ' ἡμῖν ἀλγεινὸν μὲν ἴσως τὸ χωρίζεσθαι σοῦ τε καὶ οἰκείας τῆς σῆς, ἣν ἰδίαν ἡμῶν ἡγεῖσθαι παρεσκεύασας· ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἀπαραίτητον τῆς τῶν φιλτάτων ἀνευρέσεως παντοίως ἀντιλαμβάνεσθαι. ἐμοὶ μὲν οὕτως καὶ Χαρικλείᾳ ταύτῃ· Κνήμωνι δὲ τί ποτε ἡ γνώμη, καὶ εἴτε συναλητεύειν ἡμῖν καὶ χαρίζεσθαι ἕτοιμος, εἴτε ἄλλῃ πῃ διέγνωκεν, αὐτὸς ἂν λέγοι παρών. βουλόμενος δὴ ὁ Κνήμων πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεσθαι, καὶ μέλλων τι ἤδη καὶ φθέγγεσθαι, ἔλυξέ τε αἰφνίδιον, καὶ ἀθρόον αὐτῷ δάκρυον θερμὸν προχυθὲν ἐπεστόμιζε τὴν γλῶτταν· ἕως ὀψὲ

tibi adſint, teque in omne pelagus latum & tranquillum deducant: omnem portum tutum, & omnem urbem acceſſu facilem & mercatorum ſtudioſam efficiant, quod & praeſentes nos tanta benevolentia complexus es, & diſcedere volentes dimittis, hoſpitii & amicitiae leges exacte ſervans. Nobis autem etſi grave & moleſtum eſt, a te & domo tua, quam ut noſtram eſſe exiſtimemus effeciſti, ſeparari; neceſſarium eſt tamen & irrecuſabile, ad inquiſitionem cariſſimorum omnino aggredi. Et haec quidem mea eſt & Charicleae ſententia. Cnemon autem quid habeat in animo, & ſive nobiſcum una oberrare, & gratificari nobis, ſive aliud quidpiam facere ſtatuit, ipſe dicat in praeſentia. Volens igitur ad haec reſpondere Cnemon, & iam iam aliquid prolocuturus, ſingultivit ſubito, & repente illi calidae lacrimae profuſae linguam obſtruxere: donec ſero tandem ſpi-

ποτε τὸ πνεῦμα συλλεξάμενος καὶ ἐπιστενάξας, Ὦ πάσης, ἔφη, τροπῆς ἀνάμεστον καὶ ἀσταθμητότατον τύχης ἀνθρωπίνης κίνημα· ὅσην παλίῤῥοιαν κακῶν, ἐπί τε ἄλλων δὴ πολλῶν πολλάκις, καὶ κατ' ἐμοῦ [1] πεφιλοτίμησαι· γένους μὲν καὶ οἰκίας πατρῴας ἐστέρησας· πατρίδος τε καὶ πόλεως τῆς τῶν φιλτάτων ἐξένωσας· Αἰγυπτίᾳ με γῇ (πολλὰ τὰ μεταξὺ σιωπῶντα) προσώκειλας· λῃσταῖς βουκόλοις παρέδωκας, μικράν τινα χρηστὴν ἐλπίδα ὑπέφηνας, ἀνδρῶν συντυχίαν, δυστυχῶν μὲν καὶ τούτων, πλὴν ἀλλ' Ἑλλήνων, πρυτανεύσασα, μεθ' ὧν τὸ λειπόμενον τοῦ χρόνου βιώσεσθαι ἤλπιζον· καὶ ταύτην, ὡς ἔοικεν, ὑποτέμνῃ τὴν παραμυθίαν. ποῖ γὰρ [2] τράπωμαι; τί δέ με καὶ χρὴ πράττειν; καταλείπω Χαρίκλειαν, οὔπω Θεαγένην ἀνευρηκυῖαν; ἀλλὰ δεινὸν, ὦ γῆ, καὶ ἀθέ-

ritu collecto, & gemitu edito, O fortunae, inquit, humanae omnis mutationis plena & instabilissima ratio, quantum malorum refluxum, cum in aliis multis saepius, tum in me declarasti! Genere & domo paterna me privasti, patria & urbe, quae mihi est carissima, extorrem egisti: ad Aegyptiam terram (ut multos intercapedinis casus taceam) impegisti, praedonibus bubulcis tradidisti. Paullulum quidem bonae spei ostenderas, familiaritatem virorum, etsi calamitosorum, Graecorum tamen, concilians: cum quibus ego me reliquum tempus vitae transacturum putabam. Sed & hanc, ut videtur, praecidis consolationem. Quo enim vertar? quidve mihi faciendum est? An relinquam Charicleam, quae nondum Theagenem invenit? Sed intolerandum, o terra,

1 Πεφιλοτίμησαι) Bas. πεφιλοτίμησας. At Palat. Xyl. Vatic. πεφιλοτίμηται. Sed sequitur ἐστέρησας, ἐξένωσας.

2 Τράπωμαι) Ita Palat. Reliqui τράπομαι.

μιτον. ἀλλ' ἕπεσθαί με χρὴ καὶ συναναζητεῖν; εἰ μὲν ἐπὶ προδήλῳ τῇ εὑρέσει, καλὸν τὸ μοχθεῖν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κατορθώσειν· εἰ δὲ ἄδηλον τὸ μέλλον καὶ πλέον τὸ δυσχερὲς, ἄδηλον [καὶ] ποῖ ποτε στήσεταί μοι τὰ τῆς ἄλης. τί δὲ οὐχὶ συγγνώμην παρ' ὑμῶν τε καὶ θεῶν Φιλίων αἰτήσας, νῦν γοῦν ποτε τῆς ἐπὶ τὴν πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐπανόδου μνησθήσομαι, καιροῦ καὶ ταῦτα εἰς καλὸν ἐκ τοῦ θεῶν, ὡς ἔοικε, [1] παρεμπεπτωκότος; καὶ τουτουὶ Ναυσικλέους, ὡς ἔφη, εἰς Ἕλληνας ἀφήσειν μέλλοντος, μὴ δή μοι τὶ καὶ τοῦ πατρὸς ἐν τούτῳ παθόντος, ἔρημος εἰς τὸ παντελὲς διαδόχου, καὶ ἄκληρος ὁ οἶκος ἀπολειφθείη. καὶ γὰρ καὶ εἰ πένεσθαι μέλλοιμι, σώζεσθαι γοῦν τι λείψανον δι' ἐμοῦ τῷ γένει καλὸν καὶ αὔταρκες. ἀλλ', ὦ Χαρίκλεια, σοὶ γὰρ προηγουμένως ἀπολογοῦμαι, καὶ συγ-

& nefas factu eſt. An ſequar, & una inquiram? Si quidem certa eſt inventio, praeclarum eſt ſubire laborem ſpe felicis exitus: ſin inexplorata eſt futurorum ratio, & maior moleſtia nos excipiet, incertum eſt, ubi tandem conſiſtet, aut quem finem conſequetur hic meus error. Quid ſi a vobis, & Diis amicitiae praeſidibus, veniam deprecatus, nunc tandem in familiam & patriam reditus mentionem faciam? praeſertim cum occaſio opportune divina providentia, ut videtur, inciderit, & Nauſicles hic, ut ait, in Graeciam ſit ſoluturus, ne, vel interim ſi patri aliquid acciderit, omnino ſucceſſore orba & exheres domus relinquatur. Etenim, etiamſi in inopia victurus ſim, ſervari tamen per me aliquas reliquias generis honeſtum eſt, & propter ſe expetendum. Sed, o Chariclea, tibi enim me praecipue excuſatum ve-

1 Παρεμπεπτωκότος) Pal. παραπεπτωκότος. Cui favet locus inf. τὴν παραπεσοῦσαν πρόφασιν &c.

γνώμην αἰτῶ, καὶ δέομαι, δός· ἄχρι μὲν τῶν βουκόλων ἕψομαι, μικρὸν ἐπιμεῖναι Ναυσικλέα, κἂν σφόδρα ἐπείγηται, παρακαλέσας· εἴ πως σε Θεαγένει παρόντι ἐγχειρίσας, χρηστὸς μὲν παρακαταθήκης φύλαξ ἀποδειχθείην· ἐπὶ χρησταῖς δὲ καὶ αὐτὸς ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι μετὰ ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος χωριζοίμην. εἰ δὲ ἀποτύχοιμεν, ὃ μὴ γένοιτο, καὶ οὕτω συγγνωστὸς, ὅτι γε δὴ μόνην σε οὐδὲ τότε καταλιπὼν, ἀλλ᾽ ἀγαθόν σοι φύλακα καὶ πατέρα Καλάσιριν τουτονὶ παρακαταστήσας. ἡ δὲ Χαρίκλεια τόν τε Κνήμωνα ἐκ πολλῶν ἤδη συμβάλλουσα τοῦ Ναυσικλέους ἐπὶ τὸ θυγάτριον ἐπτοημένον, (ὀξὺς γὰρ ὁ ἐρῶν φωράσαι τὸν ἀπὸ τῶν ἴσων παθῶν κεκρατημένον) καὶ τὸν Ναυσικλέα πρὸς τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ λεχθέντων συνεῖσα, ὡς ἀσμένως γένοιτο ἂν τὸ κῆδος, καὶ πάλαι τοῦτο πραγματεύεται, καὶ τὸν Κνήμωνα [1] ἐμπορεύεται ποικί-

lim, & a te veniam peto, ac deprecor, da mihi hoc beneficium: usque ad bubulcos sequar, a Nausicle, ut parumper exspectet, etsi nimium properet, impetrans: ut si te forte tradidero in manus Theageni, sedulus depositi custos fuisse declarer: bona quoque spe futurarum rerum, cum bona conscientia factorum, a vobis separer. Sin autem, quod absit, spe lapsi fuerimus, sic quoque veniam merear, neque te solam tum relinquens, sed adhibens tibi Calasirim hunc bonum & custodem & patrem. Chariclea vero, & Cnemonem multis argumentis coniiciens erga Nausiclis filiam commotum esse, (acris enim est amans in deprehendendo eo, qui simili affectui succubuit) & Nausiclem, ex iis, quae ab eo dicta fuerant, ut affinitas contraheretur iampridem moliri, & Cnemonem variis illecebris allicere, intelligens, simul-

μος, καὶ ἡδονῆς παρανόμου καὶ ἀκρατοῦς ἐλάττων. πρὸς γοῦν ἄλλοις καὶ τῷ Θυάμιδι παραιτία τῆς ἐκ Μέμφεως ποτὲ φυγῆς ἐγεγόνει. ἄρτι γὰρ τοῦ Καλασίριδος διὰ τὰ ἐκ θεῶν αὐτῷ περὶ τῶν παίδων προθεσπισθέντα, τῆς Μέμφεως ἑαυτὸν λάθρα πάντων ἐξοικίσαντος, καὶ ἀφανοῦς ὄντος, ἣ καὶ ἀπολωλέναι δοκοῦντος, τοῦ δὲ Θυάμιδος, ὡς ἂν πρεσβυτέρου παιδὸς, ἐπὶ τὴν προφητείαν κληθέντος, καὶ τὰς εἰσιτηρίους θυσίας πανδημεὶ τελοῦντος, ἐντυχοῦσα κατὰ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος ἡ Ἀρσάκη νεανίσκῳ χαρίεντι καὶ ἀκμάζοντι, καὶ πρὸς τῆς ἐν χερσὶ πανηγύρεως πλέον ὡραϊσμένῳ, ὀφθαλμούς τε ἐπέβαλεν οὐ σώφρονας, καὶ νεύματα τῶν αἰσχροτέρων αἰνίγματα. καὶ ταῦτα ὁ μὲν Θύαμις οὐδὲ κατὰ μικρὸν προσίετο, φύσει τε καὶ ἐκ παίδων εὖ πεφυκὼς τὰ εἰς σωφροσύνην· καὶ

licitam ac dissolutam in vita, culpa & reprehensione non carebat. Inter cetera quoque & Thyamidi aliqua ex parte causa aliquando exstiterat exsilii, quo Memphi cedere coactus est. Cum enim, simulatque Calasiris propter ea, quae illi divinitus de filiis responsa fuerant, Memphi clam emigrasset, ac nusquam compareret, atque etiam periisse putaretur, illico Thyamis, tanquam filius natu maior, esset ad dignitatem antistitii vocatus, & sacrificia in ingressu celebraret publice, cum incidisset in templo Isidis Arsace in adolescentem gratiosum, & aetate florentem, atque etiam in illa panegyri magis conspicuum & exornatum, oculis illum petiit intemperantibus, & nutibus turpiorum rerum involucris. Quae quidem Thyamis ne paullulum quidem ad animum admittebat, cum natura ad temperantiam idoneus, tum a puero praeclare institutus. Alioqui etiam ea, quae ab

τὰ πρὸς ἐκείνης δρώμενα [1] πόῤῥω τε ἦν, ὡς ἐδρᾶτο, ὑποπτεύειν· καὶ τυχὸν ἄλλως πῶς γίνεσθαι ὑπετίθετο, τῶν ἱερῶν ὅλος γινόμενος. ὅγε μὴν ἀδελφὸς αὐτοῦ Πετόσιρις, καὶ πάλαι ζηλοτυπίαν ἐπ᾽ αὐτῷ νοσῶν τῆς ἱερωσύνης, τάς τε προσβολὰς τῆς Ἀρσάκης παρατηρήσας, ἀφορμὴν εἰς ἐπιβουλὴν τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἐκείνης οὐκ ἔννομον πεῖραν ἐποιήσατο. καὶ τῷ Ὀροονδάτῃ λάθρα προσιὼν κατεμήνυεν, οὐ τὴν ἐκείνης ὄρεξιν μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ, ὡς ὁ Θύαμις συγκατατίθειτο, προσεπιψευδόμενος. ὁ δὲ ῥαδίως [2] ὑποπεισθεὶς ἐξ ὧν τὴν Ἀρσάκην προϋπώπτευε, τῇ μὲν κατ᾽ οὐδὲν ἠνώχλει, σαφῆ τε ἔλεγχον οὐκ ἔχων, καὶ ἅμα φόβῳ καὶ αἰδοῖ τῇ περὶ τὸ βασίλειον γένος, εἴ τι καὶ ὑπώπτευεν, ἀνέχεσθαι βιαζόμενος. τῷ μέντοι γε Θυάμιδι θάνα-

illa agebantur, longius fuerant petita, quam ut ille suspicari posset: & fortassis aliter quodammodo fieri existimabat, cum totus esset sacris rebus intentus. Ceterum frater Petosiris, qui & iampridem illi antistitii dignitatem inviderat, & illecebras Arsaces observasset, occasionem ad insidias fratri faciendas, illius illegitimam sollicitationem arripuit. Et Oroondatem clam accedens, indicavit non illius tantum cupiditatem, sed insuper, quod Thyamis iam cum illa pacisceretur: falso id adiiciens. Ille autem facile sibi persuaderi passus est, propter suspicionem, quam iam antea de Arsace conceperat: verumtamen molestus illi non fuit, tum quod manifestum argumentum, quo illam convincere posset, non haberet, tum quod reverentia generis regii, etiamsi quid suspicabatur, tolerandum, & premendum esse putaret. Ceterum Thyamidi palam denuntiare & minari

1 Πόῤῥω τε ἦν -- ὑποπτεύειν) Forte partic. ἢ excidit ante ὑποπτεύειν. Sed & vulgatum sic stare potest: πόῤῥω ἦν τοῦ ὑποπτεύειν.

2 Ὑποπεισθεὶς) Ita omnes MSS. teste Commel. Bas. πεισθεὶς.

τον [1] ἐκ προῤῥήσεως συνεχῶς διαπειλῶν, [2] οὐ πρότερον ἀνῆκεν, ἄχρις οὗ τὸν μὲν ἐφυγάδευσε, τὸν Πετόσιριν δὲ εἰς τὴν προφητείαν ἐγκατέστησεν.

γ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν [3] χρόνοις ἐγεγόνει προτέροις. τότε δ' οὖν ἡ Ἀρσάκη τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν οἴκησιν αὐτῆς συῤῥυέντος, καὶ τήν τε ἔφοδον τῶν ἐναντίων δηλοῦντος, ἤδη καὶ αὐτὴ προῃσθημένη, καὶ τοῖς οὖσι τῶν στρατιωτῶν ἐπιτρέψαι συνεξελθεῖν αὐτοῖς αἰτοῦντος, οὐκ ἂν ἔφη [4] [ταῦτα] προχείρως οὕτως ἐπιτρέψειν, οὔπω μὲν τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων ὅσον, οὔπω δὲ οἵτινες εἰσὶν ἢ πόθεν εἰδυῖα· καὶ πρός γε, οὐδὲ τὴν πρόφασιν, δι' ἣν ἐπεληλύθασι, γινώσκουσα. χρῆναι οὖν, ἄχρι τῶν τειχῶν διαβῆναι πρότερον, καὶ ἅπαντα ἐκεῖ-

mortem non prius destitit, quam illum in exsilium pepulit, & fratrem eius Petosiridem in antistitii dignitate collocavit.

III. Sed haec quidem temporibus, quae praecesserant, acciderunt. Tum autem Arsace, cum multitudo ad illius domicilia confluxisset, adventumque hostium, quod & illa praesenserat, nuntiaret, &, ut imperaret convenire milites, qui essent, peteret, non ita se facile id permissuram dixit, cum nondum, quantae sint hostium copiae, aut qui sint hostes, aut unde, sciret, ad haec, ne caussam quidem, propter quam venerint, cognovisset. Oportere igitur usque ad muros prius transcendere, & illinc

1 Ἐκ προῤῥήσεως) Recte sic omnes libri. Bas. vitiose: ἐκπορῤήσεως.

2 Οὐ πρότερον ἀνῆκεν) E scripturae compendio vitium huic loco enatum est, quod e Bas. in reliquas edd. migravit, οὐ προανῆκεν. Sed alterum οὐ πρότερον ἀνῆκεν recte praeferunt Codd. Palat. Xyl. Vatic. cum Taurin. teste Dorvill. ad Char. p. 434.

3 Χρόνοις ἐγεγόνει προτέροις) Cod. Taur. apud Dorvill. ad Char. l. l. χρ. ἐγεγ. πρότερον· quam lectionem ferri posse, atque χρόνοις ita abundare, iudicabat idem vir doctus. Sed in Heliodoro vulgatum praetulerim, consensu reliquorum librorum munitum. Male mox Xyland. συῤῥέοντος pro συῤῥυέντος.

4 Ταῦτα) Abest a Cod. Palat. & sane recte abesse potest.

θεν κατοπτεύσαντας, καὶ ἄλλους συλλαβόντας, οὕτω τοῖς δυνατοῖς καὶ λυσιτελοῦσιν ἐπιχειρεῖν. ἐδόκει καλῶς εἰρῆσθαι· καὶ ὥρμησαν ὡς εἶχον ἐπὶ τὸ τεῖχος. ἔνθα σκηνὴν ὑπὸ ἁλουργοῖς καὶ χρυσοϋφέσι παραπετάσμασιν ἐκ προστάγματος ἡ Ἀρσάκη πηξαμένη, πολυτελῶς τε αὑτὴν καλλωπίσασα, καὶ ἐφ' ὑψηλῆς καθέδρας προκαθίσασα, [1] τούς τε σωματοφύλακας ἐν ὅπλοις ὑποχρύσοις περιστήσασα, κηρύκειόν τε εἰς εἰρηνικῶν διαλέξεων σύμβολον ἀναδείξασα, τοὺς πρώτους καὶ ἐπιδόξους τῶν ἐναντίων, πλησίον ἥκειν τοῦ τείχους προέτρεπεν. ὡς δὲ ὁ Θύαμις καὶ ὁ Θεαγένης αἱρεθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους, ἀφίκοντο καὶ ἔστησαν ὑπὸ τῷ τείχει, τὰ μὲν ἄλλα ὡπλισμένοι, γυμνοὶ δὲ τοῦ κράνους, ὁ κῆρυξ τάδε ἔλεγεν· Ἀρσάκη λέγει πρὸς ὑμᾶς, Ὀροονδάτου μὲν τοῦ πρώτου σατράπου γυνὴ, μεγάλου δὲ βασιλέως ἀδελφή· τί βουλόμενοι

omnibus rebus conſpectis, aliiſque inſuper collectis, ad ea, quae fieri poſſe, & conducere viderentur, aggredi. Recte dixiſſe viſa eſt: contenderuntque inde recta ad murum. Ibi cum tabernaculum, purpureis auroque intextis intentum velis, Arſaces iuſſu collocatum eſſet, ipſaque ſumptuoſe exornata veniſſet, pro tribunali editiori conſidens, collocatis circa ſe ſatellitibus, in armis auro fulgentibus, & caduceo prolato, tanquam colloquii pacificatorii ſymbolo, primos & praecipuos ex hoſtibus propius ad murum venire iuſſit. Poſtquam autem Thyamis & Theagenes, electi a multitudine, venerunt, & ſub muro conſtiterunt, reliquo corpore armati, ceterum aperto capite, praeco haec dicebat: Arſace, Oroondatis primi ſatrapae uxor, ſoror autem magni regis,

1 Τούς τε σωματοφύλακας) Palat. τοῦ τε σώματος φύλακας, & mox προύτρεπεν.

καὶ τίνες ὄντες, ἢ τίνα αἰτίαν ἐπάγοντες, τὴν ἔφοδον ἐτολμήσατε; οἱ δὲ, τὸ μὲν πλῆθος εἶναι Βησσαέων ἀπεκρίναντο· ἑαυτὸν δὲ ὁ Θύαμις ὅστις εἴη, καὶ ὅτι παρανομηθεὶς ὑπό τε τοῦ ἀδελφοῦ Πετοσίριδος καὶ Ὀροονδάτου, τῆς τε προφητείας ἐξ ἐπιβουλῆς ἀφαιρεθεὶς, ἐπὶ ταύτην ὑπὸ Βησσαέων κατάγοιτο. καὶ εἰ μὲν [1] ἀπολαμβάνοι τὴν ἱερωσύνην, εἰρήνην τε εἶναι, καὶ Βησσαέας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήξειν, οὐδενὶ κατ' οὐδὲν λυμηναμένους· εἰ δὲ μὴ, πολέμῳ κριτῇ καὶ τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέψειν. χρῆναι δὲ καὶ Ἀρσάκην εἴπερ τι διανοεῖται τῶν προσηκόντων, εἰς καιρὸν τῆς εἰς αὐτὴν ἐπιβουλῆς ἐκ Πετοσίριδος τὴν ἄμυναν εἰσπράττεσθαι, καὶ τῶν ἀθεμίτων διαβολῶν, ἃς ψευδῶς πρὸς Ὀροονδάτην ποιησάμενος, ἐκείνῃ μὲν πρὸς τὸν ἄνδρα παρανόμου καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ὑποψίαν, αὐτῷ δὲ τὴν

quaerit ex vobis, qui ſitis, quove animo, & qua de cauſa, huc venire auſi. Illi autem, multitudinem quidem Beſſaenſium eſſe, reſponderunt. De ſe vero Thyamis, quis eſſet, expoſuit, & quod iniuria affectus a fratre Petoſiride, ac Oroondate, & antiſtitio per inſidias privatus, in priſtinam dignitatem a Beſſaenſibus reduceretur. Quod ſi ſacerdotium recuperaverit, pacem eſſe, & Beſſaenſes domum reverſuros, nullo omnino damno illato: ſin minus, bello ſe iudici & armis rem committere ſtatuiſſe. Merito autem debere & Arſacen, ſi quid cogitet eorum, quae fieri oporteat, opportune de Petoſiride poenas ſumere inſidiarum ſibi factarum, & criminum nefariorum, quorum cum falſo illam apud Oroondatem inſimulaſſet, & ipſi apud virum illicitae turpiſque cupiditatis ſuſpicionem, & ſibi exſilium e pa-

1 Ἀπολαμβάνοι) Male Baſ. ἀπολαμβάνω, & mox οὐδὲν pro οὐδενί. Nam legatorum haec eſt oratio, etſi Thyamis his intereſſet.

ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν [1] ἐπιβεβουλευκὼς τυγχάνοι. πρὸς ταῦτα διεταράχθη μὲν καὶ σύμπαν τὸ Μεμφιτῶν πλῆθος, τόν τε Θύαμιν ἀναγνωρίζοντες, καὶ τῆς ἀπροσδοκήτου φυγῆς αὐτῷ τὴν αἰτίαν, ἐν ἀρχῇ μὲν καὶ ἡνίκα ἐγίγνετο ἀγνοήσαντες, ἐκ δὲ τῶν λεχθέντων δι' ὑποψίας τε ἄγοντες, καὶ ἀλήθειαν εἶναι πιστεύοντες.

δ'. Ἡ δὲ Ἀρσάκη πλέον ἢ σύμπαντες συνεχύθη τὴν διάνοιαν, καὶ κλύδωνι φροντισμάτων περιεστοίχιστο, θυμοῦ μὲν ἐπὶ τὸν Πετόσιριν πληρουμένη, καὶ πρὸς τὰ πάλαι συμβάντα τὴν διάνοιαν ἀναπεμπάζουσα, ὅπως ἂν τιμωρήσαιτο, συνέταττε· τὸν δὲ Θύαμιν ὁρῶσα, καὶ αὖθις τὸν Θεαγένην, διεσπᾶτο τὴν διάνοιαν, καὶ ἐμερίζετο εἰς τὴν πρὸς ἑκάτερον ἐπιθυμίαν, ἔρωτα ἐπ' ἀμφοτέροις, τὸν μὲν ἀνανεουμένη, τὸν δὲ δριμύτερον ἄρτι [2] τὴν ψυχὴν καταβαλλομένη,

tria, dolo & inſidiis comparaſſet. Ad haec perturbata eſt tota Memphitarum multitudo, cum & Thyamim cognoſcerent, & inopinati illius exſilii cauſam, quam initio, tum cum pelleretur, ignorabant, ex his, quae dicta fuerant, ſuſpicarentur, & veram eſſe crederent.

IV. Arſace autem omnium maxime perturbatione plena erat, & tanquam procella cogitationum undiquaque premebatur. Nam ira contra Petoſiridem inflammata, & ad eorum, quae iampridem acciderant, cogitationem animum revocans, quo pacto illum ulciſci poſſet, deliberabat: Thyamidem vero adſpiciens, & rurſus Theagenem, diſtrahebatur animo, & alternis in cupiditatem erga utrumque rapiebatur: erga alterum quidem, veterem amorem renovans; erga alterum autem, acrioris adhuc & vehementioris initia flammaſque concipiens:

1 Ἐπιβεβουλευκὼς) Xyland. ἐπιβεβληκὼς, male.

2 Τὴν ψυχὴν καταβαλλομένη) Melius e ſyntaxi verbi Codd. Palatin. & Xyland. τῇ ψυχῇ καταβαλλομένη.

ὥστε οὐδὲ τοὺς περιεστηκότας ἔλαθεν ἀδημονοῦσα. πλὴν ἀλλὰ μικρὸν δὴ διαλιποῦσα, καὶ, ὥσπερ οἱ ἐξ ἐπιλήψεως, ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα, Πολέμου μὲν, ὦ βέλτιστοι, ἔφη, μανίαν ἐνοσήσατε· πάντες μὲν Βησσαεῖς, οὐχ ἥκιστα δὲ ὑμεῖς, ἀκμαῖοι καὶ χαρίεντες οὕτω νεανίαι καὶ εὖ γεγονότες· ὡς γινώσκω τε, καὶ εἰκάζειν πάρεστιν, εἰς προῦπτον κίνδυνον, [1] ὑπὲρ λῃστῶν καὶ ταῦτα, ἑαυτοὺς καθέντες· οὐδὲ πρὸς τὴν πρώτην προσβολὴν, εἰ μάχης δεήσειεν, ἀρκέσοντες. μὴ γὰρ οὕτω τὰ μεγάλου βασιλέως ἀσθενήσειεν, ὡς εἰ καὶ τὸν σατράπην ἀπεῖναι συμβαίνει, μὴ διὰ τῶν λειψάνων γοῦν τῆς ἐνταῦθα στρατιᾶς, ἅπαντας ὑμᾶς σαγηνευθῆναι· ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι δεῖ τρίβεσθαι τοὺς πολλοὺς, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔφοδον προφάσεως ἰδίας τινῶν οὔσης, ἀλλ' οὐ δημοσίας οὐδὲ κοινῆς, μὴ οὐχὶ

ut neque circumſtantes latuerit illa animi anxietas ac ſollicitudo. Verumtamen cum ſe, parvo ſpatio intermiſſo, non ſecus ac ii, qui ex morbo ſacro redeunt ad ſeſe, recepiſſet: Optimi, inquit, ſane vos ad bellum amentia quaedam impulit, cum omnes Beſſaenſes, tum vos etiam florentes aetate & venuſtos adoleſcentes, & bono genere natos, qui vos, ut animadverto, & coniecturam facere licet, in manifeſtum diſcrimen pro praedonibus conieciſtis; cum ne primum quidem impetum, ſi proelium ſit committendum, ſuſtinere poſſitis. Non enim eo anguſtiae redactae ſunt regis magni rationes, ut, etiamſi ſatrapam abeſſe contingat, non a reliquiis exercitus, qui eſt in urbe, omnes vos cingi poſſitis. Sed nihil attinet, ut exiſtimo, vulgus affligi: praeſtatque, cum privata quorundam iniuria adventus ſit cauſa, non pub-

1 Ὑπὲρ λῃστῶν) Palat. ὑπὸ λῃστῶν· male.

καὶ ἰδίᾳ τὴν ἀμφισβήτησιν κρίνεσθαι, καὶ πέρας τὸ ἐκ θεῶν τε καὶ δίκης αὐτῆς ὁρισθησόμενον ἐκδέχεσθαι. δοκεῖ δή μοι, ἔφη, καὶ προστάττω τοὺς μὲν ἄλλους Μεμφιτῶν τε καὶ Βησσαέων ἡσύχους εἶναι, μηδὲ ἀπροφάσιστον ἀλλήλοις ἐπιφέρειν πόλεμον· τοὺς δὲ τῆς προφητείας ἀμφισβητοῦντας, πρὸς ἀλλήλους μονομαχήσοντας, ἔπαθλον τῷ νικῶντι προθέσθαι τὴν ἱερωσύνην.

έ. Ταῦτα τῆς Ἀρσάκης εἰπούσης, οἱ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντες ἀνεβόησαν, καὶ τὰ εἰρημένα ἐπῄνουν· ἅμα μὲν [1] εἰς ὑποψίαν μοχθηρᾶς προαιρέσεως κατὰ τοῦ Πετοσίριδος κεκινημένοι, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ ὅσον οὔπω προσδοκώμενον κίνδυνον, αὐτός τις ἕκαστος εἰς τὸν δι' ἑτέρων ἀγῶνα διώσασθαι δοκιμάζων. οἱ πολλοὶ δὲ Βησσαέων ἐῴκεσαν οὐκ ἀρεσκομένοις, οὐδὲ ἐκδοῦναι προκινδυνεύειν σφῶν τὸν ἐξ-

lica, neque communis, privatim etiam controversiam componere, & finem, qui a Diis & aequitate illis designabitur, ratum habere. Aequum igitur mihi esse videtur, & impero, ut reliqui Memphitae & Bessaenses quieti sint, neque sibi vicissim sine causa bellum inferant; hi autem, quibus est de antistitio controversia, singulari certamine dimicent, ea conditione, ut victori sacerdotium praemium proponatur.

V. Haec cum Arsace fuisset elocuta, omnes, qui erant Memphi, exclamarunt, & ea, quae dicta fuerant, collaudabant; cum & Petosirim in suspicionem sceleratae voluntatis & propositi vocarent, & periculum, ob oculos positum & imminens, alieno se quisque certamine depulisse laetaretur. Multitudo vero Bessaensium non utique decreto contenta esse, neque periculo exponere

1 Εἰς ὑποψίαν) Sic Palat. Xyl. At Bas. εἰς ὑποψίας, minus bene.

αρχον βουλομένοις, ἄχρις ὁ Θύαμις ἔπεισε συγκαταθέσθαι, τό τε ἀσθενὲς καὶ τὴν εἰς πολέμους ἀπειρίαν τοῦ Πετοσίριδος καταμηνύων, καὶ ὡς ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἔσται αὐτῷ τὰ τῆς μάχης ἐπιθαῤῥύνων. ἅπερ, ὡς ἔοικε, καὶ ἡ Ἀρσάκη λαβοῦσα ἐνθύμιον τὴν μονομαχίαν προὔθηκεν, ἀνύποπτον ἑαυτῇ κατορθωθήσεσθαι τὸν σκοπὸν συνορῶσα· καὶ ὡς ὁ Πετόσιρις ἀραρότως αὐτῇ δίκην ὑφέξει πρὸς πολλῷ γενναιότερον τὸν Θύαμιν διαγωνιζόμενος. ἦν οὖν καὶ λόγου θᾶττον ὁρᾷν τὰ [1] τῆς προστάξεως περαινόμενα, τοῦ Θυάμιδος προθυμίᾳ πάσῃ τὴν πρόκλησιν ἐπισπεύδοντος, καὶ τὰ λειπόμενα τῶν ὅπλων ἐν κόσμῳ τῶν γινομένων γεγηθότως ἀναλαμβάνοντος· πολλὰ καὶ τοῦ Θεαγένους ἐπιθαρσύνοντος, καὶ τό τε κράνος τῇ κεφαλῇ περιθέντος, εὔλοφόν τε καὶ ὑποχρύσῳ μαρμαρυγῇ πυρσευό-

ſuum ducem velle videbatur, tamdiu, quoad illis Thyamis, ut aſſentirentur, perſuaſit, imbecillas vires Petoſiris & inſcitiam bellandi exponens, &, quod longe meliore conditione, propter peritiam, proelium ipſe initurus eſſet, eos confirmans. Quod etiam, ut eſt veriſimile, Arſace cogitans, ſingulare certamen propoſuerat: animadvertens fore, ut ſine ulla ſuſpicione id, quod animo expetebat, ex illius ſententia eveniret, & quod conveniente modo Petoſiris illi daturus eſſet poenas, cum Thyamide longe generoſiore dimicans. Ibi conſpici potuit, vel dicto citius ea, quae fuerant imperata, perfici, cum Thyamis omni ſtudio ad id, quod denuntiatum fuerat, properaret, ac reliquum armorum, quod deſiderabatur ad iuſtam armaturam, alacriter ſumeret; Theagene quoque multis modis illi animum addente, & galeam capiti imponente egregie criſtatam, & deaura-

1 Τῆς προστάξεως) Xyl. προτάξεως, Palat. vero προτάσεως.

μενον, καὶ τἄλλα τῶν ὅπλων πρὸς τὸ ἀσφαλὲς διαδέοντος· τοῦ δὲ Πετοσίριδος καὶ ὑπ᾽ ἀνάγκης, πυλῶν τε ἐκτὸς ἐκ προστάγματος καὶ τῆς Ἀρσάκης ὠθουμένου, πολλά τε καὶ εἰς παραίτησιν βοῶντος, καὶ πρὸς βίαν ἐξοπλιζομένου. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Θύαμις, Ὦ ᾽γαθὲ, ἔφη, Θεάγενης, οὐχ ὁρᾷς ὅπως τῷ δέει πάλλεται ὁ Πετόσιρις; Ὁρῶ, ἔφη. ἀλλὰ πῶς χρήσῃ τοῖς προκειμένοις; οὐ γὰρ ἁπλῶς πολέμιος, ἀλλὰ καὶ ἀδελφὸς ὁ ἐναντίος. ὁ δὲ, Εὖ λέγεις, εἶπε, καὶ τοῦ σκοποῦ τῆς ἐμῆς διανοίας ἐστοχασμένως. νικῆσαι δ᾽ οὖν, θεοῦ νεύοντος, οὐκ ἀποκτεῖναι προῄρημαι. μὴ γὰρ οὕτω ποτὲ ὀργὴ καὶ μῆνις ἐφ᾽ οἷς προπέπονθα κρατήσειεν, ὡς αἵματος αὐταδέλφου καὶ φόνου καὶ μιάσματος ὁμογαστρίου ἄμυναν μὲν ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσι, τιμὴν δέ τινα ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀλλάξασθαι. Γενναίου τὰ

to fulgore micantem, & reliqua arma firmiter circumligante: Petosiris autem vi, prout imperatum fuerat, extra portas truderetur, multa ad deprecandum certamen clamans, & arma invitus & coactus capiens. Cum igitur illum conspexisset Thyamis: Bone, inquit, Theagenes, an non vides, quantopere prae metu tremat Petosiris? Video, inquit. Ceterum quo modo iis, quae sunt prae manibus, uteris? Neque enim simplex hostis, sed frater tibi obiectus est. Ille autem, Recte dicis, inquit, & proxime scopum meae mentis attigisti. Ego vero vincere, annuente Deo, non interficere, decrevi. Absit enim, ut tantopere ira & indignatio propter ea, quae antea sum passus, in me effervescat, ut cum sanguine fratris, & germani caede atque contaminatione vindictam iniuriae praeteritae, honorem autem futurum commutare velim. Generosi hominis verba sunt, inquit

ῥήματα, ἔφη ὁ Θεαγένης, καὶ γνωρίζοντος εὖ τὴν φύσιν. ἀλλ' ἐμοὶ δῆτα, τί παραφυλάττειν ἐπιστέλλεις; καὶ ὅς, Ὁ μὲν προκείμενος ἀγὼν, εὐκαταφρόνητος· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ καὶ παράδοξα πολλάκις αἱ κατ' ἀνθρώπους τύχαι καινουργοῦσιν, εἰ μὲν ἐγκρατοίην, συνεισελεύσῃ τε εἰς τὸ ἄστυ, καὶ συνοικήσεις ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις· εἰ δέ τι τῶν παρ' ἐλπίδας ἀποβαίνοι, Βησσαέων ἡγήσῃ τούτων, εὔνοιαν πρός σε πολλὴν ἐχόντων· καὶ τὸν λῃστρικὸν διαθλήσεις βίον, ἕως ἄν τι τέλος τῶν κατά σε δεξιώτερον ὑποφήνῃ θεός.

ϛ΄. Ἐπὶ τούτοις ἠσπάζοντό τε ἀλλήλους σὺν δάκρυσιν ἅμα καὶ φιλήμασιν. καὶ ὁ μὲν αὐτοῦ καθῆστο ὡς εἶχε περισκοπῶν τὸ μέλλον· καὶ τῇ Ἀρσάκῃ παρεῖχεν οὐκ εἰδὼς ἐντρυφᾶν αὐτοῦ τῇ θέᾳ, παντοίως αὐτὸν περισκοπούσῃ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τέως ἀπολαυ-

Theagenes, & naturae vim egregie intelligentis. Mihi vero quid, ut obſervem, imperas? Tum ille: Certamen quidem propoſitum nihil habet periculi, ita ut facile contemni poſſit: veruntamen quoniam multa, atque ab opinione hominum aliena, ſaepius fortunae humanae varietas efficit, ſi victor evaſero, una ingredieris urbem, & habitabis mecum aequali iure; ſin aliquid praeter ſpem acciderit, Beſſaenſium iſtorum, qui tibi magnopere favent, dux eris, & praedonum vitam ages, donec aliquem finem tuis rationibus dexteriorem Deus oſtenderit.

VI. His ita compoſitis, complectebantur ſe mutuo cum lacrimis & oſculis. Et hic quidem ibi, quo fuerat habitu, ſedebat, circumſpiciens id, quod futurum erat; & Arſacae praebebat, inſcius ipſe, occaſionem voluptatem capiendi ex ſuo ſpectaculo, undiquaque illum circum-

ειν τῆς ἐπιθυμίας ἐπιτρεπούσῃ. ὁ δὲ Θύαμις ἐπὶ τὸν Πετόσιριν ὥρμησεν. οὐ μὲν ὑπέστη γε ἐκεῖνος τὴν ἔφοδον· [1] ἀλλὰ τὴν πρώτην κίνησιν τραπεὶς ἐπὶ τὰς πύλας εἰσφρῆσαι εἰς τὸ ἄστυ προθυμούμενος. ἀλλ' ἤνυέ τε οὐδὲν, ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταῖς πύλαις ἀποκρουόμενος, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους μὴ παραδέχεσθαι [2] καθ' ὃ μέρος ὁρμήσειεν ἐπικελευομένων. ἀπεδίδρασκε δή τε ὡς εἶχε τάχους περὶ τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, ἤδη καὶ τὰ ὅπλα ἀποβαλών. συμπαρέθει δὲ κατόπιν καὶ ὁ Θεαγένης, ὑπεραγωνιῶν τε τοῦ Θυάμιδος, καὶ τῶν γινομένων μὴ πάντα ὁρᾷν, οὐ φέρων· οὐ μὴν ἔνοπλος γε, τοῦ μή τινα λαβεῖν ὑπόνοιαν ὡς τῷ Θυάμιδι τοῦ ἔργου συνεφαψόμενος, ἀλλ' ἔνθα καθῆστο ποῦ τείχους ὑπ' ὄψει τῆς Ἀρσάκης τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ κατα-

ſpicienti, & oculis tum cupiditate frui permittenti. Thyamis vero ad Petoſiridem contendit. Ceterum ille non ſuſtinuit eius adventum: ſed cum illum ſe aggredi vidiſſet, converſus ad portam, recipere ſe in urbem voluit. Sed nihil proficiebat, cum ab iis, qui ad portas ſtabant, reiiceretur; & hi, qui erant in muro, ad quam partem curſum direxiſſet, ne a quoquam reciperetur, adhortarentur. Fugiebat igitur, quanta celeritate potuit, in circuitu urbis, iam & abiectis armis. Currebat autem una quoque a tergo Theagenes, propter Thyamidem ſollicitus, & non continens ſeſe, quin videret omnia, quae fiebant: verum non armatus, ne veniret in ſuſpicionem, quod Thyamidi eſſet opem laturus; ſed ad eam partem muri, ad quam conſederat in conſpectu Arſa-

1 Ἀλλὰ τὴν πρώτην κίνησιν) In Codd. hic locus ita legitur: ἀλλὰ παρὰ (quod tamen recte abeſt a Palat.) τὴν πρώτην κίνησιν εἰς φυγὴν (additum hoc in Palat. & Xyl.) τραπεὶς ἐπὶ τὰς πύλας ἔβη, εἰς τὸ (ita Palat. & Xyl.) εἰσφρῆσαι εἰς τὸ ἄστυ προθυμούμενος. Quae ſupplementa pro gloſſis habenda eſſe vidit iam Dorv. ad Charit. p. 707.

2 Καθ' ὃ μέρος) Καθὸ μέρος omnes edd. vitioſe.

θέμενος, καὶ ταῦτα περισκοπεῖν αὐτῇ πάλιν ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ παρασχὼν, συμπαρωμάρτει τοῖς δρόμοις, οὔτε ἁλισκομένου τοῦ Πετοσίριδος, οὔτε καταπολὺ φυγῇ φθάνοντος, ἀλλ᾽ ἀεὶ ληφθησομένῳ προσεοικότος, καὶ τοσοῦτον ὑπεκφεύγοντος, ὅσον εἰκὸς ἦν τοῦ ἀνόπλου καθυστερεῖν ὡπλισμένον τὸν Θύαμιν. εἰς ἅπαξ μὲν οὖν καὶ δεύτερον οὕτω περιήλασαν τὸ τεῖχος· ἀλλ᾽ ὅτε ὁ τρίτος αὐτοῖς ἠνύετο κύκλος, ἤδη τὸ δόρυ τοῦ Θυάμιδος κατὰ τῶν μεταφρένων τ᾽ ἀδελφοῦ κατασείοντος, καὶ μένειν ἢ βεβλῆσθαι διαπειλοῦντος, ἡ πόλις δὲ ὡς ἐκ θεάτρου περιεστῶσα τοῦ τείχους ἠθλοθέτει τὴν θέαν· τότε δή πως εἴτε δαιμόνιον, εἴτε τύχη τις τ᾽ ἀνθρώπεια βραβεύουσα, καινὸν ἐπεισόδιον ἐπετραγῴδει τοῖς δρωμένοις, ὥσπερ εἰς ἀνταγώνισμα δράματος ἀρχὴν ἄλλου παρεισφέρουσα, καὶ τὸν Καλάσιριν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν ἐκείνην, ὥσπερ ἐκ μηχανῆς σύνδρομόν τε καὶ οὐκ

ces, ſcutum & haſtam deponens, & ſpectanda illi rurſus pro ſe exhibens, ſequebatur illorum curſum, neque adhuc Petoſiride capto, neque longe praecurrente, ſed iam iam comprehendendo ſimili, & tantum eatenus effugiente, quatenus conſentaneum fuerat, armatum Thyamim a tergo inermis relinqui. Semel igitur atque iterum ita decurrerunt circa murum. Sed quando tertium orbem conficiebant, iam haſtam Thyamide dorſo fratris intentante, & manere, niſi vulnus accipere mallet, iubente, civitate autem, tanquam ex theatro, iudice & arbitra ſpectaculi conſtituta: tunc ſane ſeu numen, ſeu fortuna quaedam, gubernans res humanas, nova acceſſione, tanquam in tragoedia, auxit ea, quae agēbantur, quaſi aemulatione quadam initium alterius fabulae afferens; & Calaſiridem die ac hora illa, tanquam ex compoſito, ſocium curſus, & infelicem ſpectatorem certa-

εὐτυχῆ θεωρὸν τῷ περὶ ψυχῆς ἀγῶνι τῶν παίδων ἐφίστησι· πολλὰ μὲν ἀνατλάντα καὶ πάντα [1] μηχανησάμενον, φυγάς τε ἑαυτῷ καὶ ἄλας ξενικὰς ἐπιβαλόντα, εἴπως ἐκκλίνειε τὴν οὕτως ἀπηνῆ θέαν, ἐκνικηθέντα δὲ ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, καὶ ἰδεῖν ἃ πάλαι αὐτῷ οἱ θεοὶ προεθέσπισαν συνελαθέντα· πόῤῥωθεν μὲν τὰ τῆς διώξεως προκατοπτεύσαντα, ἐκ δὲ τῶν πολλάκις προῤῥηθέντων τοὺς παῖδας εἶναι τοὺς αὐτοῦ συννοήσαντα, καὶ συντονωτέροις ἢ καθ' ἡλικίαν δρόμοις ἐπὶ τῷ φθῆναι τὴν εἰς τέλος αὐτῶν συμπλοκὴν, καὶ τὸ γῆρας βιασάμενον.

ζ'. Ὡς δ' οὖν ἐπέστη, καὶ πλησίον ἤδη συμπαρέθει, Τί ταῦτα, [2] ὦ Θύαμι καὶ Πετόσιρι; συνεχῶς ἐβόα· τί ταῦτα παῖδες; ἀνεκάλει πολλάκις. οἱ δ' οὐ-

minis liberorum de vita, conſtituit. Qui etſi multa perpeſſus fuerat, & multa tentaverat, exſilioque ſe & ſeceſſu in peregrinas terras mulctaverat, ut tam crudele ſpectaculum evitare poſſet: tamen fato victus, videre ea, quae illi iampridem Dii oraculo praedixerant, coactus eſt. Et e longinquo curſum & inſectationem proſpiciens, ex iis, quae illi ſaepius praedicta fuerant, filios ſuos eſſe intellexit: intenſiorique curſu, quam alioqui aetas patiebatur, antevertere illorum ultimam manuum conſertionem conatus eſt, etiam vim faciens ſenectuti.

VII. Poſtquam igitur ſupervenit, & propius iam una currebat, Quid hoc ſibi vult, o Thyami & Petoſiri? continue vociferabatur: quid, malum, hoc amentiae eſt, filii? ſaepius inclamabat. Illi autem, cum nondum patris

1 Μηχανησάμενον) Baſ. μηχανησόμενον, & mox ἄλλας pro ἄλας, utrumque vitioſe.

2 Ὦ Θύαμι καὶ Πετόσιρι; συνεχῶς ἐβόα) Abſunt haec verba a Baſ. cuius erroris cauſa in repetito τί ταῦτα latet.

δέπω τὴν πατρῴαν γνωρίζοντες ὄψιν, τοῦ μὲν ἔτι τοῖς πτωχικοῖς ἠμφιεσμένου ῥάκεσιν, αὐτοὶ δὲ ὅλοι τῆς ἀγωνίας ὄντες, ὥς τινα τῶν ἀγυρτῶν ἢ καὶ ἄλλως ἐξεστηκότων παρήμειβον. τῶν δὲ ἐπὶ τοῦ τείχους, οἱ μὲν ἐθαύμαζον ὡς ἀφειδοῦντα αὐτοῦ καὶ εἰς ξιφήρεις ἐμβάλλοντα· οἱ δὲ ὡς παραπλῆγα καὶ μάτην φερόμενον ἐγέλων. ἀλλ' ὅτε συνεὶς ὁ πρεσβύτης ὑπὸ τῆς εὐτελείας τοῦ σχήματος ἑαυτὸν οὐ γνωριζόμενον, ἐγυμνώθη μὲν τῶν ἐπιβεβλημένων ῥακῶν, τὴν δὲ ἱερὰν κόμην ἄδετον οὖσαν καθῆκε, καὶ τὸ κατ' ὤμων φορτίον, καὶ τὴν ἐν χερσὶ βακτηρίαν ἀποῤῥίψας, [1] ἔστη κατὰ πρόσωπον, καὶ ὤφθη γεραρός τε καὶ ἱεροπρεπὴς, ὑπώκλασέ τε ἠρέμα, καὶ τὰς χεῖρας εἰς ἱκετηρίαν προτείνας, Ὦ τέκνα, σὺν δάκρυσιν ἀνωλόλυξεν, οὗτος

vultum agnofcerent, adhuc mendicorum pannis veftiti, & ipforum animus totus effet in certamine, tanquam aliquem circulatorem, aut alioqui non fatis mentis compotem, praeteribant. Ex iis vero, qui erant in muro, nonnemo mirabatur, quod fibi non parceret, & inter digladiantes fefe coniiceret: aliqui vero tanquam amentem, & fruftra fefe medium inferentem, ridebant. Cum igitur fenex intellexiffet, fe propter vilitatem habitus non agnofci, deiecit pannos, quibus defuper erat indutus, & facram comam, cum non effet religata, promifit, ac onere, quod gerebat in humeris, cum baculo, quem habebat in manibus, abiecto, ftetit adverfus, & facie ipfis paruit veneranda ac pontifice digna, fenfimque fe curvavit, & manus fupplices protendens, lacrimis obortis, eiulando infit: O filii, en ego fum Calafi-

1 Ἔστη κατὰ πρόσωπον, καὶ ὤφθη γεραρός τε καὶ ἱεροπρεπὴς, ὑπώκλασέ τε ἠρέμα, καὶ τὰς χεῖρας) Deficiunt haec verba in Bafil. quae recte e tribus Codicibus Commelinus reftituit, & ad exornationem totius loci apprime faciunt.

ἐγὼ Καλάσιρις, οὗτος ἐγὼ πατὴρ ὁ ὑμέτερος· αὐτοῦ στῆτε, καὶ τὴν ἐκ μοιρῶν μανίαν στήσατε, τὸν φύντα καὶ ἔχοντες καὶ αἰδεσθέντες. τότε οἱ μὲν παρείθησαν, καὶ κατενεχθῆναι μικρὸν ἀπολιπόντες, προσέπιπτον ἄμφω τῷ πατρὶ, καὶ τοῖς γόνασι περιφύντες, πρῶτα μὲν ἀτενέστερον ἐνορῶντες, διηκριβοῦντο τὸν ἀναγνωρισμόν. ὡς δὲ οὐ φάσμα τὴν ὄψιν, ἀλήθειαν δὲ, ἐγνώρισαν, πολλὰ ἅμα καὶ ἐξ ἐναντίων ἔπασχον. ἥδοντο ἐπὶ τῷ φύντι σωζομένῳ παρ' ἐλπίδας· ἐφ' ᾗ κατελαμβάνοντο πράξει, καὶ ἠνιῶντο καὶ ᾐσχύνοντο· τῆς ἀδηλίας τῶν ἀποβησομένων εἰς ἀγωνίαν καθίσταντο. καὶ ταῦτα ἔτι τῶν ἐκ τῆς πόλεως θαυμαζόντων, καὶ λεγόντων μὲν οὐδὲν, οὐδὲ πραττόντων, ὥσπερ δὲ ἀχανῶν ὑπὲρ ἀγνοίας καὶ τοῖς γεγραμμένοις παραπλησίων, πρὸς μόνην τὴν θέαν ἐπτοημένων, ἕτερον ἐγίγνετο παρεγκύκλημα τοῦ δράματος. ἡ Χαρίκλεια κατ' ἴχνος ἐφεπομένη τοῦ Κα-

ris, en ego ſum veſter pater. Hic iam conſiſtite, & furorem, qui malo fato exortus eſt, compeſcite, cum patrem & habeatis, & revereri debeatis. Iam tum languebant, tantumque non collapſi, provoluti ſunt ad genua patris, & amplexi, primum defixis oculis intuebantur, examinantes illius agnitionem: deinde, poſtquam non ſpectrum eſſe, ſed ipſum revera, cognoverunt, variis affectibus & inter ſe contrariis commovebantur. Laetabantur propter parentem, praeter ſpem ſuperſtitem conſpectum: excruciabantur & erubeſcebant propter actionem in qua deprehenſi fuerant: & erant ſolliciti ob futurorum incertitudinem. Haec autem adhuc iis, qui erant in urbe, mirantibus, & neque dicentibus quidquam, neque agentibus, verum paene ſtupentibus prae inſcitia, & pictorum ſimilibus ad ſolum ſpectaculum arrectis, alius actus obiter inſerebatur fabulae. Chariclea, veſti-

λασίριδος, καὶ πόῤῥωθεν ἀναγνωρίσασα τὸν Θεαγένην, (ὀξὺ γάρ τι πρὸς ἐπίγνωσιν ἐρωτικῶν ὄψις, καὶ κίνημα, πολλάκις καὶ σχῆμα μόνον· κἂν πόῤῥωθεν ἢ κἂν ἐκ νώτων τῆς ὁμοιότητος τὴν φαντασίαν παρέστησεν) ὥσπερ οἰστρηθεῖσα ὑπὸ τῆς ὄψεως, ἐμμανὴς ἐπ' αὐτὸν ἵεται· καὶ περιφῦσα τοῦ αὐχένος ἀπρὶξ εἴχετο καὶ ἐξήρτητο, καὶ γοεροῖς τισι κατησπάζετο θρήνοις. ὁ δὲ, οἷον εἰκὸς, ὄψιν τε ῥυπῶσαν καὶ πρὸς τὸ αἰσχρότερον ἐπιτετηδευμένην [1] ἰδὼν, καὶ ἐσθῆτα τετρυχωμένην, καὶ κατεῤῥωγυῖαν, ὥσπερ τινα τῶν ἀγειρουσῶν καὶ ἀληθῶς ἀλῆτιν, διωθεῖτο καὶ παρηγκωνίζετο. καὶ τέλος ἐπειδὴ οὐ μεθίει, ὡς ἐνοχλοῦσαν καὶ τῇ θέᾳ τῶν ἀμφὶ Καλάσιριν ἐμποδὼν ἱσταμένην, καὶ διεῤῥάπισεν. ἡ δὲ, ὦ Πύθιε, πρὸς αὐτὸν ἠρέμα· οὐδὲ τοῦ λαμπα-

giis insequens Calasiridem, cum e longinquo cognovisset Theagenem, (acris est enim in cognoscendo amantium adspectus, saepiusque motus tantum & habitus, quamvis e longinquo, aut etiam a tergo, similitudinis opinionem praebuit) tanquam icta illius adspectu, furibunda ad ipsum fertur, & haerens in amplexu, e collo nulla voce edita pendebat, lugubribusque quibusdam lamentis eum salutabat. Ille autem, ut est verisimile, vultum squalidum, & ex industria contaminatum & pollutum, videns, & vestem vilem ac laceram, veluti aliquam ex circulatricibus, & revera vagabundam, repellebat ac reiiciebat: & ad extremum, cum non desisteret, tanquam sibi molestae, & spectaculum illud Calasiridis impedienti, etiam alapam inflixit. Illa autem, o Pythie, submisse ad illum, neque faculae amplius re-

1 Ἰδὼν) Abest hoc verbum a Palat. & Xyl. Quo tamen eiecto, nescio quomodo tota oratio stare possit. Vidit hoc iam Commel. qui e Bas. illud reduxit; iniurius tamen in hoc, quod uncis inclusserit, e quibus nos illud optimo iure exemisse putamus.

δίου μέμνησαι; καὶ τότε Θεαγένης ὥσπερ βέλει τῷ ῥήματι βληθεὶς, καὶ τῶν συγκειμένων αὐτοῖς [1] συμβόλων τὸ λαμπάδιον γνωρίσας, ἐνατενίσας τε καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Χαρικλείας, [2] ὥσπερ ὑπ᾽ ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν διαττούσης καταυγασθεὶς, περιέβαλλέ τε καὶ ἐνηγκαλίζετο· καὶ τέλος τὸ πρὸς τῷ τείχει σύμπαν μέρος καθ᾽ ὃ προκαθῆστο ἡ Ἀρσάκη διοιδουμένη, καὶ οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας ἤδη τὴν Χαρίκλειαν θεωμένη, σκηνογραφικῆς ἐπληροῦτο θαυματουργίας.

η΄. Λέλυτο μὲν ἄθεσμος ἀδελφῶν πόλεμος, καὶ ἀγὼν ὁ δι᾽ αἵματος κριθήσεσθαι προσδοκώμενος, εἰς κωμικὸν ἐκ τραγικοῦ τὸ τέλος κατέστρεφε. πατὴρ τοὺς παῖδας ξιφήρεις ἐπ᾽ ἀλλήλους καὶ μονομαχοῦντας θεασάμενος, καὶ ὁ τὸν παρὰ τοσοῦτον τῶν τέκνων θάνατον ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς γεννήσασι δυστυχῆσαι κινδυ-

cordaris? Tum Theagenes, verbo illo tanquam iaculo ictus, & ex constitutis inter illos tesseris faculam cognoscens, defixisque oculis contuitus, & obtutu Charicleae tanquam ex nubibus radio emicante illustratus, in collum invadebat: postremo tota pars ad murum, in quo sederat Arsace tumens, & non sine zelotypia iam Charicleam adspiciens, plena erat scenica quadam mirificaque repraesentatione.

VIII. Diremtum est nefarium bellum inter fratres, & certamen, quod cruentum fore putabatur, in comicum finem ex tragico desiit. Pater, filios armatos contra sese, singulari certamine dimicantes conspicatus, qui eo discriminis venerat, ut paene oculis parentis infelix

1 Συμβόλων) Bas. συμβόλοις· vitiose.

2 Ὥσπερ ὑπ᾽ ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν διαττούσης) Praeclare ita hunc locum emendavit Dorvill. ad Char. p. 362. Nam proprium hoc de fulgure & stellis traiicientibus verbum. Vulgo: ὥσπερ ἐκ νεφῶν ὑπὸ ἀκτῖνος διαπτούσης.

νεύσας, εἰρήνης αὐτὸς ἐγίνετο πρύτανις· διαδρᾶναι μὲν τὸ πρωρισμένον ἐκ μοιρῶν ἀδυνατήσας, εἰς καιρὸν δὲ ἐπιστῆναι τοῖς ἀποκεκληρωμένοις εὐτυχήσας. παῖδες τὸν φύντα μετὰ δεκαετοῦς ἄλης χρόνον ἐκομίζοντο· καὶ τὸν αἴτιον τῆς ἐπὶ τῇ προφητείᾳ καὶ μέχρις αἵματος στάσεως, αὐτοὶ μικρὸν ὕστερον κατέστεφον, καὶ τοῖς τε συμβόλοις τῆς ἱερωσύνης ἀναδοῦντες παρέπεμπον. ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τὸ ἐρωτικὸν μέρος τοῦ δράματος, ἡ Χαρίκλεια καὶ ὁ Θεαγένης, [1] ἐπήκμαζεν, ὡραῖοι καὶ χαρίεντες οὕτω νέοι, παρ᾽ ἐλπίδα πᾶσαν ἀλλήλους ἀπειληφότες, καὶ πλέον τῶν ἄλλων εἰς τὴν ἐφ᾽ ἑαυτοὺς θέαν τὴν πόλιν ἐπιστρέφοντες. ἐξεχύθη γοῦν πᾶσα διὰ πυλῶν, καὶ τὸ προκείμενον πεδίον ἐπλήρου διὰ πάσης ἡλικίας· τοῦ μὲν ἐφηβεύοντος τῆς πόλεως, καὶ εἰς ἄνδρας ἄρτι παραλλάττοντος, τῷ Θεαγένει [2] προστρέ-

mors liberorum subiiceretur, ipse pacis fiebat arbiter. Qui effugere quidem fatorum necessitatem non poterat: ceterum tempori ad ea, quae definita fuerant, veniens, fortunae successu usus videbatur. Filii parentem post decennalem erroris intercapedinem recuperabant, & eum, qui fuerat causa propemodum cruentae propter antistitium seditionis, ipsi paullo post coronabant, sacerdotiique insignibus ornatum deducebant. Inter omnia vero amatoria pars fabulae, Chariclea atque Theagenes, formosi & venusti iuvenes, cum praeter omnem spem & opinionem se recuperassent, vigebat, & magis, quam cetera, urbem ad spectaculum sui convertebat. Effusa namque fuerat per portas, & patentem campum frequentia cuiuslibet aetatis impleverat: parte civitatis pubere, & virilem aetatem tum primum attingente, accur-

1 Ἐπήκμαζεν) Palat. ἐπήκμαζον, quod praeferebat Commel.

2 Προστρέχοντος) Bas. vitiose: προστρέχοντες.

χοντος· τῷ δὲ Θυάμιδι τῆς ἀκμαζούσης ἡλικίας, καὶ τοὺς ἄνδρας ὁλοκλήρως πληρούσης, καί τι καὶ ἀναγνωρίζειν τὸν Θύαμιν ἐχούσης. τὸ δὲ παρθενεῦον τοῦ ἄστεος, καὶ νυμφῶνας ἤδη φανταζόμενον, τὴν Χαρίκλειαν περιεῖπε· πρεσβυτικὸν δὲ καὶ ἱερὸν ἅπαν γένος ἐδορυφόρει τὸν Καλάσιριν· καὶ πομπή τις ἱεροπρεπὴς αὐτοσχέδιος ἐστέλλετο· τοὺς μὲν Βησσαεῖς τοῦ Θυάμιδος ἀποπέμψαντος, καὶ χάριν τε τὴν γενομένην ὑπὲρ τῆς προθυμίας ὁμολογήσαντος· καὶ βοῦς μὲν ἑκατὸν, χίλια δὲ πρόβατα, καὶ δραχμὰς ἑπάστῳ δέκα μικρὸν ὕστερον καὶ εἰς πληρουμένην τὴν σελήνην, ἀποστέλλειν ἐπαγγειλαμένου· τὸν αὐχένα δὲ ὑπάγοντος ταῖς χερσὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν πορείαν ἐπικουφίζοντος, καὶ τὴν βάσιν τοῦ πρεσβύτου πρὸς τὸ παρ' ἐλπίδα χαῖρον ἠρέμα παραλυομένην ἐφεδράζοντος. ἐποίει δὲ ταυτὸν ἐκ θατέρων καὶ ὁ Πετόσιρις· καὶ ὑπὸ λαμπάσιν ἡμμέναις ἐπὶ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος κατήγετο ὁ

rente ad Theagenem; ad Thyamidem vero, florentis aetatis, & exacta maturitate viros constituentis, atque etiam per aetatem Thyamim cognoscentis. Porro virginea urbis portio, de sponso iam cogitans, ad Charicleam adhaerescebat. Senile autem & sacrum genus totum stipabat Calasiridem. Atque ita pompa quaedam sacra repente constiterat, cum Thyamis Bessaenses remisisset, gratiasque illis pro navata sibi cupide opera egisset, boves centum, mille vero oves, & singulis decem drachmas paullo post ad plenilunium se missurum promittens; collum vero manibus patris subiiceret, & itineris molestiam levaret, incessumque senis, prae insperato gaudio sensim languefactum ac dissolutum, suffulciret & sustentaret. Faciebat vero idem ex altera parte Petosiris: & cum facibus accensis deducebatur in templum Isidis

πρεσβύτης, ὑπὸ κρότῳ καὶ εὐφημίᾳ πολλῇ δορυφορούμενος, πολλῶν ἅμα συρίγγων καὶ αὐλῶν ἱερῶν ἐπηχούντων, καὶ πρὸς χοροὺς [1] τὸ ἀγέρωχον τῆς ἡλικίας ἐκβακχευόντων. οὐ μὴν οὐδὲ ἡ Ἀρσάκη κατόπιν ἐλείπετο τῶν δρωμένων· ἀλλ' ἴδιον δορυφόρημα καὶ πομπείαν καθ' ἑαυτὴν ὑπέρογκόν τινα σοβοῦσα, [2] ὅρμους καὶ πολὺν χρυσὸν ἐνέβαλεν εἰς τὸ Ἴσιον, οὑτωσὶ μὲν δοκεῖν, διάπερ καὶ ἡ λοιπὴ πόλις· ἐκ μόνου δὲ τοῦ Θεαγένους τὸν ὀφθαλμὸν ἀναρτήσασα, καὶ πλέον τῶν ἄλλων τῆς ἐκείνου θέας ἐμφορουμένη· οὐ μὴν ἔχουσά γε καθαρὸν τὸ εὐθύμημα ἡδόμενον. ἀλλὰ τὴν Χαρίκλειαν ὁ Θεαγένης ἐξ ὠλένης χειραγωγῶν, καὶ τὴν ὀχλικὴν ἐπιφορὰν ἀναστέλλων, δριμύ τι τῇ Ἀρσάκῃ ζηλοτυπίας κέντρον ἐνέβαλεν. ὡς οὖν [3] ἐντὸς ἐγεγόνει τῶν ἀνακτόρων ὁ Καλάσιρις, ῥίπτει μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ πρό-

ſenex, plauſu & gratulationibus ſtipatus, multis ſimul fiſtulis & tibiis ſacris reſonantibus, & ad tripudia ferventem & vegetam aetatem exſuſcitantibus. Porro nec Arſace a tergo relinquebat ea, quae fiebant; ſed ſuam quoque catervam & comitatum ſeorſim magno cum faſtu oſtentans ſequebatur: monilia multumque auri in templum Iſidis impoſuit, eo quidem praetextu, quod exemplum reliquae urbis imitaretur; ex ſolo vero Theagene ſuſpendens oculos, & prae ceteris illius conſpectu perfruens, nec tamen ſincero erga illum ſtudio ſe oblectans. Porro cum Charicleam Theagenes manu tenens duceret, turbamque confertam removeret, acrem quendam zelotypiae ſtimulum Arſacae infixit. At Calaſiris, ut ingreſſus eſt interiorem templi partem, procidit in

1 Τὸ ἀγέρωχον τῆς ἡλικίας) *Ferocem, exſultantem iuventutem.* Male Palat. & Xyl. τὸν ἀγέρωχον τῆς ἡλικίας.

2 Ὅρμους) Abeſt a Baſ. additum a Commelino e Palat. & Xylandri libro.

3 Ἐντὸς) Baſ. ἐκτός· male.

σωπον· τοῖς δὲ ἴχνεσι προσφὺς τοῦ ἀγάλματος, ὡρῶν τε ἐπιπλεῖστον οὕτως ἔχων, ὀλίγου μὲν [1] καὶ ἐκθανεῖν ἐδέησεν. ἀναλαβόντων δὲ τῶν περιεστώτων, μόλις διαναστὰς, καὶ σπείσας τε τῇ θεῷ καὶ κατευξάμενος, ἀφελὼν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τὸν τῆς ἱερωσύνης στέφανον, τὸν παῖδα τὸν Θύαμιν κατέστεφεν· αὐτὸς μὲν ἤδη γηραιός τε εἶναι πρὸς τὸ πλῆθος εἰπὼν, καὶ ἄλλως προορᾷν [2] τὴν τελευτὴν πλησιάζουσαν· τὸν δὲ παῖδα πρεσβύτερον ὄντα τοῦ γένους, χρεωστεῖσθαί τε τὰ σύμβολα τῆς προφητείας ἐκ τοῦ νόμου· καὶ ἱκανῶς τε ἔχειν ψυχῆς τε ἅμα καὶ σώματος πρὸς τὰς ἱερωσύνης λειτουργίας.

θ'. [3] Ἐκβοησάντων δὲ πρὸς ταῦτα τοῦ δήμου, καὶ συγκατατίθεσθαι διὰ τῶν ἐπαίνων παραδηλούντων,

faciem, &, cum veſtigiis ſimulacri incubaret, multoque tempore ita maneret, parum aberat, quin moreretur. Revocantibus autem eum ad ſeſe circumſtantibus, vix conſurgens, cum libaſſet Deae, votaque nuncupaſſet, demens ſuo capiti ſacerdotii coronam, filium Thyamidem coronabat, ſe iam ſenem eſſe, ad multitudinem dicens, & alioqui ſibi imminere mortem proſpicere; filio vero maiori natu & deberi inſignia antiſtitii lege, & illum ſatis habere dotum animi & corporis ad ſacerdotii munia obeunda.

IX. Cum ad haec populus exclamaſſet, ſeque approbare laudibus & praeconiis ſignificaſſet, ipſe templi quan-

1 Καὶ ἐκθανεῖν) Ex Euripide Hec. 246, & Heracl. 560, haec ῥῆσις videtur petita.

2 Τὴν τελευτὴν) Sic Baſ. Reliqui omnes τὴν τελευταίαν, ſc. ἡμέραν, quod magis graecum videtur.

3 Ἐκβοησάντων — τοῦ δήμου, καὶ -- παραδηλούντων) Exquiſitiorem hanc σύνθεσιν habet Cod. Pal. vulgarem rationem exhibet Baſ. ἐκβοήσαντος, ſervato tamen altero παραδηλούντων. Mihi tamen τοῦ δήμου gloſſa τῶν πολλῶν vel ſim. videtur.

αὐτὸς μὲν τοῦ νεὼ μέρος τι καταλαβὼν, ὃ δὴ τοῖς προφητεύουσιν ἀποκεκλήρωτο, τούς τε παῖδας ἔχων ἅμα καὶ τοὺς περὶ τὸν Θεαγένην, ἐγκατέμεινεν· οἱ λοιποὶ δὲ εἰς οἴκησιν ἕκαστος τὴν ἑαυτῶν ἀπεχώρουν. ἀπεχώρει δὲ καὶ ἡ Ἀρσάκη· μόλις μὲν καὶ πολλάκις ἀναστρέφουσα, καὶ πλείονι θεραπείᾳ δῆθεν τῇ περὶ τὴν θεὸν ἐναλύουσα· πλὴν ἀλλ' ἀπεχώρει γε ὀψέ ποτε, καὶ θαμὰ πρὸς τὸν Θεαγένην, ἕως ἐξῆν, ἐπιστρέφουσα. ἐπεὶ δ' οὖν εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν ἦλθε, διαμπὰξ ἐπὶ τὸν θάλαμον ἵετο, καὶ καταβαλοῦσα ἑαυτὴν ἐπὶ τῆς κλίνης, ὡς εἶχε σχήματος, ἔκειτο ἄναυδος· γύναιον καὶ ἄλλως πρὸς ἄσεμνον ἡδονὴν ἐπίφορον, τότε δὲ πλέον ὑπὸ θέας ἀμάχου τῆς Θεαγένους, καὶ τὰς πώποτε εἰς πεῖραν ἐλθούσας ὄψεις ὑπερπαιούσης, ἀνακαιόμενον. παννύχιος γοῦν ἔκειτο, [1] πυκνὰ μὲν πρὸς ἑκατέραν πλευρὰν τὸ σῶμα διαστρέφουσα, πυκνὰ δὲ

dam partem occupans, quae antiſtitibus eſt attributa, filios una ſecum habens & Theagenem, ibi manſit. Reliqui vero in ſuam quiſque domum diſcedebant. Diſcedebat & Arſace, vix quidem, & ſaepius revertens, quaſique maiori obſervantia circa Deam immorans: verumtamen diſcedebat aliquando, identidem ſeſe ad Theagenem, quamdiu licuit, convertens. Poſtquam igitur in regiam aulam eſt ingreſſa, recta ad thalamum ibat, & deiiciens ſeſe in lectum, eo habitu, quo fuerat, iacebat, nulla voce edita: muliercula alioqui proclivis in libidinem, tum vero praecipue conſpectu formae Theagenis excellentis, & reliquas omnes, quaſcunque antea cognoverat, ſuperantis, inflammata. Iacebat igitur tota nocte, ſubinde in alterum latus corpus obvertens, iden-

1 Πυκνὰ μὲν --- διαστρέφουσα) Colores huius loci deſumti ex Homer. Iliad. ω', 5, 10 ſeq.

καὶ βύθιον ἐπιστένουσα, νῦν μὲν ὀρθουμένη, νῦν δὲ ὀκλάζουσα ἐπὶ τῆς στρωμνῆς, καὶ τῆς ἐσθῆτος ἑαυτὴν κατὰ μέρος ἀπογυμνοῦσα, καὶ αὖθις ἀθρόον ἐπὶ τὴν εὐνὴν καταφέρουσα· καί ποτε καὶ παιδίσκην ἀπροφασίστως προσκαλέσασα, αὖθις ἀπέπεμπεν οὐδὲν ἐπιστείλασα. καὶ ἁπλῶς εἰς μανίαν ἐλάνθανε λοιπὸν ὁ ἔρως ὑποφερόμενος, ἕως δή τις πρεσβῦτις, ὄνομα Κυβέλη, τῶν θαλαμηπόλων καὶ συνήθως τὰ ἐρωτικὰ τῇ Ἀρσάκῃ διακονουμένων, εἰσδραμοῦσα εἰς τὸν θάλαμον, (ἔλαθε γὰρ αὐτὴν οὐδ᾽ ὁτιοῦν τῶν γιγνομένων, ἅτε λύχνου φαίνοντος καὶ οἷον συνεξάπτοντος τῇ Ἀρσάκῃ τὸν ἔρωτα) Τί ταῦτα, ἔλεγεν, ὦ δέσποινα; τί σε νέον ἢ καινὸν ἀλγύνει πάθος; τίς πάλιν ὀφθεὶς, τὴν ἐμὴν διαταράττει τροφίμην; τίς οὕτως ἀλαζὼν καὶ ἔκφρων, ὡς τοῦ κατά σε τοσούτου κάλλους μὴ ἡττῆσθαι, μηδὲ εὐδαιμονίαν ἡγεῖσθαι τὴν σὴν ἐράσμιον

tidemque vehementius ingemiſcens, nunc ſe erigens, nunc in ſtrato labans, & magna ex parte veſte ſeſe nudans, & rurſus repente in lectum corruens. Aliquando & ancilla vocata ſine cauſa, nihil dans mandatorum, iterum eam ablegabat. Denique in furorem illam inſciis omnibus in poſterum egiſſet amor, niſi quaedam anus, nomine Cybele, cuſtos cubilis, & rerum Venerearum Arſaces miniſtra, incurriſſet in thalamum: (neque enim illa clam erat quidquam eorum, quae fiebant, tanquam lucente candela, & flammam Arſaces amori addente) Quid haec, malum, domina? inquiens. Nam quis te novus aut inuſitatus affectus excruciat? Cuiuſnam conſpectus meam turbat alumnam? Quis eſt adeo inſolens atque amens, qui tanta tua forma non capiatur, neque felicitatem ducat eſſe ſingularem, tuam Veneream conſue-

ὁμιλίαν, ἀλλὰ νεῦμα τὸ σὸν καὶ βουλὴν ὑπερφρονεῖν; ἔξειπε μόνον, ὦ γλυκύτατον ἐμοὶ παιδίον· οὐδεὶς οὕτως ἀδαμάντινος, ὡς μὴ τοῖς ἡμετέροις ἁλῶναι θελγήτροις. ἔξειπε, καὶ [1] οὐκ ἂν φθάνοις ἀνύουσα τὰ κατὰ γνώμην. ἔργοις δὲ οἶμαι πολλάκις τὴν πεῖραν εἰληφας.

ι'. Ἡ μὲν ταῦτα καὶ ὅμοια ἕτερα κατεπῇδε, [2] πολλὰ τοῖς ποσὶ τῆς Ἀρσάκης προσκυνιζομένη, καὶ παντοίαις κολακείαις ἐξειπεῖν τὸ πάθος ἐπειγομένη. ἡ δὲ, μικρὸν ἐφησυχάσασα, Βέβλημαι, εἶπεν, ὦ μῆτερ, ὡς οὔπω πρότερον· καὶ πολλὰ δὴ πρὸς σοῦ καὶ πολλάκις εὖ παθοῦσα ἐν ὁμοίαις ταῖς χρείαις, οὐκ οἶδα εἰ καὶ νῦν ἔξω κατορθοῦσαν. ὁ γάρ τοι πόλεμος ὁ πρὸ τῶν τειχῶν τήμερον, ὀλίγου μὲν συγκροτηθεὶς, [3] ἀθρόον

tudinem, ſed nutum tuum & voluntatem contemnat? Expone mihi tantum, ſuaviſſima filiola. Nemo eſt adeo adamatinus, quin noſtris capi poſſit blanditiis & illecebris. Expone quamprimum, & non fruſtraberis ſucceſſu ex animi ſententia. Re ipſa vero ſaepius, ut exiſtimo, id ipſum experta es.

X. Iſta quidem haec, & alia horum ſimilia, accinebat, multum pedibus Arſaces abblandiens, & variis adulationibus ab illa confeſſionem affectus flagitans. Illa autem, cum paullulum quieviſſet, Accepi vulnus, inquit, mater, quantum antea nunquam: cumque multis beneficiis, & ſaepe, ſim a te in ſimilibus caſibus affecta, haud ſcio, an nunc ſis eadem felicitate rem geſtura. Bellum enim, quod ad muros hodie propemodum commiſſum fuerat,

1 Οὐκ ἂν φθάνοις ἀνύουσα) Vitioſe Vatic. φθόνοις, & in margine notatum ὑστερήσῃς, quae gloſſa irrepſit in Baſ. ed. pro φθάνοις ita exhibentem.

2 Πολλὰ τοῖς ποσὶ τῆς Ἀρσάκης προσκυνιζομένη) Legendum videtur: πολλὰ τοῖς ὠσὶ τῆς Ἀρσάκης προσκνιζομένη. Ultimum ſuppeditat liber Palat. e quo eodem mox correximus παντοίαις κολακείαις, pro παντοίας κολακείας, quod nihili eſt.

3 Ἀθρόον δὲ καταςταλεὶς) Inſerta haec e Palat. & Xyl. In Baſ. abſunt. Paullo ante ὀλίγον Cod. Taur. apud Dorv. ad Char. p. 85.

δὲ κατασταλεὶς, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀναίμακτος ἀπεφάνθη, καὶ εἰς εἰρήνην κατέστρεψεν· ἐμοὶ δὲ ἀρχή τις ἀληθεστέρου πολέμου, καὶ τραῦμα οὐ μέρους μόνον ἢ μέλους, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς αὐτῆς γέγονε, τὸν ξένον ἐκεῖνον νεανίαν, τὸν τῷ Θυάμιδι κατὰ τὴν μονομαχίαν παραθέοντα, οὐκ εὐτυχῶς ἐπιδείξας. οἶσθα που πάντως,[1] ὦ μῆτερ, ὃν λέγω· οὐ γὰρ μικρῷ τῷ μέσῳ τοὺς ἄλλους τῷ κάλλει κατήστραπτεν, οὐδ' ὥστε καὶ ἄγροικόν τινα λαθεῖν καὶ τῶν καλῶν ἀνέραστον, μήτοι γε δή σε καὶ τὴν σὴν πολυπειρίαν. ὥστε, ὦ φιλτάτη, τὸ μὲν βέλος τοὐμὸν ἔγνωκας· ὥρα δέ σοι κινεῖν πᾶσαν μηχανὴν, πᾶσαν πρεσβυτικὴν ἴϋγγα καὶ αἱμυλίαν, εἴπερ δὴ βούλει σοι περιεῖναι τὴν τροφίμην· ὡς οὐκ ἔστιν ὅπως βιώσομαι, μὴ πάντως ἐκείνου τυγχάνουσα. Γινώσκω, ἔφη, τὸν νεανίαν, ἡ γραῦς. εὐρὺς

aliis quidem incruentum fuit, & in pacem desiit; mihi vero initium verioris belli, & vulnus non partis tantum alicuius, aut membri, sed etiam ipsius animae, exstitit, cum peregrinum illum adolescentem, qui iuxta Thyamim sub monomachiae tempus currebat, infeliciter mihi ostendisset. Scis omnino, mater, quem dicam. Neque enim parvo intervallo reliquorum formam sua, tanquam fulgore quodam, obruebat, adeo ut neque agrestem quemquam, & prorsus ab amore pulchritudinis alienum, id latuerit, nedum tuam multiplicem sapientiam latere possit. Quamobrem, carissima, cum vulnus meum cognoveris, tempus est, ut omnem admoveas machinam, omnem anilem fascinum, & blanditias, si quidem tuam alumnam superstitem esse volueris. Neque enim est ulla ratio, quae me possit in vita retinere, nisi omnino illo potita fuero. Novi, inquit anus, adolescentem. Lato fuit

1 Ὦ μῆτερ) Cod. Taur. ὦ μητέριον, non utique male: suspicor tamen e sequenti ὃν enatam hanc lectionem.

τις ἦν τὰ στέρνα καὶ τοὺς ὤμους, καὶ τὸν αὐχένα ὄρθιον καὶ ἐλεύθερον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους αἴρων, καὶ εἰς κορυφὴν τοὺς ἅπαντας ὑπερέχων· γλαυκιῶν τὸ βλέμμα, καὶ ἐραστὸν ἅμα καὶ γοργὸν προσβλέπων· ὁ καταβόστρυχός που πάντως ἐκεῖνος, τὴν παρειὰν ἄρτι ξανθῷ τῷ ἰούλῳ [1] περιστέφων, ᾧ γύναιόν τι ξενικὸν, οὐκ ἄωρον μὲν, ἄλλως δὲ ἰταμὸν, ὡς ἐδόκει, προσδραμὸν αἰφνίδιον περιέφυ, καὶ περιπλακὲν ἐξήρτητο. ἦ οὐ τοῦτον λέγεις, ὦ δέσποινα; Τοῦτον, ἔφη, μαμμίδιον· εὖ γάρ με καὶ τὸ παράσημον ὑπέμνησας, τὴν ἀλιτήριον ἐκείνην, καὶ τῶν ἀπ' οἰκήματος [2] ἐπὶ μακρῷ καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἐπιτετηδευμένῳ κάλλει, μέγα μὲν φανταζομένην, πλὴν ἀλλ' ἐμοῦ γε [3] δὴ εὐτυχοῦσαν πλέον, ἣ τοιοῦτον κεκλήρωται τὸν ἐρώμενον. βραχὺ

pectore, & latis humeris, collo erecto & ingenuo ſupra ceteros eminens, &, ut uno verbo tanquam faſtigio rem abſolvam, omnes ſuperans; igne micantes habens oculos, amanter & ſevere ſimul adſpiciens: ille, qui omnino delicate capillum nutrit, & genas nunc primum flava lanugine veſtit; ad quem muliercula quaedam peregrina, non deformis quidem, ſed inſigniter impudens, ut videbatur, ſubito accurrens, adhaerens illi, & circumfuſa ex illo dependebat. An non hunc dicis, hera? Hunc, inquit, mater. Recte enim mihi & inſigne in memoriam reduxiſti, os illud impurum & ſceleratum, cui forma longo tempore domi aſſervata, quotidiana tamen & fucata, animos attollit: attamen me longe felicior eſt, quae eiuſmodi nacta ſit amaſium. Ad haec

1 Περιστέφων) Inepte Palatin. cum Xyl. περιστρέφων.

2 Ἐπὶ μακρῷ) Ita omnes, excepto Palatin. in quo ἐπὶ μικρῷ, quod verum putabat Commel.

3 Δὴ εὐτυχοῦσαν) Cod. Taur. apud Dorv. ad Char. p. 681: διευτυχοῦσαν, una voce. Mox omnes vitioſe ἢ τοιοῦτον.

δὴ πρὸς ταῦτα καὶ σεσηρὸς ὑπομειδιάσασα ἡ πρεσβῦτις, Θάρσει, ἔφη, ὦ δέσποινα. εἰς τὴν τήμερον ἐκείνη καλὴ τῷ ξένῳ νενόμισται· εἰ δέ σοι καὶ τῷ σῷ κάλλει προστυχεῖν αὐτὸν ἀνύσαιμι, χρυσᾶ φασι χαλκείων ἀλλάξεται, ὡς ἑταιρίδιον τὸ ἐθελάστειον ἐκεῖνο καὶ μάτην θρυπτόμενον παραγκωνισάμενος. [1] Εἰ γὰρ οὕτω ποιήσειας, Κυβέλιον φίλτατον, δυοῖν δι' ἑνός μοι γενήσῃ νόσων ἰατρὸς, ἔρωτός τε καὶ ζηλοτυπίας, τοῦ μὲν ἐμπλήσασα, τῆς δὲ ἀπαλλάξασα. καὶ ἣ, Γενήσεται, εἶπεν, τό γε ἐπ' ἐμοί. σὺ δέ μοι σαυτὴν ἀναλαμβάνειν, καὶ τὸ παρὸν ἡσυχάζειν, μηδὲ δυσθυμοῦσαν προαποκάμνειν, [2] ἀλλ' εὔελπιν εἶναι.

ιβ'. Ταῦτ' εἶπε, καὶ ἀφελοῦσα τὸν λύχνον, ἐπικλεισαμένη τε τοῦ θαλάμου τὰς θύρας, ἐξώρμησεν. οὔπω δὲ ἀκριβῶς ἡμέρας ἐπησθημένη, τῶν τε βασι-

leviter arridens anus, Adesto animo, & omitte sollicitudinem, inquit, hera: ad hodiernum diem illa est a peregrino formosa habita: si vero effecero, ut te & tua forma potiatur, aurea, ut aiunt, cum aereis permutabit, illa meretricula petulante, & frustra sese iactante, contemta. Si quidem ita facies, Cybelion carissima, duorum pro uno morborum eris mihi curatrix, amoris & zelotypiae; illo quidem implens, hac vero liberans. At illa: Hoc meae curae cogitationique incumbet: tuum est autem, ut te revoces, & in praesentia quiescas, neque despondeas animum, antequam ad rem aggrediamur, sed bona spe te sustentes.

XI. Haec dixit, &, ablato lychno, atque conclusis thalami foribus, abiit. Cum autem vixdum diem sen-

1 Εἰ γὰρ οὕτω ποιήσειας) Εἰ γὰρ τοῦτο Cod. Taur. ποιήσεις ed. Bas. male.

2 Ἀλλ' εὔελπιν εἶναι) Palat. & Xyl. εὔελπις εἶναι, quae exquisitior est ratio. Supra, laudante iam Commel. μόνον εὔθυμος εἶναι.

λείων εὐνούχων ἕνα παραλαβοῦσα, καὶ ἄλλην θεράπαιναν, ἅμα ποπάνοις, καὶ ἑτέροις δή τισι θύμασιν ἕπεσθαι προστάξασα, ἐπὶ τὸ Ἴσειον ἔσπευδεν. ὡς δὲ τοῖς προθύροις ἐπέστη, θυσίαν ἄγειν τῇ θεῷ λέγουσα ὑπὲρ τῆς δεσποίνης Ἀρσάκης, ἔκ τινων ὀνειράτων τεταραγμένης, καὶ ἐξιλεώσασθαι τὰ ὀφθέντα βουλομένης, τῶν νεωκόρων διεκώλυέ τις καὶ ἀπέπεμπε, κατηφείας τὰ περὶ τὸ ἱερὸν ἐμπεπλῆσθαι φάσκων· τὸν γὰρ δὴ προφήτην τὸν Καλάσιριν μακροῖς χρόνοις εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήκοντα, ἑστιαθῆναι μὲν λαμπρῶς ἅμα τοῖς φιλτάτοις κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ πρὸς πᾶσαν ἄνεσιν καὶ ψυχαγωγίαν ἑαυτὸν ἐκδοῦναι· μετὰ δὲ τὴν εὐωχίαν, σπεῖσαί τε καὶ πολλὰ ἐπεύξασθαι τῇ θεῷ· καὶ τοῖς παισὶν εἰπόντα, ὡς ἄχρι τοῦ παρόντος ὄψονται τὸν πατέρα, καὶ πολλὰ ἐπισκήψαντα, τῶν σὺν αὐτῷ νέων Ἑλλήνων ἀφιγμένων, ὡς ἔνι μάλιστα, προνοεῖν, καὶ ἐν οἷς ἂν βουλομένοις αὐτοῖς γί-

ſiſſet, uno ex regiis eunuchis aſſumto, praeterea pediſſequa una cum placentulis, & aliis rebus ad ſacrificium deſtinatis, ſubſequi iuſſa, ad templum Iſidis properabat. Poſtquam ſtetit pro foribus, ſacrificium ſe Deae facturam dicens pro domina Arſace, quibuſdam inſomniis territa, & placare viſa volente, quidam ex aedituis prohibebat, & ablegabat, moeſtitiae plenum eſſe templum referens. Antiſtitem enim Calaſiridem, cum poſt longum tempus domum rediiſſet, convivatum eſſe lautius una cum cariſſimis ſub veſperam, & uſum eſſe remiſſiſſimo ad omnem hilaritatem ac delectationem animo. Poſt convivium autem libaſſe, & multum ſupplicaſſe Deae: cumque filiis dixiſſet, quod hactenus eſſent viſuri patrem, dediſſetque mandata de iuvenibus Graecis, qui cum eo venerunt, ut illis diligentiſſime proſpi-

νεται τὰ δυνατὰ συμπράττειν· κατακλίναντά τε αὐτὸν, καὶ εἴτε διὰ τὸ τῆς χαρᾶς μέγεθος, τῶν πνευματικῶν πόρων εἰς ὑπερβολὴν ἀνεθέντων καὶ χαλασθέντων, οἷα δὴ γηραιοῦ τοῦ σώματος ἀθρόον διαφορηθέντος, εἴτε καὶ θεῶν αἰτήσαντι τοῦτο παρασχομένων, εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς τετελευτηκότα γνωσθῆναι, τῶν παίδων ἐξ ὧν προὔλεγεν ὁ πρεσβύτης, παννύχιον παρατηρούντων· καὶ νῦν, ἔφη, διεπεμψάμεθα τοὺς μετακαλέσαντας τὸ λοιπὸν τῶν κατὰ τὴν πόλιν προφητικῶν τε καὶ ἱερατικῶν γένος, ὡς ἂν τὰ νομιζόμενα ἐπ' αὐτῷ τῆς κηδείας κατὰ τὸν πάτριον νόμον τελοῖεν. ἀποχωρητέον οὖν ὑμῖν. οὐ γὰρ θέμις μὴ ὅ, τι γε θύειν, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιβαίνειν τοῦ νεὼ πλὴν τοῖς ἱερωμένοις, ἑπτὰ τούτων ὅλων τῶν ἐχομένων ἡμερῶν. Πῶς οὖν οἱ ξένοι διάξουσιν; ἔφασκεν ἡ Κυβέλη. καὶ ὃς, Καταγώγιον αὐτοῖς εὐτρεπισθῆναι πλεῖστον, καὶ ἔξω που περὶ τὸν

cerent, &, quibus in rebus opem implorarent, pro virili adiumento essent, cubitum se contulisse. Deinde, seu propter gaudii magnitudinem meatibus spirituum ultra modum solutis & laxatis, tanquam senio confecto corpore subito viribus destituto, seu Diis, a quibus hoc petierat, illi praebentibus, circa gallicinium cognitum esse mortuum, filiis propter ea, quae illis praedixerat pater, tota nocte in illius observationem intentis. Et nunc, inquit, misimus nuntios, accersituros ex urbe reliquum pontificium & sacerdotale genus, ut illi iusta funebria secundum legem patriae persolvant. Discedendum est igitur vobis. Neque enim fas est cuiquam, ingredi templum, nedum mactare quidquam, per hos totos septem dies, praeter hos, qui sacerdotio funguntur. Quomodo itaque hospites hoc tempus traducent? quaerebat Cybele. Tum ille: Habitaculum illis extra templum ad-

νεῶν ὁ νέος προφήτης ὁ Θύαμις ἐπέστειλε· καὶ ὡς ὁρᾷς, αὐτοίγε οὗτοι [1] προσίασι, τῷ νόμῳ πειθόμενοι, καὶ ἐξοικίζοντες ἑαυτοὺς τῶν ἱερῶν τὸ παρόν. ἡ δὴ Κυβέλη τὴν ξυντυχίαν ἅρπαγμα καὶ ὥσπερ ἄγρας ἀρχὴν ποιησαμένη, Οὐκοῦν, ἔφη, ὦ νεωκόρων θεοφιλέστατε, καιρὸς τούς τε ξένους καὶ ἡμᾶς ἅμα εὖ ποιεῖν, μᾶλλον δὲ Ἀρσάκην μεγάλου βασιλέως ἀδελφήν· οἶσθα γὰρ ὡς φιλέλλην τε ἐστὶ, καὶ δεξιόν τι χρῆμα περὶ ξένων ὑποδοχήν. λέγε οὖν πρὸς τοὺς νέους, ὡς κατὰ πρόσταγμα τοῦ Θυάμιδος ἐν ἡμετέρου τὸ καταγώγιον αὐτοῖς ηὐτρέπισται. ἐποίησεν οὕτως ὁ νεωκόρος, οὐδὲν τῶν [2] βυσσοδομευομένων ὑπὸ τῆς Κυβέλης ὑποτοπήσας, ἀλλ' εὐεργετήσειν τε οἰόμενος τοὺς ξένους, εἰ πρόξενος αὐτοῖς αὐλῆς σατραπικῆς γένοιτο, καὶ ἅμα τοῖς αἰτοῦσι τὴν χάριν ἀβλαβῆ καὶ ταῦτα οὖσαν καὶ ἀξί-

ornari iussit novus antistes Thyamis: &, ut vides, isti ipsi cedunt, dum legi obtemperant, in praesentia e templo emigrantes. Cybele igitur occasionem, quasi ad rapinam, & initium aucupii accommodans, Quamobrem, inquit, aeditue Deorum amantissime, opportune poteris & hospites & nos beneficio afficere, magis vero Arsacen, regis magni sororem. Scis enim, quantopere Graecis faveat, quantoque studio peregrinos hospitio soleat accipere. Dic igitur iuvenibus, quod, iussu Thyamidis, in nostris aedibus habitaculum illis est instructum. Fecit ita aedituus, nihil eorum, quae Cybele moliebatur, suspicans, sed existimans, se beneficium collaturum esse in hospites, si illis opera sua satrapicam aulam conciliasset, & simul iis, qui petebant, rem gratam, neque

1 Προσίασι) Bas. προΐασι, & mox ἱρῶν· utrumque vitiose.

2 Βυσσοδομευομένων) Palat. βυσσομένων. Vatic. βυσσευομένων. Male. Notus satis Homeri versus: ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον.

μιον καθικετεύσειν. κατηφεῖς δὲ καὶ δεδακρυμένους πλησιάσαντας [1] τοὺς περὶ τὸν Θεαγένην ἰδὼν ὁ νεωκόρος, Οὐκ ἔννομα μὲν, ἔφη, οὐδὲ συγκεχωρημένα ἐκ τῶν πατρίων διαπράττεσθε, καὶ ταῦτα προαπηγορευμένον ὑμῖν, ὀδυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες ἄνδρα προφήτην, ὃν χαίροντας καὶ εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν, ὡς τῆς βελτίονος μετειληχότα λήξεως, καὶ πρὸς τῶν κρειττόνων κεκληρωμένον, ὁ θεῖος καὶ ἱερὸς παρεγγυᾷ λόγος. πλὴν ἀλλὰ συγγνωστὰ μὲν ὑμῖν, πατέρα (ὥς φατε) καὶ κηδεμόνα καὶ ἐλπίδα τὴν μόνην ἀποβεβληκόσι. οὐ μὴν ἀθυμητέα παντάπασιν. ὁ γὰρ Θύαμις, οὐ τῆς ἱερωσύνης μόνον τῆς ἐκείνου ἔοικεν εἶναι διάδοχος, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ ὑμᾶς διαθέσεως. τὰ γοῦν πρῶτα προνοηθῆναι ὑμῶν ἐπέστειλε, καὶ καταγώγιον ὑμῖν ηὐτρέπισται

cuiquam detrimentum aut periculum allaturam, facturum. Cumque ad Theagenem & Charicleam venisset, moerore ac lacrimis perditos, Sane haud legitima, inquit, neque ea, quae patrii mores institutaque ferant, praesertim cum sit vobis antea luctu interdictum, facitis, quod antistitem deploratis & lugetis: quem laetitia & gratulationibus prosequendum esse, tanquam meliorem consecutum requiem, & praestantiorem statum sortitum, divina & sacra doctrina praecipit. Quamquam vobis quidem venia danda est, qui, ut dicitis, patrem, & patronum, & eum, qui sola spes vestra fuerit, amiseritis: verumtamen non omnino vos despondere animum oportet. Thyamis enim, ut videre est, non tantum in antistitium, sed etiam in studium & benevolentiam erga vos, illi successit, & in primis provideri vobis imperavit: habitaculumque vobis instructum est splendidum,

1 Τοὺς περὶ τὸν Θεαγ.) Commel. bene animadvertit, ἑωρακὼς, vel tale quid, h. l. excidisse. Codex Taurin. plane habet ἰδών· unde hanc vocem inseruimus, re ipsa iubente.

λαμπρὸν, καὶ οἷον εὔξαιτ᾽ ἄν τις καὶ τῶν εὐδαιμόνων καὶ ἐγχωρίων, μήτοι γε δὴ ξένων, καὶ εὐτελεστέρων τῶν νῦν πράττειν δοκούντων. ἕπεσθε δὴ κοινὴν ὑμῶν μητέρα τήνδε νομίσαντες, (δείξας τὴν Κυβέλην) καὶ ξεναγούσῃ πείθεσθε.

ιβ΄. Ταῦτα ἐκεῖνος μὲν ἔλεγεν. ἐποίουν δὲ οἱ περὶ τὸν Θεαγένην· τὸ μέν τι πρὸς τῶν παρ᾽ ἐλπίδα προσπεπτωκότων βεβυθισμένοι τὴν διάνοιαν· τὸ δὲ ἀγαπῶντες ὅπου δὴ τὸ παρὸν καταγωγῆς τε καὶ καταφυγῆς τυχεῖν· [1] Φυλαξόμενοι ἂν, ὡς τὸ εἰκὸς, εἰ τὸ τραγικὸν τῆς οἰκήσεως καὶ ὑπέρογκον καὶ πρὸς κακοῦ γενησόμενον αὐτοῖς ὑπείδοντο. νυνὶ δὲ ἡ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς ἀθλοθετοῦσα τύχη, πρὸς ὀλίγον ὡρῶν μέρος ἀναπαύσασα, καὶ εἰς χαρὰν ἐφήμερον ἀνεῖσα παραχρῆμα

& quale ſibi optaret aliquis altioris gradus hominum, & indigenarum, nedum peregrinorum, & eorum, quorum in praeſentia anguſtae rationes, & humilis fortuna eſſe videatur. Sequimini igitur hanc, (oſtendens Cybelen) communem veſtram exiſtimantes eſſe matrem, & excipienti vos parete.

XII. Haec ille quidem dicebat: faciebat autem Theagenes, vel quod veluti procella quadam eorum, quae praeter ſpem acciderant, depreſſus eſſet; vel quia in tali ſtatu rerum, quodcunque oblatum habitaculum & receptum boni conſuleret. Caviſſet autem ſibi, ut eſt conſentaneum, ſi, tragicos & intolerabiles caſus allaturum eſſe habitaculum illud, & magno malo ipſis futurum, ſuſpicatus fuiſſet. Tum vero fortuna, illorum rationes gubernans, cum paucarum horarum intervallo illos recreaſſet ac refeciſſet, & unius diei tantum ſpatio laetitia frui permiſiſſet, ſubito triſtia & adverſa ad-

1 Φυλαξόμενοι) Palatin. φυλαξάμενοι. Idem mox cum Taur. ὀλίγων, male.

τὰ λυποῦντα ἐπισυνῆπτε, καὶ δεσμώτας ὥσπερ αὐθαιρέτους τῇ πολεμίᾳ προσῆγε, δι' ὀνόματος Φιλανθρώπου ξενίας, νέους καὶ ξένους καὶ ἀπείρους τοῦ μέλλοντος αἰχμαλωτίζουσα. οὕτως ἄρα ὁ πλανήτης βίος, οἷον τυφλότητα τὴν ἄγνοιαν ἐπιβάλλει τοῖς ξενιτεύουσι. οὗτοι γοῦν ἐπειδὴ τάχιστα παρῆλθον εἰς τὰ σατραπεῖα, προπυλαίοις τε ἐντυχόντες ὑπερόγκοις, καὶ πλέον ἢ κατὰ ἰδιωτικὴν οἴκησιν ἐξηρμένοις, Φαντασίας τε δορυφόρων καὶ κόμπου τῆς ἄλλης θεραπείας ἐμπεπλησμένοις, ἐθαύμαζον μὲν καὶ διεταράττοντο, τῆς παρούσης κατ' αὐτοὺς τύχης τὴν οἴκησιν ὑπερέχουσαν ὁρῶντες. εἵποντο δ' οὖν τῇ Κυβέλῃ πολλὰ προτρεπομένῃ, καὶ θαρσεῖν παρακελευομένῃ, [1] καὶ τεκνία συνεχῶς καὶ Φιλτάτους ἀνακαλούσῃ, καὶ ὡς εὔθυμα χρὴ προσδοκᾶν τὰ διαδεξόμενα παρεγγυώσῃ. καὶ τέλος, ἐπειδήπερ αὐτοὺς εἰς τὸ δωμάτιον, οὗ κατήγετο ἡ πρεσ-

iungebat, &, tanquam ſua ſponte vincula ſibi accerſentes, hoſti adducebat; praetextu benigni hoſpitii, iuvenes, & hoſpites, & ignaros futurorum, captivos efficiens. Sic hercle vita, quae in errore agitur, inſcitiam, tanquam caecitatis tenebras, offundit iis, qui in peregrinis terris & exteris nationibus verſantur. Hi igitur, cum veniſſent ad domicilia ſatrapae, & ingrederentur veſtibula magnifica, & editiora, quam ut cum privati hominis conditione comparari poſſent, & ſtipatorum faſtu, aliorumque aulicorum frequentia repleta, mirabantur ac turbabantur, aedes praeſentem illorum fortunam ſuperare videntes. Sequebantur tamen Cybelen, multis modis adhortantem, & adeſſe illos animo iubentem, &, quod exſpectare deberent laeta, quae illos eſſent exceptura, promittentem. Ad extremum, poſtquam eos in

1 Καὶ τεκνία συνεχῶς καὶ φιλτάτους ἀνακαλούσῃ) Inſerta ſunt haec e Palat. & Xyland. In Baſ. deſunt.

βύτις, ἀνακεχωρηκός πως καὶ ἰδιάζον, ἐγκατέστησε, μεταστησαμένη τοὺς παρόντας, καὶ μόνη παρακαθισαμένη, Ὦ τέκνα, ἔλεγε, τῆς μὲν κατειληφυίας ὑμᾶς κατηφείας τὸ παρὸν, τὴν αἰτίαν ἔγνων, καὶ ὡς ὁ προφήτης ὑμᾶς ὁ Καλάσιρις τελευτήσας λελύπηκεν, [1] ἐν πατρὸς ὑμῖν χώρᾳ γεγονώς. δίκαια δ' ἂν ποιοῖτε, καὶ οἵ τινες ἢ πόθεν ἐστὲ λέγοντες· ὅτι μὲν γὰρ Ἕλληνες, καὶ τοῦτο ἔγνων· καὶ ὅτι τῶν εὖ γεγονότων, πάρεστι τοῖς ὁρωμένοις τεκμαίρεσθαι. βλέμμα γὰρ οὕτω λαμπρὸν, καὶ εὐσχήμων ὄψις ἅμα καὶ ἐπέραστος, εὐγενείας ἔμφασιν παρίστησιν. ἀλλὰ τῆς ποίας Ἑλλάδος, ἢ πόλεως τίνος, καὶ τίνες ὄντες, καὶ ὅπως δεῦρο πλανηθέντες ἀφίκεσθε, βουλομένῃ μοι μαθεῖν, ὑπὲρ συνοίσοντος τοῦ ὑμετέρου, κατείπατε, ὡς ἂν καὶ πρὸς δέσποιναν τὴν ἐμὴν Ἀρσάκην, τὴν μεγάλου μὲν βασι-

conclave, in quo habitabat anus, ſeparatum & ſeiunctum a turba, introduxit, remotis arbitris, ſola illis asſidens, O liberi, dicebat, moeſtitiae, in qua nunc verſamini, cauſam cognovi, atque dolorem, quem ex antiſtitis Calaſiridis morte, merito a vobis culti in parentis loco, accepiſtis. Aequum eſt autem, ut praeterea mihi, qui ſitis, & unde, exponatis. Nam & hoc, quod Graeci ſitis, cognovi: &, quod bono genere nati, ex iis, quae in vobis cernuntur, argumentum capere licet. Vultus enim adeo liberalis, & elegans atque liberalis forma, ſpecimen praeſtantis generis exhibent: ſed ex qua Graecia, atque adeo urbe, ſitis, denique quomodo oberrantes huc veneritis, cum aveam id cognoſcere, veſtrae utilitatis cauſa, quaeſo, mihi exponite, ut etiam dominam meam Arſacen, regis magni ſoro-

1 Ἐν πατρὸς χώρᾳ) Equidem praetulerim Cod. Taur. lectionem ἐν πατρὸς μοίρᾳ, quam Dorvill. ad Char. p. 127, vulgata nihilo deteriorem iudicabat.

λέως ἀδελφὴν, Ὀροονδάτῃ δὲ τῷ μεγίστῳ σατραπῶν συνοικοῦσαν, Φιλέλληνά τε καὶ Φίλαβρον καὶ ξένων εὐεργέτην, ἔχοιμι τὰ καθ' ὑμᾶς ἐξαγγέλλειν, ὑπὲρ τοῦ καὶ μετὰ πλείονος ὑμᾶς καὶ τῆς χρεωστουμένης τιμῆς ὀφθῆναι. ἐρεῖτε δὲ καὶ πρὸς γυναῖκα οὐ παντάπασιν ἀλλοτρίαν ὑμῖν· εἰμὶ γάρτοι καὶ αὐτὴ τὸ γένος Ἑλληνὶς, καὶ Λεσβία τὴν πόλιν, ὑπ' αἰχμαλωσίας μὲν ἀχθεῖσα δεῦρο, πράττουσα δὲ τῶν οἴκοι βέλτιον, εἰμὶ γάρτοι τῇ δεσποίνῃ τὰ πάντα· καὶ μόνον οὐκ ἀναπνεῖ με καὶ ὁρᾷ, ἀλλὰ καὶ νοῦς ἐκείνῃ καὶ ὦτα καὶ πάντα τυγχάνω, τοὺς καλοὺς αὐτῇ κἀγαθοὺς [1] γνωρίζουσα ἀεί. τοῦ δὴ Θεαγένους τὰ εἰρημένα παρὰ τῆς Κυβέλης τοῖς πεπραγμένοις τῇ προτεραίᾳ παρὰ τῆς Ἀρσάκης παράλληλα καθ' ἑαυτὸν ἀντεξετά-

rem, Oroondatis vero, maximi ſatraparum, coniugem, Graecorumque & elegantiae amantem, & in hoſpites beneficam, de veſtris rationibus certiorem facere poſſim, atque ita cum maiore debitoque vobis honore in conſpectum illius veniatis. Dicetis vero mulieri non prorſus a vobis alienae. Sum enim & ipſa natione Graeca, Lesbia vero, urbis, in qua ſum nata, cognomine, captiva quidem huc adducta, ceterum ſucceſſu fortunae meliore, quam domi, utens. Sum enim dominae omnium rerum miniſtra, & tantum non per me ſpirat, & videt; ſed mens illi, & aures, & in ſumma omnia ſum ego, probos honeſtoſque ſemper in illius notitiam deducens. Theagene vero ea, quae dicta fuerant a Cybele, cum iis, quae pridie ab Arſace facta fuerant, conferen-

1 Γνωρίζουσα ἀεὶ) Cod. Taur. poſt hacc verba addit: καὶ τὸ πιστὸν διὰ πάντων ἀποῤῥήτων φύλαττουσα. Atque hoc ſupplementum Dorvill. ad Char. p. 552, putabat vindicari ſimili loco huius libri: οἶδα ὡς τὸ πιστὸν ἔχει φυλακῆς τῶν ἀποῤῥήτων. Equidem omnia poſt τυγχάνω ſerius adſuta arbitror, & cum hoc verbo Cybelae orationem claudi.

ζοντος, καὶ ὡς ἀτενὲς αὐτῷ καὶ ἰταμὸν, συνεχές τε καὶ τῶν ἀπρεπεστέρων δηλωτικὸν προσέβλεπεν ἐννοοῦντος, καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι καταμαντευομένου, μέλλοντός τε ἤδη τι λέγειν πρὸς τὴν πρεσβύτιν, ἠρέμα προσκύψασα πρὸς τὸ οὖς ἡ Χαρίκλεια, Τῆς ἀδελφῆς, ἔφη, μέμνησο, ἐφ' οἷς ἂν λέγοις.

ιγ'. Συνεὶς οὖν τὸ δηλούμενον, Ὦ μῆτερ, ἔφη, τὸ μὲν Ἕλληνας εἶναι καὶ αὐτή που μαθοῦσα τυγχάνεις. ἀδελφοὶ δὲ ὄντες πατέρων ὑπὸ λῃσταῖς ἁλόντων, ἐπὶ ζήτησιν ἐξορμήσαντες, χαλεπωτέραις ἐκείνων τύχαις κεχρήμεθα, ὠμοτέροις ἀνδράσι περιπεσόντες, καὶ πάντων μὲν τῶν ὄντων (πολλὰ δὲ ἦν) ἀποσυληθέντες, μόλις δὲ αὐτοὶ περισωθέντες, καὶ κατά τι δεξιὸν βούλημα δαίμονος τῇ πρὸς τὸν ἥρωα Καλάσιριν συντυχίᾳ χρησάμενοι, ἀφιγμένοι τε ἐνταῦθα, ὡς τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου μετ' αὐτοῦ βιωσόμενοι, νῦν ὡς ὁρᾷς

te, &, quod illum defixis oculis, & lascive, denique sine intermissione, & cum indecoro parumque moderato nutu ac significatione intuita fuisset, cogitante, nihilque boni inde eventurum augurante, & iam dicturo aliquid ad anum, submisse in aurem illi Chariclea: Sororis, inquit, memineris in iis, quae dicturus es.

XIII. Cum igitur intellexisset id, quod illi suggestum fuerat: Mater, inquit, quod Graeci sumus, iam & ipsa scis. Illud autem cognosce, quod, cum germani essemus, parentibus a praedonibus captis, ad illorum inquisitionem profecti, magis adversa fortuna, quam illi, usi sumus, in crudeliores viros incidentes, & omnibus facultatibus (multae autem erant) spoliati, vix vero ipsi servati, & quadam dextra numinis voluntate cum heroë Calasiri congressi, cum venissemus huc, tanquam reliquum tempus vitae cum illo transacturi, nunc, ut vi-

[1] πάντων ἔρημοι καὶ μόνοι περιλελείμμεθα, τὸν δοκοῦντα καὶ ὄντα πατέρα μετὰ τῶν ἄλλων προσαπολωλεκότες. τὰ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς, ταῦτα. σοὶ δὲ, πλείστη μὲν χάρις καὶ τῆς νῦν δεξιώσεως καὶ ξεναγίας· χαρίσαιο δ' ἂν πλέον, εἰ καθ' ἑαυτοὺς ἡμῖν διάγειν τε καὶ λανθάνειν παράσχοις, τὴν εὐεργεσίαν ἣν ἀρτίως ἔφασκες, καὶ τὸ γνωρίζειν ἡμᾶς πρὸς Ἀρσάκην ὑπερθεμένη, μὴ δὲ ἐπεισάγῃς οὕτω λαμπρᾷ καὶ εὐδαίμονι τύχῃ, ξένον καὶ ἀλήτην καὶ στυγνάζοντα βίον. τὰς γὰρ δὴ γνώσεις καὶ τὰς ἐντεύξεις, ἐκ τῶν ὁμοίων, ὡς οἶσθα, γίγνεσθαι καλόν.

ιδ'. Οὐκ ἐκαρτέρησεν ἡ Κυβέλη τούτων εἰρημένων· ἀλλὰ καὶ τῇ διαχύσει τοῦ προσώπου κατάδηλος ἐγεγόνει σφόδρα ὑπερησθεῖσα εἰς τὴν ἀκοὴν τῶν ἀδελφῶν, ἐνθυμουμένη μηδὲν κώλυμα μηδὲ ἐμπόδιον ἕξειν

des, ab omnibus deserti & soli relicti sumus, eo, qui videbatur esse pater, & erat, cum aliis parentibus amisso. Ac nostrae quidem rationes sic habent. Tibi vero ingentem habemus gratiam pro hoc officio humanitatis & hospitalitatis. Maiore autem beneficio nos tibi devincies, si, ut seorsim & clanculum habitemus, effeceris, officium, quod nuper commemorasti, scilicet ut per te Arsacae innotescamus, differens, neque introducens in tam splendidam & illustrem fortunam, peregrinam, erroneam, tetricamque vitam. Notitias enim & familiaritates cum similibus, ut scis, inire convenit.

XIV. Non potuit se reprimere Cybele, cum haec dicta fuissent; sed ex hilaritate vultus manifestum exsistebat indicium, quod magnopere, audito germanorum nomine, fuisset delectata, cogitans, nullo sibi impedimento

1 Πάντων ἔρημοι) Palat. τούτων ἔρημοι. Forte utrumque olim legebatur: πάντων τούτων ἔρημοι.

πρὸς τὰ ἐρωτικὰ τῆς Ἀρσάκης τὴν Χαρίκλειαν· καὶ, Ὦ κάλλιστε νεανιῶν, ἔφη, οὐκ ἂν εἴποις ταῦτα περὶ Ἀρσάκης, ἐπειδὰν εἰς πεῖραν ἔλθοις τῆς γυναικός. κοινόν τι χρῆμά ἐστι πρὸς πᾶσαν τύχην, καὶ πλέον ἐπίκουρος γίνεται τοῖς παρ᾽ ἀξίαν ἔλαττόν τι πράττουσι. καὶ Περσὶς οὖσα τὸ γένος, σφόδρα ἑλληνίζει τὴν γνώμην, χαίρουσα καὶ προστρέχουσα τοῖς, [1] οἷοι νῦν ὑμεῖς, ἢ τοῖς ἐντεῦθεν, ἦθός τε καὶ ὁμιλίαν τὴν Ἑλληνικὴν εἰς ὑπερβολὴν ἠγάπηκε. θαρσεῖ τε οὖν, ὡς σὺ μὲν ὅσα εἰς ἄνδρας καθήκοι, πράξων καὶ τιμηθησόμενος· ἀδελφὴ δὲ ἡ σὴ, συμπαίστριά τε καὶ συνόμιλος ἐσομένη. ἀλλὰ τίνα ὑμῶν ὀνόματα χρὴ προσαγγέλλειν; ὡς δὲ ὅτι Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν ἤκουσεν, αὐτοῦ με περιμένειν εἰποῦσα, ὡς τὴν Ἀρσάκην ἀπέτρεχεν, ἐπιστείλασα πρότερον πρὸς τὴν θυρωρὸν, (ἦν δὲ καὶ αὐτὴ

fore in rebus Venereis Arsaces Charicleam: &, O pulcherrime adolescens, inquit, nunquam hoc de Arsace dices, postquam expertus fueris mores mulieris. Aequalis est enim, & accommodata ad omnem fortunam. Quin etiam magis est auxilio iis, qui praeter dignitatem quidpiam sunt passi. Cumque sit Persis genere, magnopere ingenio Graecos imitatur, gaudens iis, & se oblectans, qui inde adveniunt, moresque & consuetudinem Graecorum supra modum amplectitur. Este igitur bono animo, quod sit futurum, ut tu omnibus dignitatibus, quae ad viros pertinent, orneris; soror autem tua familiaris & convictrix illius sit futura. Ceterum quae vestra nomina illi nuntiari oportet? Cum vero Theagenis & Charicleae audisset, ut ibi illam operirentur dicens, ad Arsacen cucurrit, datis prius mandatis ianitrici, (erat au-

1 Οἷοι νῦν ὑμεῖς, ἢ τοῖς) Haec e Palatin. Cod. inseruit Commelinus. Nimirum librarii calamus adhaesit statim posteriori τοῖς, omissis, quae interiecta sunt.

γραῦς) εἴ τις βούλοιτο παρεισιέναι, μηδαμῶς ἐπιτρέπειν· ἀλλὰ μηδ᾽ ἐξιέναι ποι συγχωρεῖν τοῖς νέοις. τῆς δὲ, Μηδ᾽ ἂν ὁ παῖς ὁ σὸς Ἀχαιμένης παραγένηται, ἐρωτησάσης, ἄρτι γὰρ καὶ μετὰ τὴν σὴν εἰς τὸν νεὼν πρόοδον ἐξελήλυθεν, ἐναλειψόμενος τῷ ὀφθαλμῷ, οἶσθα γὰρ ὡς φέρει τι μικρὸν ἔτι κακώσεως· Μηδὲ ἐκεῖνος, ἀπεκρίνατο· ἀλλ᾽ ἐπικλεισαμένη τὰς θύρας, καὶ τὴν κλεῖν αὐτὴ κατέχουσα, Φάσκε ἐμοὶ κομίζειν. οὕτως ἐγένετο. καὶ οὔπω τοι σχεδὸν τῆς Κυβέλης χωρισθείσης, καιρὸν ἡ μόνωσις τῷ Θεαγένει καὶ τῇ Χαρικλείᾳ θρήνων τε καὶ ὑπομνήσεως τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς ὑπηγόρευεν· ἀπὸ τῶν αὐτῶν τε σχεδόν τι ῥημάτων καὶ νοημάτων ἀπωλοφύροντο· ἡ μὲν, ὦ Θεάγενες, ὁ δὲ, ὦ Χαρίκλεια, συνεχῶς ἐπιστένοντες. καὶ ὁ μὲν, Τίς ἄρα τύχη πάλιν κατείληφεν ἡμᾶς; ἡ δὲ, Ὁποίοις τε ἄρα συντευξόμεθα πράγμασι; καὶ ἐφ᾽ ἑκάστῳ συνησπά-

tem & ipſa anus) ut neminem ingredi pateretur, atque adeo ne ipſos quidem iuvenes quoquam egredi permitteret. Hac vero, Neque ſi tuus filius Achaemenes advenerit? interrogante; modo enim & poſt tuum diſceſſum in templum egreſſus eſt, ungendi oculi gratia, quod aliquantulum adhuc doloris & moleſtiae ſuſtineat: Neque ſi ille veniat, reſpondit; ſed, obſerata ianua, & clavem ipſa apud te habens, dic me aſportaſſe. Sicque accidit. Nam cum vixdum Cybele abſceſſiſſet, ſolitudo Theageni & Charicleae luctuum & recordationis ſuarum calamitatum tempus ſubminiſtravit: iiſdemque propemodum verbis, & mente eadem, ſeſe deplorabant; illa quidem, o Theagenes, at ille, o Chariclea, identidem ingemiſcentes. Et hic: Quaenam fortuna nos invaſit? Illa autem: In qualinam ſtatu rerum verſamur? & poſt

ζοντο ἀλλήλους, καὶ δακρύσαντες ἀνάπαλιν ἐφίλουν. καὶ τέλος τοῦ Καλασίριδος ὑπομνησθέντες, εἰς πένθος τὸ ἐκείνου τοὺς θρήνους κατέστρεφον· καὶ πλέον ἡ Χαρίκλεια, ἅτε καὶ πλείονι τῷ χρόνῳ, μείζονος τῆς ἀπ' αὐτοῦ σπουδῆς τε καὶ εὐνοίας πεπειραμένη· καί, Ὦ τὸν Καλάσιριν, ἀνεκάλει κωκύουσα. τὸ γὰρ χρηστὸν ὄνομα καλεῖν ἀπεστέρημαι πατέρα, τοῦ δαίμονος πανταχόθεν μοι τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν περικόψαι φιλονεικήσαντος. τὸν μὲν φύσει γεννήσαντα οὐκ ἔγνωκα· [1] τὸν δὲ ποιησάμενόν με θετὴν θυγατέρα, οἴμοι, προδέδωκα· τὸν [δὲ] διαδεξάμενον καὶ τρέφοντα καὶ περισώζοντα ἀπολώλεκα, καὶ οὐδὲ θρηνῆσαι τὰ νενομισμένα ἔτι κειμένῳ τῷ πτώματι πρὸς τοῦ προφητικοῦ συγκεχώρημαι. ἀλλ' ἰδού σοι, τροφεῦ καὶ σῶτερ, προσθήσω δὲ καὶ πάτερ, κἂν ὁ δαίμων μὴ βούληται,

ſingula verba ampleςtebantur ſe invicem, &, rurſus cum illacrimaſſent, diſſuaviabantur: poſtremo Calaſiris recordati, in illius luςtum ploratus conferebant; inprimis autem Chariclea, tanquam maiore ſpatio temporis, magis illius ſtudium & benevolentiam erga ſe experta. Et, O bonum Calaſiridem! exclamabat plorans: etenim orbata ſum ſuavi nomine, quo minus illum patrem vocare poſſim, cum numen mihi patris appellationem undiquaque praecidere contendiſſet. Patrem, qui me procreavit, non agnovi: eum vero, qui me adoptivam filiam fecerat, hei mihi! prodidi: porro hunc, qui me recepit, & aluit, & ſervavit, amiſi, & neque lugere funerum ritu ac caerimonia, adhuc iacens cadaver, a coetu prophetico mihi eſt permiſſum. Enimvero, nutricie & ſervator, addam autem & pater, ecce, etiamſi no-

1 Τὸν δὲ ποιησάμενόν με θετὴν θυγατέρα) Codd. Palat. & Xyl. τὸν δὲ θέμενον Χαρικλέα, recte. Vulgatam lectionem e gloſſa ortam puta.

ἔνθα γοῦν ἔξεστι καὶ ὡς ἔξεστιν, ἀποσπένδω τῶν ἐμαυτῆς δακρύων, καὶ ἐπιφέρω χοὰς ἐκ τῶν ἐμαυτῆς πλοκάμων· καὶ ἅμα ἀπεσπάραττεν ὡς ὅτι πλείστας τῶν ἑαυτῆς τριχῶν. καὶ ὁ μὲν Θεαγένης ἐπεῖχεν, ἐπιλαμβανόμενος σὺν ἱκεσίαις τῶν χειρῶν· ἡ δὲ ἐπετραγῴδει, Τί γὰρ καὶ ζῆν δεῖ ἔτι, λέγουσα, εἰς ποίαν ἀφορῶντας ἐλπίδα; ὁ χειραγωγὸς τῆς ξένης, ἡ βακτηρία τῆς πλάνης, ὁ ξεναγὸς τῆς ἐπὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν, ὁ τῶν φύντων ἀναγνωρισμὸς, ἡ παραψυχὴ τῶν δυστυχημάτων, ἡ εὐπορία καὶ λύσις τῶν ἀτυχημάτων, ἡ πάντων καθ' ἡμᾶς ἄγκυρα Καλάσιρις ἀπόλωλε, τὴν ἀθλίαν ἡμᾶς ξυνωρίδα, πηροὺς ὥσπερ τῶν πρακτέων ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς καταλιπών. πᾶσα μὲν ἡμῖν ὁδοιπορία, πᾶσα δὲ ναυτιλία ὑπ' ἀγνωσίας ὑποτέτμηται. οἴχεται ἡ σεμνὴ καὶ μείλιχος, ἡ σοφὴ καὶ πολιὰ τῷ ὄντι φρὴν, τῶν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν οὔτε αὐτὴ τέλος ἀραμένη.

lit numen, ubi licet, & quo modo licet, facio tibi libationes meis lacrimis, & addo inferias ex meis capillis. Simulque vellebat plurimos crines: & Theagenes quidem eam reprimebat comprehendens, tendensque manus supplex. Illa vero lamentabatur nihilominus, Quid enim, dicens, vel vivere iam conducit? In quam spem oculi coniiciendi sunt? Ductor in peregrina terra, bacillus erroris, dux reditus in patriam, parentum notio, solatium in adversis rebus, adiumentum ac depulsio infortuniorum, omnium nostrarum rationum ancora Calasiris periit, nos miserum iugum, quasi caecos inscitia gerendarum rerum, in peregrina terra relinquens. Omne nobis iter, omnis denique navigatio prae inscitia praecisa est: atque gravis & blanda, sapiens & cana revera mens evolavit, beneficiorum erga nos neque ipsa finem conspiciens.

ιε'. Καὶ τοιαῦτα ἔτι καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις ἐλεεινῶς ὀδυρομένης, καὶ τοῦ Θεαγένους τὰ μὲν συνεξαίροντος τοῖς παρ' ἑαυτοῦ τὸν θρῆνον, τὰ δὲ Φειδοῖ τῆς Χαρικλείας καταστέλλοντος, ἐφίσταται ὁ Ἀχαιμένης· καὶ τὰς θύρας τοῖς κλείθροις ἐναπειλημμένας καταλαβὼν, Τί ταῦτα; τὴν θυρωρὸν ἠρώτα. ὡς δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς εἶναι τὸ ἔργον ἔμαθε, προσεστὼς ταῖς θύραις καὶ τὴν αἰτίαν διαπορῶν, ᾔσθετο τῆς Χαρικλείας ὀδυρομένης· καὶ διακύψας διὰ τῶν ὀπῶν, καθ' ἃς διῄνοικτο τῶν κλείθρων ἡ ἅλυσις, εἶδέ τε τὰ γινόμενα. καὶ αὖθις τὴν θυρωρὸν, οἵ τινες εἰσὶν οἱ ἔνδον, ἠρώτα. ἡ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἔχειν εἰδέναι ἔλεγεν· ὅτι δὲ κόρη καὶ νεανίας ξένοι τινὲς ὡς ἔχοι εἰκάζειν, ἀρτίως παρὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐσῳκισμένοι. ὁ δὲ αὖθις διακύψας ἐπειρᾶτο διακριβοῦν τοὺς ὁρωμένους. τὴν μὲν δὴ Χαρίκλειαν παντάπασιν ἀγνοῶν, ὅμως τοῦ κάλ-

XV. Cum talia, atque alia praeterea, miserabiliter lamentaretur, Theagene partim apud sese clam lugente, partim se, ut parceret Charicleae, cohibente, advenit Achaemenes, & ianuam sera firmatam deprehendens, Quid, malum, haec? ex ianitrice quaerebat. Cum vero, matris esse factum, cognovisset, accedens ad fores, & causam perpendens apud animum, sensit Charicleam lamentantem: & inclinans sese, per angustias, per quas aperitur claustri compages, vidit omnia, quae fiebant, & rursus ianitricem, quinam essent intus, interrogabat. Illa autem, aliud quidem se nescire dicebat, praeterquam quod essent virgo & adolescens, peregrini quidam, ut coniectari licet, nuper ab ipsius matre introducti. Tum ille iterum sese incurvans, conabatur exactius cognoscere eos, quos videbat. Et Charicleam quidem, cum omnino non nosset, propter formam tamen

λους ὑπερεθαύμαζε, καὶ τίς ἂν ὀφθείη καὶ ποία μὴ θρηνοῦσα, ἐνενόει· καὶ τὸ θαῦμα λανθάνον, εἰς ἐρωτικὸν πάθος αὐτὸν κατέφερε· τὸν δὲ Θεαγένην ἀμυδρῶς τε καὶ ἀμφιβόλως γνωρίζειν ἐφαντάζετο. καὶ προσκειμένου τῇ σκέψει τοῦ Ἀχαιμένους, ἐφίσταται ἀναστρέψασα ἡ Κυβέλη, πάντα μὲν τὰ κατὰ τοὺς νέους ὡς ἐγεγόνει διαγγείλασα, πολλὰ δὲ τῆς εὐτυχίας τὴν Ἀρσάκην μακαρίσασα, ὑφ᾽ ἧς αὐτῇ τοσοῦτόν ἐκ ταυτομάτου κατώρθωται, ὃ βουλαῖς μυρίαις καὶ μηχαναῖς οὐκ ἄν τις ἤλπισεν, ὡς καὶ σύνοικον ἔχειν τὸν ἐρώμενον, [1] ἐπ᾽ ἀδείας ὁρῶντα καὶ ὁρώμενον. καὶ πολλοῖς τοιούτοις τὴν Ἀρσάκην φυσήσασα, μόλις τε ἐπειγομένην πρὸς τὴν θέαν τοῦ Θεαγένους ἐπισχοῦσα, καὶ ὡς οὐ βούλοιτο αὐτὴν ὠχριῶσαν καὶ κυλοιδιῶσαν

demirabatur: atque adeo, quae apparitura esset, & qualis, nisi moerore ac luctu conficeretur, cogitabat; denique admiratione, in amatorium affectum clam deferebatur. Theagenem vero obscure & ambigue se agnoscere opinabatur. Atque ita intento in illam considerationem Achaemene, advenit reversa Cybele, cum omnia de adolescentibus, quemadmodum gesta fuerant, nuntiasset, & multis modis Arsacen beatam ob fortunae successum praedicasset, a qua illi tantum casu quodam esset perfectum bonum, quantum sexcentis consiliis & machinis nemo sperasset confici potuisse, ut cohabitatorem habeat amasium, ita ut alter ab altero absque ullo metu conspici posset. Et cum multis eiusmodi verbis Arsacem inflasset, properantemque ad adspectum Theagenis, iam vi cohiberet, propterea quod nollet, illam pallentem, & turgidis oculis ex insomnio, praebere

1 Ἐπ᾽ ἀδείας ὁρῶντα καὶ ὁρώμενον) Exciderunt haec verba e quibusdam libris propter antecedens ἐρώμενον, a Commelino e Codicibus reducta. Mox ἐπειγομένη vitiose Bas.

πρὸς τῆς ἀγρυπνίας ὀφθῆναι τῷ νεανίᾳ· ἀναπαυσαμένην δὲ τὴν παροῦσαν ἡμέραν, καὶ ἀναλαβοῦσαν τὸ σύνηθες κάλλος.

ιστ΄. Καὶ πολλοῖς τοιούτοις εὔθυμον αὐτὴν καὶ τῶν κατὰ γνώμην εὔελπιν παρασκευάσασα, ἅ τε προσήκει πράττειν, καὶ ὅπως προσφέρεσθαι τοῖς ξένοις παρεγγυήσασα· ἐπεὶ δ' οὖν ἐπέστη, Τί πολυπραγμονεῖς, ὦ τέκνον; ἔλεγεν. ὁ δὲ, Τοὺς ἔνδον, ἔφη, ξένους οἵ τινές εἰσιν, ἢ πόθεν. Οὐ θέμις, ὦ παῖ, πρὸς αὐτὸν ἡ Κυβέλη. ἀλλ' ἐχεμύθει, καὶ κατὰ σαυτὸν ἔχε, καὶ μηδενὶ φράζε, μηδὲ ἐπιμίγνυσο τὰ πολλὰ τοῖς ξένοις. οὕτω γὰρ δέδοκται τῇ δεσποίνῃ. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀπῄει ῥᾷστα τῇ μητρὶ πεπεισμένος· σύνηθές τι καὶ Ἀφροδίσιον διακόνημα τῇ Ἀρσάκῃ τὸν Θεαγένην ὑποτοπήσας. καὶ ἀπιὼν, Οὐχ οὗτός ἐστιν, πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγε, ὃν ἐγὼ πρώην παρὰ Μιτράνου τοῦ φρουράρχου παραλαβὼν,

se conſpiciendam adoleſcenti; ſed poſt praeſentem diem, cum requieviſſet, priſtinamque formam recuperaſſet.

XVI. Ita cum laetam ipſam, & bonae ſpei de eventu ex animi ſententia plenam effeciſſet, & tum, quae facere conveniret, tum quomodo hoſpites accipere, cum illa conſtituiſſet; ut advenit, inquam, & ſubſtitit, Quid, ait, ita curioſe rimaris, fili? Ille autem, Eos, qui ſunt intus, hoſpites, qui ſint, aut unde, dicebat. Non eſt fas, inquit ad eum Cybele; immo id, quod ſcis, preme ſilentio, & apud te retine, neque cuiquam narres, neque multum verſare inter hoſpites. Sic enim dominae viſum eſt. Ille igitur abibat, facile matri obtemperans, & ad conſuetum ac Venereum miniſterium Arſaces Theagenem aſſervari ſuſpicans. Et diſcedens, An non hic eſt, ſecum loquebatur, qui mihi nuper, cum eum accepiſſem a Mitrane praefecto excubiarum, ut deducerem ad

ὥστε ἄγειν πρὸς Ὀροονδάτην, ἀναπεμφθησόμενον βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, ὑπὸ Βησσαέων τε καὶ Θυάμιδος ἀφῃρέθην, μικροῦ καὶ τὸν περὶ τοῦ ζῆν ὑποστὰς κίνδυνον, καὶ μόνος ἐκ τῶν ἀγόντων διαδρᾶναι δυνηθείς; μὴ ἄρα σφάλλουσί με οἱ ὀφθαλμοί; ἀλλὰ ῥᾷον ἔχω μὲν καὶ διαβλέπω σχεδόν τοι λοιπὸν συνήθως. καὶ μὴν καὶ τὸν Θύαμιν ἀκήκοα παρεῖναι τῇ προτεραίᾳ, καὶ διαμονομαχήσαντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀνακεκομίσθαι τὴν ἱερωσύνην. οὗτος ἄρα ἐκεῖνος ἐστίν. ἀλλὰ τὸ παρὸν σιγητέον τὸν ἀναγνωρισμόν· ἅμα δὲ παρατηρητέον τίς ποτε ἡ περὶ τοὺς ξένους διάνοια τῆς δεσποίνης. ὁ μὲν ταῦτα πρὸς ἑαυτόν.

ιζʹ. Ἡ δὲ Κυβέλη πρὸς τοὺς νέους εἰσδραμοῦσα, [1] ἴχνη τῶν θρήνων κατελάμβανε. πρὸς γὰρ τὸν ψόφον τῶν θυρῶν ἀνοιγομένων, κατέστελλον μὲν ἑαυτούς,

Oroondatem, mittendum regi magno, a Bessaensibus ereptus est, quando & de vita propemodum periclitatus sum, & solus ex iis, qui eum ducebant, vix effugere potui? An vero me fallunt oculi? Atqui melius iam valeo, & fere ita, quemadmodum antea consueveram, perspicio. Quin etiam Thyamidem audivi hesterno die advenisse, &, cum singulari certamine cum fratre dimicasset, sacerdotium recuperasse. Ille ipse est omnino. Ceterum in praesentia hoc indicium tacendum est, & simul observandum, qui sit animus dominae erga hospites. Hic quidem haec secum.

XVII. Cybele vero, ad iuvenes incurrens, vestigia eorum, quae faciebant, deprehendebat. Quamvis enim ad strepitum forium, cum aperirentur, componebant sese,

1 Ἴχνη τῶν θρήνων) *Lamentationis signa deprehendit.* Inepte Bas. ἴχνη τε τῶν νέων. Interpres legisse videtur, ἴχνη τῶν δρωμένων.

καὶ πρὸς τὸ σύνηθες σχῆμα καὶ βλέμμα διαπλάττειν διέσπευδον, οὐ μὴν ἔλαθόν γε τὴν πρεσβύτιν, τῶν δακρύων ἔτι τοῖς ὄμμασιν ἐπιπλανωμένων. ἀναβοήσασα οὖν, Ὦ γλυκύτατα τέκνα, ἔλεγε, τί ταῦτα ἀωρὶ θρηνεῖτε, ἡνίκα προσήκει χαίρειν, ἡνίκα εὐδαιμονίζειν ἑαυτοὺς τῆς δεξιᾶς τύχης, Ἀρσάκης τὰ κάλλιστα καὶ τὰ κατ' εὐχὰς ἐφ' ὑμῖν διανοουμένης, καὶ ὀφθῆναί τε ὑμᾶς εἰς τὴν ἑξῆς ἐπινευσάσης, καὶ τὸ παρὸν πᾶσαν δεξίωσιν καὶ θεραπείαν ὑμῖν ἀποκληρωσάσης; ἀλλ' ἀπορριπτέον ὑμῖν τοὺς ληρώδεις τούτους καὶ μειρακιώδεις τῷ ὄντι θρήνους· ὁρᾶν δὲ καὶ ῥυθμίζειν ἑαυτοὺς, εἴκειν τε καὶ ὑπηρετεῖσθαι τοῖς Ἀρσάκης βουλήμασι. καὶ ὁ Θεαγένης, Μνήμη, ἔφη, ὦ μῆτερ, τῆς Καλασίριδος τελευτῆς εἰς λύπην ἡμᾶς ἀνεκίνησε, καὶ τὸ πατρικὸν ἐκείνου περὶ ἡμᾶς βούλημα ἀποβεβληκότας, εἰς δάκρυα κατήγαγεν. Ὕθλοι, ἔφη, ταῦτα· Καλάσιρις καὶ πα-

& confuetum vultum & habitum affimulare conabantur; tamen non potuerunt celare anum, oculis adhuc lacrimis innatantibus. Exclamans igitur, O fuaviffimi liberi, dicebat, quid ita intempeftive ploratis, quando gaudere oportebat, & gratulari vobis ipfis fortunae dexteritatem, Arface optima quaeque, & quae vobis optare poffetis, cogitante, &, ut cras in illius confpectum veniatis, annuente, ac nunc vobis omnia officia humanitatis & omnem obfervantiam attribuente? Quamobrem abiiciendi funt vobis ifti fatui & pueriles plane fletus, intueri vero vofmetipfos & componere convenit, accedere ac obfequi Arfaces voluntati. Theagenes autem, Memoria, inquit, mortis Calafiridis dolorem in nobis excitavit, & ad lacrimas nos deduxit, qui illius paternam erga nos voluntatem amiferimus. Nugae funt, inquit anus, iftae: Calafiris, & pater quifpiam fictus, qui

τήρ τις προσποιητὸς, πρεσβύτης τῇ κοινῇ φύσει καὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας εἴξας. πάντα σοι πάρεστι δι' ἑνός· προστασία, πλοῦτος, τρυφὴ, καὶ ἀπόλαυσις τῆς ἐφ' ἡλικίας ἀκμῆς· καὶ ἁπλῶς τύχην σαυτοῦ νόμιζε, καὶ προσκύνει τὴν Ἀρσάκην. μόνον ἐμοὶ πείθεσθε, πῶς μὲν αὐτῇ προσιτέον, καὶ ὀπτέον ὅταν τοῦτο ἐπιτρέψῃ, πῶς δὲ χρηστέον καὶ ὑπουργητέον ὅταν τι προστάττῃ. τὸ γὰρ φρόνημα, ὡς οἶσθα, μέγα καὶ ὑπέρογκον καὶ βασίλειον, νεότητι καὶ κάλλει προσεξαιρόμενον, καὶ ὑπεροφθῆναι εἴ τι κελεύοι μὴ ἀνεχόμενον.

ιη'. Πρὸς ταῦτα σιγήσαντος τοῦ Θεαγένους, καὶ κατ' ἑαυτὸν ὡς ἀηδῶν τινων καὶ μοχθηρῶν ἐστι δηλωτικὰ ἐννοοῦντος, ὀλίγον ὕστερον εὐνοῦχοι παρῆσαν, λείψανα μὲν δῆθεν τῆς σατραπικῆς τραπέζης ἐπὶ χρυσοῖς τῶν σκευῶν κομίζοντες, πᾶσαν δὲ πολυτέλειαν καὶ χλιδὴν ὑπεραίροντα· καὶ τούτοις εἰπόντες ἡ δέσποι-

communi naturae legi, & aetatis tempori ceſſit. Omnia tibi adſunt per unum hominem, praefectura, divitiae, deliciae, & fructus florentis aetatis: denique fortunam tuam eſſe puta, & adora Arſacen. Tantum mihi obtemperate, quomodo illam accedere & adſpicere debeatis, quando hoc praeceperit, & qua ratione agendum tractandumque ſit, ſi quid imperaverit. Animus enim illius magnus eſt, ut ſcis, & excelſus, & regius, aetate iuvenili & forma inſuper elatus, & qui ſe contemni, ſi quid poſtularit, non patiatur.

XVIII. Cum ad haec reticuiſſet Theagenes, & apud ſeſe, quod turpium quarundam rerum, & cum flagitio coniunctarum, ſignificationes eſſent cogitaret; paullo poſt eunuchi aderant, reliquias ſatrapicae menſae, quae omnem ſumtum & mollitiem ſuperabant, in aurea ſupellectili afferentes. Et cum dixiſſent, quod his domina

να δεξιοῦται καὶ τιμᾷ τὸ παρὸν τοὺς ξένους, καὶ παραθέμενοι τοῖς νέοις, παραχρῆμα ἀπεχώρουν. οἱ δὲ, ἅμα μὲν τῆς Κυβέλης προτρεπούσης, ἅμα δὲ προορῶντες μὴ δοκεῖν ἐνυβρίζειν [1] [τὴν δεξίωσιν,] ἀπεγεύοντο πρὸς βραχὺ τῶν παρακειμένων. καὶ τοῦτο καὶ εἰς ἑσπέραν ἐγίνετο, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας λοιπὸν ἡμέρας. τῇδ' οὖν ἑξῆς κατὰ πρώτην που τῆς ἡμέρας ὥραν, οἱ συνήθεις εὐνοῦχοι παρόντες ὡς τὸν Θεαγένην, Μετακέκλησαι, ὦ μακάριε, πρὸς τῆς δεσποίνης, ἔλεγον, καὶ ὀφθῆναί σε προστετάγμεθα· καὶ ἧκε τῆς εὐτυχίας ἀπολαύσων, ἧς ὀλίγοις δὴ καὶ ὀλιγάκις μεταδίδωσιν. ὁ δὲ μικρὸν ἐφησυχάσας, καὶ οἷον πρὸς βίαν ἑλκόμενος, διανέστη τε, καὶ, Μόνον δέ με ἥκειν ἐπέσταλται, πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν, ἢ καὶ ἀδελφὴν ταυτὴν τὴν ἐμήν; τῶν δὲ, ὅτι μόνον, ἀποκριναμένων, ἐκείνην δὲ καθ' ἑαυτὴν ὀφθήσεσθαι· νυνὶ γὰρ συμπαρεῖναι τῇ Ἀρσάκῃ

honoris caufa excipiat hofpites, & appofuiffent iuvenibus, continuo difcedebant. At hi, Cybele quidem hortante, fimul vero profpicientes, ne quid officio detrahere viderentur, aliquantulum deguftabant ea, quae erant appofita. Atque hoc & vefperi fiebat, & reliquis deinceps diebus. Poftridie vero fere circiter horam primam diei, iidem eunuchi venientes ad Theagenem, Accerfitus es, o nimium felix, a domina, dicebant; & iuffi fumus, ut te in illius confpectum deducamus. Quamobrem eas, fruiturus felicitate, quam fane paucis & rariufcule impertiri folet. Ille autem paullulum quievit: deinde tanquam vi traheretur, invitus confurgens, Solumne me venire imperatum eft, ad ipfos dicebat, an etiam una mecum fororem hanc meam? Cum autem, Solum, refpondiffent, & illam feorfim effe venturam; nunc vero adeffe Ar-

1 Τὴν δεξίωσιν) Abfunt haec verba a Palatino, interpretamenti caufa τοῦ ἐνυβρίζειν a quopiam adiecta.

τῶν ἐν τέλει τινὰς Περσῶν· καὶ ἄλλως ἔθος εἶναι, ἀνδράσι μὲν ἰδίᾳ, γυναιξὶ δὲ καθ' ἕτερον καιρὸν χρηματίζειν, προκύψας ὁ Θεαγένης, Οὔτε καλὰ ταῦτα οὔτε ἀνύποπτα, πρὸς τὴν Χαρίκλειαν ἠρέμα εἰπών· ἀντακούσας δὲ ὡς δέησοι μὴ ἀντιβαίνειν, ἀλλὰ συντρέχειν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδείκνυσθαι ὡς πάντα πρὸς νοῦν τὸν ἐκείνης ποιήσοντα, εἵπετο τοῖς ἄγουσι· καὶ ὅπως δεήσει τὴν ἔντευξιν ποιεῖσθαι, καὶ τὸν τρόπον τῆς προσηγορίας ὑφηγουμένοις, καὶ ὡς ἔθος προσκυνεῖν τοὺς εἰσιόντας, οὐδὲν μὲν ἀπεκρίνατο.

ιθ'. Εἰσελθὼν δὲ, καὶ προκαθημένην ἐφ' ὑψηλοῦ καταλαβὼν, ἁλουργῷ μὲν καὶ χρυσοπάστῳ τῇ ἐσθῆτι φαιδρυνομένην, ὅρμων δὲ πολυτελείᾳ καὶ τιάρας ἀξιώματι μεγαλαυχουμένην, καὶ παντοίᾳ κομμωτικῇ πρὸς τὸ ἁβρότερον ἐξηνθισμένην, δορυφόρων τε ἐμπαρεστώτων, καὶ τῶν ἐπὶ δόξης ἑκατέρωθεν προέδρων προκαθη-

ſacae quoſdam ex magiſtratibus Perſarum, alioqui moris eſſe, ut ſeorſim cum viris, cum mulieribus autem alio tempore agatur: inclinans ſeſe Theagenes, Neque honeſta haec ſunt, neque non ſuſpecta, ad Charicleam ſubmiſſe cum dixiſſet, ab illaque viciſſim audiſſet, quod non oporteret contraire, ſed curſum una tenere initio, & prae ſe ferre voluntatem omnia ex illius ſententia faciendi, ſequebatur praeeuntes. Cumque modum, quo illam oporteret compellare atque alloqui, & quod moris eſſet adorare ingredientes, docerent, nihil reſpondit.

XIX. Ceterum ingreſſus eſt, & illam ſedentem pro tribunali deprehendens, purpura & auro intexta veſte exornatam, moniliumque pretio & tiarae dignitate ſuperbientem, ac delicate delibutam & fucatam, ſatellitibus adſtantibus, & primariis utrinque magiſtratibus aſſidentibus,

μένων, οὐκ ἔπτηξε τὸ φρόνημα· ἀλλ' ὥσπερ τῶν συγκειμένων αὐτῷ πρὸς τὴν Χαρίκλειαν ὑπὲρ τῆς θεραπευτικῆς ὑποκρίσεως ἐπιλελησμένος, ἀντεξανέστη πλέον εἰς μεγαλοφροσύνην, πρὸς τὸ ἀλαζονικὸν τῆς Περσικῆς θέας. καὶ οὔτε ὀκλάσας οὔτε προσκυνήσας, ἀλλ' ἀπ' ὀρθῆς τῆς κεφαλῆς, Χαῖρε, ἔφη, βασίλειον αἷμα, Ἀρσάκη. τῶν δὲ παρόντων ἀγανακτούντων, καὶ θροῦν τινα, ὅτι μὴ προσεκύνησε, καταστασιαστικὸν τοῦ Θεαγένους ὡς τολμηροῦ καὶ θρασέως ἀφιέντων, ἡ Ἀρσάκη μειδιάσασα, Σύγγνωτε, εἶπεν, ὡς ἀπείρῳ καὶ ξένῳ, καὶ τὸ ὅλον Ἕλληνι, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ὑπεροψίαν καθ' ἡμῶν νοσοῦντι· καὶ ἅμα καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν τιάραν ἀφεῖλε, πολλὰ τῶν παρόντων κωλυόντων. [1] τοῦ γὰρ ἀμείβεσθαι τὸν ἀσπασάμενον σύμβολον τοῦτο πεποίηνται Πέρσαι· καὶ, Θάρσει, ὦ ξένε, εἰποῦσα διὰ

non conſternatus eſt animo, ſed tanquam eorum, quae illi fuerant cum Chariclea conſtituta de aſſimulata obſervantia & veneratione, oblitus, magis eſt erectus animi magnitudine contra faſtum Perſici ſpectaculi: & neque genu flectens, neque adorans, ſed erecto capite, Salve, inquit, regie ſanguis, Arſace. Indignantibus vero iis, qui praeſentes aderant, & murmur quoddam contra Theagenem, tanquam temerarium & audacem, quod non adoraſſet, emittentibus: Arſace ſubridens, Date veniam, inquit, tanquam ignaro & peregrino, & prorſus Graeco, & illinc contemtu noſtri laboranti. Simul & de capite tiaram depoſuit, multum iis, qui aderant, prohibentibus: hoc enim faciunt Perſae ad reddendam gratiam ei, qui ſalutavit. Et cum ad illum, Bono animo

1 Τοῦ γὰρ ἀμείβεσθαι -- Πέρσαι) Et haec a Baſil. abſunt, ſuppleta e Palat. & Xyl. *Commel.* Immo haec verba in Baſ. hoc ordine leguntur: τοῦτο γὰρ πεποίηνται Πέρσαι τοῦ τὸν ἀσπασάμενον ἀμείβεσθαι. Male vero ſcribitur ἀσπασόμενον.

τοῦ ἑρμηνέως, (συνεῖσα γὰρ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν οὐκ ἐφθέγγετο) καὶ λέγε, τίνος χρήζεις ὡς οὐκ ἀποτευξόμενος, ἀπέπεμπε, νεύματι τοῦτο πρὸς τοὺς εὐνούχους ἐπισημήνασα. παρεπέμπετο δὲ μετὰ δορυφορίας. καὶ ὁ Ἀχαιμένης αὖθις θεασάμενος, ἐγνώριζε μὲν ἀκριβέστερον, καὶ τῆς ἄγαν εἰς αὐτὸν τιμῆς τὴν αἰτίαν ὑποπτεύων ἐθαύμαζεν. ἐσίγα δ' οὖν ὅμως τὰ δεδογμένα πράττων. ἡ δὲ Ἀρσάκη τοὺς ἐν τέλει Περσῶν ἑστιάσασα, δῆθεν μὲν ὡς συνήθως ἐκείνους τιμῶσα, ἀληθέστερον δὲ τὴν πρὸς Θεαγένην ἔντευξιν εὐωχίαν ἄγουσα, οὐ μοίρας μόνον κατὰ τὸ εἰωθὸς τῶν ἐδεσμάτων τοῖς περὶ τὸν Θεαγένην [1] ἀπέστελλεν, ἀλλὰ καὶ δάπιδας τινὰς, καὶ στρωμνὰς πεποικιλμένας, Σιδωνίας τε καὶ Λυδίας ἔργα χειρός. συναπέστελλε δὲ καὶ ἀνδράποδα ὑπηρετησόμενα, κόριον μὲν τῇ Χα-

eſto, hoſpes, per interpretem dixiſſet, (quamvis enim intelligebat linguam Graecam, loqui tamen non potuit) & dic, ſi qua re indiges, repulſam non paſſurus; remittebat, innuens eunuchis. Deducebatur vero cum pompa ſatellitum. Ibi & Achaemenes, cum illum iterum conſpexiſſet, cognovit exactius: & nimii honoris, qui illi tribuebatur, cauſam ſuſpicans, mirabatur; tacebat tamen, ea, quae decreverat, faciens. Arſace autem, optimatibus Perſarum & magiſtratibus magnifico apparatu acceptis, eo praetextu, quod id honoris cauſa, quemadmodum ſolebat, faceret, verius vero propter colloquium cum Theagene habitum convivium agitans, non tantum portiones ciborum, ut conſueverat, Theageni mittebat, ſed etiam tapetes, & periſtromata verſicoloria, Sidoniae & Lydiae manus arte elaborata. Mittebat quoque una & mancipia ab obſequiis futura, an-

1 Ἀπέστελλεν, ἀλλὰ καὶ δάπιδας) Palat. ἀπέστειλεν, ἀλλὰ καὶ τάπητας· utrumque recte. v. Euſtath. ad Iliad. ω', 645.

ρικλείᾳ, παιδάριον δὲ τῷ Θεαγένει, τὸ μὲν γένος Ἰωνικὰ, τὴν δὲ ἡλικίαν, ἥβης ἐντός· πολλὰ τὴν Κυβέλην παρακαλέσασα ἐπισπεύδειν, καὶ ὡς ὅτι τάχιστα διανύειν τὸν σκοπὸν, οὐ γὰρ ἔτι φέρειν τὸ πάθος, οὐδὲν οὐδὲ αὐτὴν ἀνιεῖσαν, ἀλλὰ παντοίως ἐκπεριοῦσαν τὸν Θεαγένην· προδήλως μὲν γὰρ οὐκ ἐξέφαινε τὸ βούλευμα τῆς Ἀρσάκης, κύκλῳ δὲ καὶ δι' αἰνιγμάτων εἰς τὸ συνιέναι προσβιβάζουσα· καὶ τήν τε περὶ αὐτὸν φιλοφροσύνην τῆς δεσποίνης μεγαλύνουσα, καὶ τὸ κάλλος, οὐ τὸ φαινόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐντὸς ἐσθῆτος μετά τινων εὐλόγων προφάσεων ὑπ' ὄψιν ἄγουσα· καὶ τὸ ἦθος, [1] ὡς ἐράσμιον καὶ εὐόμιλον, καὶ χαίρουσα τοῖς ἁβροτέροις καὶ ἀγερωχοτέροις τῶν νέων· καὶ ὅλως ἀπόπειραν ἐν οἷς διεξῄει λαμβάνουσα, εἰ

cillam quidem Charicleae, puerum vero Theageni, gente Ionica, aetate vero pubertatem attingentia: multis modis adhortata Cybelen, ut acceleraret, & quamprimum ſcopum illi propoſitum perficeret, non amplius affectum ferenti; neque ipſam quidquam remittentem, ſed variis rationibus circumdantem Theagenem. Ac manifeſte quidem non exponebat Arſaces voluntatem, ceterum circuitione & involucris tectam intelligendam relinquebat, benevolentiam dominae erga ipſum praedicans, & cum pulchritudinem, non apparentem tantum, ſed & eam, quae veſtitu contineretur, quibuſdam convenientibus occaſionibus ob oculos ponens, tum mores, quod eſſent amabiles, & cum quadam facilitate coniuncti, & quod delectaretur delicatioribus & valentioribus adoleſcentibus. Et in ſumma, experimentum capiebat in iis, quae narrabat, an Venereis rebus allice-

1 Ὡς ἐράσμιον καὶ εὐόμιλον) Codd. Vatic. Palat. Xyland. & Taurin. teſte Dorv. ad Char. p. 645: ὡς ἐρασμία καὶ εὐόμιλος· & hoc recte.

προστρέχει τοῖς ἐπαφροδίτοις. καὶ ὁ Θεαγένης, τὸ μὲν τῆς φιλοφροσύνης, καὶ ὡς φιλέλλην τὸ ἦθος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συνεπῄνει, καὶ χάριν ὡμολόγει· τὰ δὲ ἐπαγωγὰ τῶν ἀτοπωτέρων, ὡς ἂν μηδὲ συνιεὶς τὴν ἀρχὴν, ἑκὼν ὑπερέβαινε. πνιγμὸς τοίνυν εἶχε τὴν γραῦν, [1] καὶ οἷον ἔλυζε τὴν καρδίαν, στοχαζομένη μὲν ὡς συνίησι τῆς προαγωγείας, ἀπαυθαδιαζόμενον δὲ καὶ διωθούμενον ὁρῶσα τὴν πεῖραν, καὶ τὴν Ἀρσάκην οὐκ ἔτι φέρειν οἵα τε δι' ὄχλου γινομένην, καὶ καρτερεῖν οὐκ ἔτι δύνασθαι λέγουσαν, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἀπαιτοῦσαν, ἣν ἄλλοτε ἄλλαις προφάσεσιν ὑπερετίθετο ἡ Κυβέλη· νῦν μὲν βουλόμενον ἀποδειλιᾶν τὸν νεανίαν φάσκουσα, νῦν δὲ ἀνωμαλίαν τινὰ προσπεπτωκέναι πλαττομένη.

κ'. Καὶ πέμπτης που λοιπὸν καὶ ἕκτης ἡμέρας παρω-

retur. Theagenes autem benevolentiam illius erga se, & quod moribus esset propensis in amorem Graecorum, & quaecunque talia praeterea, collaudabat, & insuper agebat gratias. Porro illecebras absurdiorum rerum neque intelligens ab initio, sponte praeteribat. Angor igitur quidam invasit anum, & quasi pungebatur dolore cordis, cum coniectaretur, eum intelligere illecebras, fastidire autem & repellere omnes conatus videret, & Arsacem non amplius ferre sciret, tumultuantem, & non amplius se cohibere posse dicentem, & pollicita reposcentem, quae alias aliis praetextibus Cybele differebat; interdum, quamvis vellet, reformidare adolescentem dicens, interdum vero aliquid incommode cecidisse fingens.

XX. Et cum iam quintus & sextus dies praeteriisset,

1 Καὶ οἷον ἔλυζε τὴν καρδίαν) Cod. Taur. teste Dorv. ad Char. p. 208, ἔλαζε, refragante eodem, & in vulgata acquiescente. Idem tamen ad eundem p. 680, legendum proponit ἔνυξε, quod interpres lat. habuisse videtur, *pungebatur dolore cordis*.

κεχηνυίας ἤδη, καὶ τὴν Χαρίκλειαν τῆς Ἀρσάκης ἅπαξ που καὶ δεύτερον προσκεκλημένης, καὶ εἰς τὸ τῷ Θεαγένει κεχαρισμένον μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης ἑωρακυίας, ἀναγκάζεται καὶ λευκότερον διαλεχθῆναι τῷ Θεαγένει, καὶ τὸν ἔρωτα ἀπαρακαλύπτως ἐξηγόρευε· πολλὰ καὶ μυρία ἀγαθὰ συγκατατιθεμένῳ διεγγυωμένη, καὶ, Τίς ἡ ἀτολμία, προστιθεῖσα, τί δὲ τὸ ἀναφρόδιτον; νέος οὕτω καὶ καλὸς καὶ ἀκμαῖος, γυναῖκα ὁμοίαν καὶ προστετηκυῖαν ἀπωθεῖται, καὶ οὐχ ἅρπαγμα οὐδὲ ἕρμαιον [1] ἡγεῖται τὸ πρᾶγμα, δέους μὲν οὐδενὸς ἐπόντος τῇ πράξει, μήτε ἀνδρὸς παρόντος, κἀμοῦ τῆς θρεψαμένης, καὶ πάντα ἀπόρρητα διὰ χειρὸς ἐχούσης, τὴν ὁμιλίαν διακονούσης· μήτε σοί τινος ἐπόντος κωλύματος, οὐ νύμφης, οὐ γαμετῆς παρούσης. καί τοι καὶ τούτων ὑπερεῖδον πολλοὶ πολλάκις,

Charicleamque Arſace ſemel atque iterum ad ſe vocaſſet, & ad gratificandum Theageni honorifice illam accepiſſet, benevolentiaque ſingulari fuiſſet intuita, cogebatur planius colloqui cum Theagene, amoremque aperte exponebat, multa & ſexcenta bona, ſi aſſentiretur, certo pollicens, &, Quae, malum, eſt haec tergiverſatio? addens; quidve adeo alienum a rebus Venereis? adoleſcens tam formoſus, & florenti aetate, mulierem ſimilem & amore illius contabeſcentem repellit, & non praedam ducit, & in lucro ponit negotium: praeſertim nulla formidine rem conſequente, neque viro praeſente, & me, quae illam educavi, ac omnia arcana in poteſtate habeo, hanc conſuetudinem illi procurante? neque, quod ad te attinet, ullo intercedente impedimento, non ſponſa, non uxore. Atqui & haec ſaepius multi

1 Ἡγεῖται τὸ πρᾶγμα) Cod. Pal. & Xyl. ποιεῖται. Sic inferius: ἅρπαγμα τὸ ῥηθὲν ἐποιήσατο, & ſupra c. XI, τὴν ξυντυχίαν ἅρπαγμα ποιησαμένη. E gloſſa igitur ortam puta alteram lectionem, ἡγεῖται.

ὅσοι δὴ νοῦν ἔχοντες, τοὺς μὲν οἰκείους ἔγνωσαν οὐδὲν ἐκ τούτου καταβλάψειν, αὐτοὺς δὲ ὠφελήσειν, κτήσεως χρημάτων προσγενομένης, καὶ τῶν καθ' ἡδονὴν ἀπολαύσεων. τελευτῶσα δὲ καὶ ἀπειλήν τινα κατεμίγνυ τοῖς λεγομένοις· Αἱ χρησταὶ, λέγουσα, καὶ φιλόνεοι γυναῖκες, ἀμείλικτοι γίνονται καὶ βαρυμήνιδες, ἀποτυγχάνουσαι, καὶ τοὺς ὑπερόπτας ὡς ὑβριστὰς εἰκότως ἀμύνονται. ταύτην δὲ, ὅτι καὶ Περσὶς τὸ γένος, ἐννόει, καὶ ὡς βασίλειον αἷμα, τοῦτο δὴ τὸ τῆς σῆς προσρήσεως, καὶ ὡς πολλὴν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν περιβέβληται, ὑφ' ἧς αὐτῇ καὶ τιμῆσαι τὸν εὔνουν, καὶ κολάσαι τὸν ἐναντιούμενον ἐπ' ἀδείας· σὺ δὲ καὶ ξένος καὶ ἔρημος, καὶ ὁ προσθησόμενος οὐδείς. Φεῖσαι τὸ μέρος καὶ σαυτοῦ, φεῖσαι κἀκείνης. ἀξία δ' ἐστὶ παρὰ σοῦ φειδοῦς, εἰς τὰ δίκαια τῶν σῶν πόθων οὐ-

contemſerunt, qui ſana mente praediti, domeſticis ea re nihil ſe nocituros intellexerunt, ſibi autem profuturos poſſeſſione opum, & fructu voluptatis in lucro accedente. Ad extremum & minas quaſdam immiſcebat orationi, Comes, dicens, mulieres, & iuvenum cupidae, implacabiles exſiſtunt, & ſaevam iram concipiunt, cum ſua ſpe labuntur: & contumaces, tanquam eos, a quibus iniuria ſunt affectae, merito ulciſcuntur. Iam de hac, quod & Perſis ſit genere, cogita, & regius ſanguis, quod tu ipſe antea tua confeſſione teſtatus es, & quod magnis viribus & potentia ſit ſtipata, qua illi & honore afficere benevolos erga ſe, & punire ſibi obſiſtentes impune liceat. Tu vero & peregrinus es, & deſertus, &, qui tibi opem ferat, nemo eſt. Parce partim tibi ipſi, partim & illi. Digna vero eſt, cui a te parcatur, quae deſiderio tui, quo iuſte potiri debet, tam furioſe ſit in-

τως ἐκμεμηνυῖα. εὐλαβήθητι καὶ μῆνιν ἐρωτικήν, Φύλαξαι καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑπεροψίας νεμεσητόν· πολλοὺς οἶδα μεταμεληθέντας. πεῖραν ἔχω σοῦ [1] μᾶλλον τῶν Ἀφροδίτης. ἡ πολιὰ θρὶξ, ἣν ὁρᾷς, αὕτη πολλοῖς τοιούτοις ἐνήθλισεν. ἀλλ' οὕτως ἄτεγκτον καὶ ἀνήμερον οὐκ ἔγνωκα. καὶ ἀποστρέψασα τὸν λόγον πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, (ὑπ' ἀνάγκης γὰρ κἀκείνης εἰς ἐπήκοον ἀπεθάῤῥησε τὰ τοιαῦτα διαλέγεσθαι) Συμπαρακάλεσον, ἔφη, ὦ θύγατερ, καὶ σὺ, [2] τὸν οὐκ οἶδ' ὅν τινα προσείπω προσηκόντως ἀδελφόν σου τοῦτον. συνοίσει καί σοι τὸ πρᾶγμα· οὐκ ἔλαττον ἀγαπηθήσῃ· πλέον τιμηθήσῃ· πλουτήσεις εἰς κόρον· γάμου σοὶ προνοήσει λαμπροῦ. ζηλωτὰ δὲ ταῦτα καὶ εὖ πράττουσι, μήτοι γε δὴ ξένοις, καὶ ἐν ἐνδείᾳ τὸ παρὸν ἐξεταζομένοις.

flammata. Verearis & iram amatoriam: caveto quoque, quae contemtum ſequitur, vindictam. Multos novi, quos poſtea eiuſmodi animi poenituit. Maiorem experientiam, quam tu, in rebus Venereis conſecuta ſum. Canus capillus ipſe, quem vides, in multis eiuſmodi rebus eſt verſatus: ſed uſque adeo rigidum & incicurabilem neminem unquam cognovi. Denique converſo ſermone ad Charicleam, (neceſſitate enim adducta, auſa eſt audiente illa talia loqui) Adhortare, inquit, filia, tu quoque, neſcio quem merito appellem, iſtum tuum fratrem. Proderit & tibi haec ipſa res: non pilo minus ab illa amaberis, maiores conſequeris honores, diteſces ad ſatietatem uſque, de coniugio tibi proſpiciet ſplendido. Haec vero & felicibus optanda ſunt, nedum peregrinis, & egeſtate in praeſentia laborantibus.

1 Μᾶλλον τᾶν Ἀφρ.) Commel. notat, legi quoque μᾶλλον τῆς Ἀφρ. ſed male, eodem monente.

2 Τὸν οὐκ οἶδ' ὅν τινα) Plenius Cod. Palat. τὸν ἀκατάδεκτον, οὐκ οἶδ' ὅν τινα.

κα΄. Ἡ δὲ Χαρίκλεια σεσηρός τι καὶ κατεσμυγμένον ὑποβλέψασα, Εὐκτὸν μὲν ἦν, ἔφη, καὶ κάλλιστον, μηδὲν τοιοῦτον ὑποστῆναι τὴν πάντα ἀρίστην Ἀρσάκην. εἰ δὲ μὴ, δευτέρα γοῦν ἐγκράτεια φέρειν τὸ πάθος. ἀλλ᾽ ἐπειδή τι πέπονθεν ἀνθρώπινον, καὶ νενίκηται, ὡς φὴς, καὶ ἥττων ἐστὶ τῆς ἐπιθυμίας, συμβουλεύσαιμ᾽ ἂν καὶ αὐτὴ Θεαγένει τούτῳ τὴν πρᾶξιν, εἰ τὸ ἀσφαλὲς αὐτῷ προσείη, μὴ ἀρνεῖσθαι, μὴ δή τι λάθοι κακὸν· αὐτός τε ἑαυτὸν κἀκείνην ἐργασόμενος, εἰ ταῦτα εἰς φῶς ἔλθοι, καὶ γνοίη ποθὲν τὸ παράνομον τῶν δεδρασμένων ὁ σατράπης. ἀνήλατο πρὸς τοὺς λόγους ἡ Κυβέλη, καὶ περιπτύξασα καὶ φιλήσασα πολλὰ τὴν Χαρίκλειαν, Εὖγε, ἔφη, ὦ τέκνον, ὅτι καὶ γυναῖκα ὁμοίαν σοι τὴν φύσιν ἠλέησας, καὶ τῆς ἀσφαλείας τἀδελφοῦ πεφρόντικας. ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα θάρσει, ὡς οὐδ᾽ ὁ ἥλιος τοῦτο δὴ, τὸ τοῦ λόγου, γνώσεται. Πέπαυσο τὸ παρὸν, ἔφη ὁ Θεα-

XXI. Chariclea vero, torve & ardenter contuita, Optandum quidem, inquit, fuerat, & pulcherrimum omni ex parte, optimam Arſacen nihil eiuſmodi pati: ſin minus, ſaltem moderate ferre affectum. Verumtamen cum quiddam humanum illi acciderit, & victa eſt, ut dicis, ſuccubuitque cupiditati, conſulerem & ipſa Theageni huic, ut rem non recuſet, ſi tuto id facere poſſit, ne & ſibi per inſcitiam, & illi, mali aliquid accerſat, ſi haec in lucem prodierint, & alicunde cognoverit hoc flagitioſum factum ſatrapa. Proſiliit ad haec dicta Cybele, & amplexa & diſſuaviata Charicleam, Recte, inquit, facis, filia, quod & mulieris natura tui ſimilis miſerta es, & ſecuritati fratris ſollicite proſpicis. Verumtamen hac de cauſa non eſt, quod labores: quod neque ſol, ut dici ſolet, id ſit cogniturus. Deſine in praeſentia, inquit

γένης, καὶ ἔνδος ἡμῖν εἰς ἐπίσκεψιν. ἐξελθούσης δὲ παραχρῆμα τῆς Κυβέλης, Ὦ Θεάγενες, ἔλεγεν ἡ Χαρίκλεια, ὁ μὲν δαίμων τοιαῦτα ἡμῖν προξενεῖ τὰ εὐτυχήματα, ἐν οἷς πλέον ἐστὶ καὶ τὸ κακῶς πράττειν τῆς δοκούσης εὐπραγίας. πλὴν ἀλλὰ συνετῶν γέ ἐστι καὶ τὰ δυστυχήματα ἐκ τῶν ἐνόντων [1] πρὸς τὸ βέλτιον διατίθεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἔχεις γνώμης καὶ τελείως δρᾶσαι τὸ ἔργον, οὐκ ἔχω λέγειν, καίτοι γε οὐκ ἂν σφόδρα διενεχθεῖσα, εἰ πάντως ἡμῖν ἐν τούτῳ τὸ σώζεσθαι καὶ μὴ περιλείπεται. εἰ δὲ εὖ ποιῶν ἄτοπον δοκιμάζεις τὸ αἰτούμενον, ἀλλὰ σύ τε πλάττου τὸ συγκατατίθεσθαι, καὶ τρέφων ἐπαγγελίαις τῆς βαρβάρου τὴν ὄρεξιν, ὑπερθέσει ὑπότεμνε τὸ πρὸς ὀξύ τι καθ' ἡμῶν βουλεύσασθαι, ἐφηδύνων ἐλπίδι καὶ καταμαλάττων ὑποσχέσει τοῦ θυμοῦ τὸ φλεγμαῖνον. εἰκός τινα καὶ

Theagenes, & concede nobis deliberandi ſpatium. Cum vero illico exiſſet Cybele: O Theagenes, exorſa eſt Chariclea, numen tales ſucceſſus nobis conciliat, in quibus plus ineſt adverſae fortunae, quam quae extrinſecus apparet felicitatis. Quod cum ita ſit, prudentium tamen eſt, etiam parum proſperos caſus, quatenus fieri poteſt, in melius convertere. An igitur habeas in animo prorſus perficere hanc rem, dicere non poſſum: quamvis non admodum repugnem, ſi omnino in hoc, ut ſervemur, aut non, momentum conſiſtit. At ſi, ut fieri debet, ac honeſtum eſt, abſurdum iudicas eſſe id, quod petitur, finge tu quidem te aſſentiri, &, alens promiſſis barbarae cupiditatem, dilatione praecide, ne praecipitanter durius aliquid in nos ſtatuat, ſpe deliniens, & molliens pollicitatione irae incendium. Conſentaneum

1 Πρὸς τὸ βέλτιον διατίθεσθαι) Palat. πρὸς τὸ βέλτιστον. Ad ſententiam Terent. Adelph. IV, 7, 23: *illud, quod forte cecidit, arte ut corrigas.*

λύσιν θεῶν βουλήσει τὸν μεταξὺ χρόνον ἀποτεκεῖν. ἀλλ᾽, ὦ Θεάγενες, ὅπως μὴ ἐκ τῆς μελέτης εἰς τὸ αἰσχρὸν τοῦ ἔργου κατολισθήσῃς. μειδιάσας οὖν ὁ Θεαγένης, Ἀλλὰ σύ γε οὐδὲ ἐν τοῖς δεινοῖς, ἔφη, τὴν γυναικῶν ἔμφυτον νόσον ζηλοτυπίαν ἐκπέφευγας. ἐμὲ δὲ ἴσθι μηδὲ πλάσασθαι τὰ τοιαῦτα δύνασθαι. ποιεῖν γὰρ τὰ αἰσχρὰ καὶ λέγειν, ὁμοίως ἀπρεπές. καὶ ἄλλως τὸ ἀπογνῶναι τὴν Ἀρσάκην, αὐτόθεν φέρει τι χαρίεν, τὸ μηκέτι διοχλεῖν ἡμῖν. εἰ δὲ πάσχειν τι δέοι, φέρειν τὰ προσπίπτοντα ἤδη με πολλάκις ἥτε τύχη καὶ ἡ γνώμη παρεσκεύασε. μὴ λάθῃς εἰς μέγα κακὸν ἡμᾶς ἐμβάλλων εἰποῦσα ἡ Χαρίκλεια, ἐσιώπησε.

κβ΄. Καὶ τούτων ἐν ταύτῃ τῇ σκέψει διαγόντων, ἡ Κυβέλη πάλιν ἀναπτερώσασα τὴν Ἀρσάκην, καὶ ὡς τὰ δεξιώτερα χρὴ προσδοκᾶν εἰποῦσα, ἐνδεδεῖχθαι γὰρ

eſt enim, aliquod remedium, Deo volente, interiectum tempus pariturum eſſe. Ceterum, Theagenes, vide, ut ne ex meditatione in turpitudinem rei delabaris. Arridens leniter Theagenes, Sed tu neque in adverſis rebus, inquit, mulieribus innatum morbum zelotypiae effugiſti. Me vero ſcito neque fingere talia poſſe. Facere enim turpia, ac dicere, aeque indecorum eſt. Et alioqui ut omnino deſperet Arſace, hoc ipſum aliquid commodi affert, videlicet ne pergat nobis amplius moleſta eſſe. Si vero pati aliquid oportuerit, ad ferenda ea, quae accidunt, ſaepius iam me & fortuna, & animi conſtitutio praeparavit. Ne te lateat, quod in magnum malum nos coniicies, cum dixiſſet Chariclea, conticuit.

XXII. His autem in harum rerum conſideratione verſantibus, Cybele, cum rurſus Arſacen in bonam ſpem ſuſtuliſſet, &, quod meliora exſpectare oporteret, dixiſ-

τι τὸν Θεαγένην τοιοῦτον, ἐπανῆλθεν εἰς τὸ αὐτῆς δωμάτιον. κἀκείνην διαλιποῦσα τὴν ἑσπέραν, καὶ πολλὰ διὰ τῆς νυκτὸς ὁμόκοιτον οὖσαν ἐξαρχῆς τὴν Χαρίκλειαν παρακαλέσασα συμπράττειν, εἰς ἕω πάλιν ἠρώτα τὸν Θεαγένην, τίνα εἴη τὰ δεδογμένα. ἀπειπόντος δὴ λαμπρῶς, καὶ παντοίως τὸ προσδοκᾶν [1] ἀποφήσαντος, σύννους ἐπὶ τὴν Ἀρσάκην ἀπέδραμεν ἡ Κυβέλη. καὶ ὡς τὸ ἀπηνὲς τὸ παρὰ Θεαγένους ἐξήγγειλε, τὴν γραῦν ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθῆναι προστάξασα, εἰσδραμοῦσά τε εἰς τὸν θάλαμον, ἔκειτο ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἑαυτὴν σπαράττουσα. καὶ ἄρτι τῆς γυναικωνίτιδος ἐκτὸς γεγονυῖαν τὴν Κυβέλην ἰδὼν ὁ υἱὸς Ἀχαιμένης κατηφῆ τε καὶ δεδακρυμένην, Μή τι ἄτοπον, μή τι πονηρὸν, ὦ μῆτερ, προσπέπτωκεν, ἠρώτα, μή τις ἀγγελία τὴν δέσποιναν ἠνίακε; μή τι δυστύχημα ἀπὸ στρατοπέδου προσήγγελται; μή τι καταπονοῦσι κατὰ

ſet, ſignificaſſe enim tale quiddam Theagenem, rediit rurſus in conclave, & intermiſſa illa veſpera, ac multis modis Charicleam, quam ſociam lecti initio habuerat, adhortata, ut illi eſſet auxilio, mane rurſus interrogabat Theagenem, quid ſtatuiſſet apud animum. Cum autem manifeſte recuſaret, ac, omnino ne quidquam eiuſmodi exſpectaret, indicaſſet, triſtis ad Arſacen recurrit Cybele. Poſtquam autem ferociam Theagenis renuntiavit, Arſace, anu in caput praecipitari iuſſa, incurrens in thalamum, iacebat in lecto ſe ipſam lacerans. Vixdum autem conclave muliebre egreſſam Cybelen conſpicatus filius Achaemenes triſtem & lacrimantem: Num quid importuni aut moleſti, mater, accidit? percontabatur. Num quod nuntium dominam excruciat? Num aliqua calamitas ex caſtris renuntiata eſt? Num hoſtes ſunt ſu-

1 Ἀποφήσαντος) Ita Vatic. Reliqui ἀποφήναντος.

τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον [1] Αἰθίοπες δεσπότην Ὀροον-δάτην; καὶ πολλὰ τοιαῦτα εἰπὼν ἠρώτα. ἡ δὲ, Ἀδο-λεσχεῖς, εἰποῦσα, ἀπέτρεχεν. ὁ δὲ, οὐδέν τι μᾶλλον ἀνίει, ἀλλὰ παρακολουθῶν, καὶ τῶν χειρῶν λαβόμε-νος, καὶ κατασπαζόμενος ἐξαγορεύειν πρὸς παῖδα τὸν ἴδιον τὰ λυποῦντα ἱκέτευε.

κγʹ. Λαβοῦσα δὴ αὐτὸν, καὶ εἴς τι μέρος τοῦ πα-ραδείσου χωρισθεῖσα, Ἄλλῳ μὲν οὐκ ἂν, ἔφη, [2] ἐξ-εῖπον τὰ ἐμαυτῆς τε καὶ δεσποίνης κακά. ἐπεὶ δὲ ἐκεί-νη τε ἐν τῷ παντὶ σαλεύει, κἀγὼ τὸν περὶ τοῦ ζῆν προσδοκῶ κίνδυνον, (οἶδα γὰρ ὡς ἡ Ἀρσάκης ἀνία καὶ μανία εἰς ἐμὲ ἀποσκήψει) λέγειν ἀναγκάζομαι, μὴ δή τινα καὶ ἐπικουρίαν τῇ γεννησάσῃ, καὶ [3] εἰς φῶς παραγαγούσῃ, καὶ τούτοισιν ἐκθρεψαμένῃ σε τοῖς μα-ζοῖς ἐπινοήσειας. ἐρᾷ τοῦ νέου τοῦ παρ᾽ ἡμῖν ἡ δέσποι-

periores in hoc bello Aethiopum domino Oroondate? & multa eiusmodi quaerebat. Illa vero, Nugaris otiose, cum dixisset, recurrit. At ille nihilo magis intermittebat, sed affectans, & manibus apprehendens, & compellans, ut exponeret suo filio ea, quae illam dolore afficerent, supplicabat.

XXIII. Accepto igitur illo a manu, in quandam partem horti secedens, Alii quidem, inquit, non exposuissem mea & dominae mala. Postquam vero illa omnino fluctuat, & ego exspecto periculum de vita, (scio enim, quod Arsaces amentia ac furor in me sit redundaturus) dicere cogor, si forte aliquam opem ei, quae te genuit, & in lucem edidit, & his enutrivit uberibus, excogitare possis. Amat adolescentem, qui est apud nos,

1 Αἰθίοπες) Bas. Αἰθιόπων· male.

2 Ἐξεῖπον τὰ ἐμαυτῆς) Palat. ἐξείπω τὰ ἐμαυτῆς.

3 Εἰς φῶς παραγαγούσῃ) Bas. παραγούσῃ. At Palat. προαγαγούσῃ, & Xyl. προσαγούσῃ.

να· καὶ ἐρᾷ οὐ φορητόν τινα οὐδὲ νενομισμένον, ἀλλ' ἀνίατον ἔρωτα, καὶ ὃν εἰς δεῦρο κατορθώσειν ἐγώ τε κἀκείνη μάτην ἠπατώμεθα. καὶ αὗται ἦσαν αἱ πολλαὶ φιλοφροσύναι καὶ ποικίλαι δεξιώσεις αἱ περὶ τοὺς ξένους. ἐπεὶ δὲ εὐήθης τὶς καὶ θρασὺς καὶ ἀπηνὴς ὢν ὁ νεανίας ἀπεῖπε τὰ πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ ἐκείνην οἶδα βιωσομένην, καὶ ἐμαυτὴν ἀναιρησομένην, [1] ὡς χλευάσασαν ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ διαψευσαμένην. ταῦτα ἐστὶν, ὦ παῖ. καὶ εἰ μὲν ἔχεις τι βοηθεῖν, σύμπραττε· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσασαν τὴν μητέρα κήδευε. καὶ ὃς, Μισθὸς δέ μοι τίς ἔσται, ἔφη, ὦ μῆτερ. οὐ γάρ μοι καιρὸς θρύπτεσθαι πρός σε, οὐδὲ ἐκ περιόδων, οὐδὲ κυκλούμενον τοῖς λόγοις τὴν βοήθειαν ἐπαγγέλλεσθαι, πρὸς οὕτως ἀγωνιῶσαν καὶ ἐγγὺς λειποψυχοῦσαν. Πᾶν ὅ, τι βούλει, ἔφη, προσδόκα, ἡ Κυβέλη. ἀρχι-

domina, non tolerando quodam, neque usitato, sed insanabili amore, & quem ego & illa nobis ex sententia eventurum esse sperantes, ludebamus operam. Hinc erant illa multa humanitatis officia, & multiplex benevolentia erga hospites. Ceterum postquam, ut stultus quidam, & ferox, & intractabilis adolescens, recusavit ea, quae nos volebamus, neque illam existimo esse victuram, & me interfectam iri intelligo. Hic est status praesentis temporis. Quod si quid habes, quo auxilieris, adsis mihi tua ope: sin minus, mortuae matri iusta exsequiarum facito. Ille autem: Praemium autem quod mihi, inquit, erit, mater? Neque enim est tempus, ut apud te me iactem, aut longis ambagibus & circuitu orationis auxilium promittam, usque adeo consternatae, & propemodum deficienti animo. Omne, quod vis, exspecta, inquit Cybele. Etenim te nunc quoque sum-

1 Ὡς χλευάσασαν — διαψευσαμένην) Suppleta haec a Commelino e Codice Palatino. Reliqui cum Bas. omittunt.

οἰνοχόον μὲν γάρ σε καὶ νῦν εἰς ἐμὴν τιμὴν πεποίηται. εἰ δέ τι μεῖζον ἀξίωμα περινοεῖς, ἀπάγγελλε. πλούτου γὰρ οὐδὲ ἀριθμὸς ἔσται ὅσον ἂν κομίσαιο, σωτὴρ τῆς ἀθλίας γενόμενος. Πάλαι ταῦτα, ἔφη, δι᾽ ὑποψίας ἔχων, ὦ μῆτερ, ἐγὼ καὶ συνεὶς, ἐσιώπων τὸ μέλλον ἀπεκδεχόμενος. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀξιώματος οὐδὲ πλούτου μεταποιοῦμαι. τὴν δὲ κόρην, τὴν ἀδελφὴν λεγομένην τοῦ Θεαγένους, εἴ μοι πρὸς γάμον ἐκδοίη, πάντα αὐτῇ τὰ κατὰ γνώμην πεπράξεται. ἐρῶ δὲ, ὦ μῆτερ, τῆς κόρης οὐχὶ μετρίως. ὥστε ἐκ τῶν ἰδίων γινώσκουσα τὸ πάθος ἡ δέσποινα, καὶ ὅσον τι καὶ οἷόν ἐστι, δικαίως ἂν καὶ αὐτὴ συμπράττοι τῷ ταὐτὰ νοσοῦντι, καὶ ἄλλως τοσοῦτον κατόρθωμα ἐπαγγελλομένῳ. Μηδὲν ἀμφίβαλλε, εἶπεν ἡ Κυβέλη. ἥτε γὰρ δέσποινα δώσει τὴν χάριν ἀνενδοιάστως εὐεργέτῃ σοὶ καὶ σωτῆρι γεγενημένῳ· καὶ ἄλλως τάχα ἂν καὶ καθ᾽

mum pocillatorem, honoris mei cauſa conſtituit. Si vero maiorem aliquam dignitatem animo complexus es, enuntia. Opum enim neque numerus erit, quas pro praemio feres, ſi ſervator miſerae exſtiteris. Iampridem haec, inquit, mater, ego ſuſpicans, & intelligens, tacebam, id quod eventurum eſſet exſpectans. Verum neque dignitatem ullam, neque opes curo: virginem vero, quae ſoror Theagenis dicitur, ſi mihi dederit in uxorem, omnia illi ex animi ſententia & belle cadent. Amo autem virginem haud moderate, mater. Quamobrem ex ſuis rationibus privatis cum cognoverit domina affectum, quantus & qualis ſit, iuſte & ipſa erit adiumento ei, qui eodem morbo laborat, atque adeo tantum ſucceſſum promittenti. Nihil dubites, inquit Cybele. Etenim domina reddet tibi gratiam, nulla mora interpoſita, cum hoc beneficio illam affeceris, & ſervator illius exſtiteris.

ἑαυτοὺς πείσαιμεν τὴν κόρην. ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος, εἰπὲ, τῆς βοηθείας; Οὐκ ἂν εἴποιμι, ἔφη, πρὶν ὅρκοις ἐμπεδωθῆναί μοι τὴν ἐπαγγελίαν παρὰ τῆς δεσποίνης. σὺ δὲ μηδὲ ἀποπειραθῇς τὴν ἀρχὴν τῆς κόρης. ὁρῶ γὰρ πως κἀκείνην ἄνω τε καὶ μέγα φρονοῦσαν· μὴ καὶ λάθῃς τὸ πρᾶγμα διαστρέψουσα. Πάντα γένησεται, εἰποῦσα, εἰσέδραμεν εἰς τὸν θάλαμον ὡς τὴν Ἀρσάκην, καὶ προσπεσοῦσα τοῖς γόνασιν, Εὔθυμος ἔσο, ἔφη. πάντα σοι θεῶν βουλήσει κατορθοῦται. τὸν παῖδα μόνον τὸν ἐμὸν Ἀχαιμένην εἰσκληθῆναι πρόσταξον. Εἰσκεκλήσθω, εἶπεν ἡ Ἀρσάκη, εἰ μή τι με πάλιν ἀπατᾶν μέλλοις.

κδ΄. Εἰσῆλθεν ὁ Ἀχαιμένης· καὶ πάντα διελθούσης τῆς πρεσβύτιδος, ἐπώμοσεν ἡ Ἀρσάκη πράξειν τὸν γάμον τῆς ἀδελφῆς Θεαγένους. ὁ δὴ Ἀχαιμένης, Δέσποινα, ἔφη, πεπαύσθω λοιπὸν Θεαγένης, δοῦλος ὢν

Quin etiam fortaſſis nos ipſi virgini privatim perſuaſerimus. Sed expone, quae ſit auxilii ratio. Non dicam, inquit, priuſquam iureiurando fuerit mihi confirmata promiſſio a domina. Tu vero nihil coneris efficere principio apud virginem. Video enim quodammodo, illam quoque magnos & excelſos animos gerere, ne forte imprudens negotium pervertas. Omnia futura cum dixiſſet, incurrit in thalamum ad Arſacen, & provoluta ad illius genua, Bono animo eſto, inquit: omnia Deo volente commode cadunt; filium tantum meum Achaemenem vocari intro iube. Accerſatur, inquit Arſace, niſi mihi rurſus verba datura es.

XXIV. Ingreſſus eſt Achaemenes, & cum omnia narraſſet anus, iuravit conceptis verbis Arſace, ſe illum compotem facturam eſſe nuptiarum ſororis Theagenis. Achaemenes tum, Quieſcat, inquit, deinceps Theagenes,

N 2

καὶ θρυπτόμενος κατὰ δεσποίνης ἰδίας.[1] καὶ, Πῶς τοῦτο λέγεις; ἐρωτώσης, ἅπαντα ἐξηγόρευεν· ὡς πολέμου νόμῳ ληφθείη καὶ γένοιτο αἰχμάλωτος ὁ Θεαγένης· ὡς Μιτράνης ἐκπέμψειεν αὐτὸν πρὸς Ὀροονδάτην, ἀναπεμφθησόμενον βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ· ὡς αὐτὸς ἵνα ἄγοι παραλαβὼν, ἀπολέσειεν, ἔφοδον Βησσαέων καὶ Θυάμιδος κατατολμησάντων· ὡς μόλις αὐτὸς διαδράσειε· καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γράμμα τὸ Μιτράνου πρὸς Ὀροονδάτην προευτρεπισμένος ἐπεδείκνυε τῇ Ἀρσάκῃ, καὶ εἰ προσδέοιτο καὶ ἑτέρων ἀποδείξεων, ἕξειν μαρτυροῦντα καὶ τὸν Θύαμιν. ἀνέπνει πρὸς ταῦτα ἡ Ἀρσάκη. καὶ οὐδὲ ὅσον μελλήσασα, πρόεισί τε τοῦ θαλάμου, καὶ εἰς τὸν οἶκον οὗ προκαθημένη χρηματίζειν εἰώθει παρελθοῦσα, ἄγεσθαι τὸν Θεαγένην ἐκέλευσεν. ἐπειδὴ ἤχθη, ἐπηρώτα, εἰ γνωρίζει τὸν Ἀχαιμένην, ἑστῶτα πλησίον ἐπιδεικνῦσα. τοῦ δὲ φήσαντος· Οὐκοῦν

cum ſit ſervus, & tamen erga ſuam dominam petulantius ſeſe gerat. Quomodo hoc dicis? cum interrogaſſet, omnia enarrabat: Quod lege belli fuiſſet captus, & captivus abductus Theagenes: quod Mitranes miſiſſet eum ad Oroondatem, mittendum deinceps regi magno: quod ipſe, inter ducendum, illum amiſiſſet infeſto adventu Beſſaenſium & Thyamis: quod ipſe vix effugiſſet: denique praeter omnia, literas Mitranis in promtu habens, oſtendebat Arſacae; &, ſi opus eſſet aliis argumentis, habiturum ſe vel Thyamim teſtem. Reſpiravit ad haec Arſace, & nihil cunctata, thalamo egreſſa eſt, & in domum, in qua pro tribunali ſedens vacare ſolebat explicandis conſtituendiſque rebus, veniens, adduci Theagenem iuſſit. Ut eſt adductus, quaerebat, an noſſet Achaemenem, proxime illum adſtantem. Hoc ve-

1 Καὶ πῶς τοῦτο λέγεις; ἐρωτώσης) Minus bene Baſ. καὶ πῶς οὕτω λέγεις, ἐρωτησάσης.

ὅτι καὶ αἰχμάλωτον ἦγέ σε παραλαβών; αὖθις ἠρώτα. συμφήσαντος καὶ τοῦτο τοῦ Θεαγένους· Δοῦλος τοίνυν [1] ἡμέτερος ὢν ἴσθι. καὶ σὺ μὲν πράξεις τὰ οἰκετῶν, τοῖς ἡμετέροις νεύμασι καὶ ἄκων ἑπόμενος. ἀδελφὴν δὲ τὴν σὴν Ἀχαιμένει τῷδε πρὸς γάμον κατεγγυῶ, τὰ πρῶτα φερομένῳ παρ' ἡμῖν, τῆς τε μητρὸς ἕνεκεν, καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς εὐνοίας· ὑπερθεμένη τοσοῦτον, ὅσον ἡμέραν προορίσαι, καὶ τὰ πρὸς τὴν εὐωχίαν λαμπρότερον εὐτρεπισθῆναι. ὁ δὲ Θεαγένης ἐβέβλητο μὲν ὡς ὑπὸ τρώσεως τῶν λόγων. ἔγνω δ' οὖν μὴ ὁμόσε χωρεῖν, ἀλλὰ καθάπερ θηρίου τὴν ὁρμὴν ἐκκλῖναι. καί, Ὦ δέσποινα, ἔλεγε, θεοῖς χάρις, ὅτι εὐγενείας τὰ πρῶτα ὄντες, ταῦτα γοῦν ὡς ἐν δυστυχήμασιν εὐπραγοῦμεν, τὸ μὴ ἄλλοις, σοὶ δὲ δουλεύειν, ἣ καὶ ἀλλοτρίους εἶναι δοκοῦντας καὶ ξένους,

ro affirmante: An vero, quod & captivum te duxit? rursus interrogabat. Confitente vero & hoc Theagene: Servus igitur noster esto, & tu quidem facies, quae supplices solent, nutibus nostris vel invitus obtemperans. Sororem vero tuam Achaemeni huic in uxorem despondeo, qui primas apud nos obtinet, cum matris causa, tum alioqui propter ipsius erga nos benevolentiam atque merita; eatenus differens, quatenus ad diem praefiniendum, & reliqua ad convivium splendidius apparandum instruenda pertinet. Theagenes autem ictus est quidem, tanquam vulnere, illis verbis: statuit tamen non contraire, sed tanquam bestiae impetum declinare. Et, O domina, dicebat, Diis sit gratia, quod, cum alioqui simus bono genere nati, in ceteris calamitatibus haec nobis bene cadunt, quod non aliis, sed tibi, servimus, quae erga eos, qui videntur esse alieni & pere-

1 Ἡμέτερος ὢν ἴσθι) Bas. ἡμέτερος ἴσθι, omisso ὢν, male.

οὕτως ἡμέρως τε καὶ φιλοφρόνως ἑώρας. ἀδελφῆς δὲ τῆς ἐμῆς ἕνεκεν, αἰχμαλώτου μὲν οὐκ οὔσης, οὐδὲ διὰ τοῦτο δούλης, αἱρουμένης δὲ θεραπεύειν καὶ κεκλῆσθαι τὸ σοὶ καθ' ἡδονὴν βουλευσαμένης, πράττε τοῦθ' ὅπερ ἂν ἔχειν ὀρθῶς δοκιμάζῃς. ἡ δὲ Ἀρσάκη, Κατατετάχθω, ἔφη, ἐν τοῖς τραπεζοκόμοις, καὶ οἰνοχοεῖν πρὸς Ἀχαιμένους ἐκδιδασκέσθω, πρὸς τὴν βασιλικὴν διακονίαν πόῤῥωθεν προεθιζόμενος.

κε'. Ἐξῄεσαν οὖν, σύννους μὲν ὁ Θεαγένης, καὶ τῶν πρακτέων εἰς ἐπίσκεψιν τὸ βλέμμα ἐπιστρέφων· ἐγγελῶν δὲ ὁ Ἀχαιμένης, καὶ τοῦ Θεαγένους καταμωκώμενος, Ὁ σοβαρὸς ἡμῖν ἀρτίως, λέγων, καὶ ὑπερήφανος, ὁ τὸν [1] αὐχένα ἄκαμπτος καὶ μόνος ἐλεύθερος, ὁ τὴν κεφαλὴν νεύειν εἰς τὸ προσκυνεῖν οὐκ ἀνεχόμενος, νῦν που τάχα κλινεῖς, ἢ καὶ κονδύλοις ὑφέξῃ ταύτην

grini, tantam humanitatem & benevolentiam declarasti. Ceterum de sorore mea, quae cum captiva non sit, proinde neque serva, parata sit tamen ad obsequia tibi praestanda, & ea, quae tibi placent, facere decreverit, statue id, quod rectum esse iudicas. Arsace autem, Collocetur, inquit, in ordine eorum, qui sunt ab obsequiis ad mensam, & pocillandi artem ab Achaemene edoceatur, ut ad regium ministerium multo ante assuefiat.

XXV. Exiverunt igitur, tristis quidem Theagenes, & vultu ad deliberationem de iis, quae agenda essent, composito; ridens vero Achaemenes, & Theagenem ludibriis excipiens: Ecce, inquiens, qui nuper fuisti insolens & fastuosus, qui erecto collo & solus liber videbaris, & caput submittere ad adorandum indignum iudicabas, qualis iam nunc factus inclinas illud: nisi forte paullo post etiam pugnis illud sis, dum institueris,

1 Αὐχένα ἄκαμπτος) Ἄκαμπτον male Cod. Taur. apud Dorv. ad Char. p. 59.

παιδαγωγούμενος. ἡ δὲ Ἀρσάκη τοὺς ἄλλους ἀποτέμψασα, πρὸς μόνην τὴν Κυβέλην, Νῦν μὲν δὴ, ἔφη, ὦ Κυβέλη, πᾶσα περιῄρηται πρόφασις, καὶ λέγε ἐλθοῦσα πρὸς τὸν ὑπερήφανον, ὡς πειθόμενος μὲν ἡμῖν καὶ τὰ κατὰ νοῦν τὸν ἡμέτερον πράττων, ἐλευθερίας τε μεθέξει, καὶ ἀφθόνως ἐν εὐπορίᾳ βιώσεται· τοῖς δὲ ἐναντίοις ἐπιμένων, ἐρωμένης τε ὑπερφρονουμένης, καὶ δεσποίνης ἅμα ἀγανακτούσης αἰσθήσεται, δουλείαν μὲν τὴν ἐσχάτην καὶ ἀτιμοτάτην ὑπηρετησόμενος, κολάσεως δὲ πᾶν εἶδος ὑποστησόμενος. ἦλθεν ἡ Κυβέλη καὶ ἀπήγγειλε τὰ παρὰ τῆς Ἀρσάκης· πολλὰ καὶ παρ' ἑαυτῆς εἰς προτροπὴν τῶν φαινομένων [1] λυσιτελεῖν προστιθεῖσα. ὁ δὴ Θεαγένης, ὀλίγον ἐπιμεῖναι παρακαλέσας, μόνος τε πρὸς τὴν Χαρίκλειαν ἰδιάσας, Οἴχεται τὰ καθ' ἡμᾶς, ἔφη, Χαρίκλεια. πᾶν (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) πεῖσμα διέῤῥηκται· πᾶσα [2] ἐλπί-

submissurus. Arsace autem, aliis ablegatis, ad solam Cybelem, Nunc, inquit, Cybele, omnis est sublata excusatio, & dic huic superbo, conveniens illum, quod, si nobis paruerit, & arbitratu nostro fecerit, libertatem consequetur, & splendide in omnium rerum copia vivet: sin autem in contraria sententia permanserit, & amasiam contemtui habitam, & dominam iratam sentiet, extremam servitutem & abiectissimam laturus, & suppliciorum omne genus passurus. Venit Cybele, renuntiavitque mandata Arsaces: multa quoque ipsa, quae videbantur conducere exhortationi, ad ea, quae proponebantur, addens. Theagenes igitur cum, ut paullulum operiretur, petiisset, solus ad Charicleam seorsim, Actum est de nostris rebus, inquit, Chariclea. Sane omnis rudens, ut dicitur, est ruptus, omnis spei ancora prorsus

1 Λυσιτελεῖν) Equidem praetulerim Bas. lectionem λυσιτελῆ.

2 Ἐλπίδος ἄγκυρα) Palat. & Xyl. πᾶσα ἐλπίδος ἄγκυρα, καὶ παντοίαν.

δος ἄγκυρα παντοίως ἀνέσπασται· καὶ οὐδὲ μετ' ὀνόματος γοῦν ἐλευθέρου δυστυχοῦμεν, ἀλλὰ δοῦλοι γεγόναμεν αὖθις, (καὶ ὅπως προσετίθει) καὶ βαρβαρικαῖς λοιπὸν ἐκκείμεθα αἰκίαις, ἢ πράττοντες τὰ δοκοῦντα τοῖς δεσποτεύουσιν, ἢ τοῖς κατακρίτοις ἐναριθμούμενοι. καὶ ταῦτα μὲν, ἔφη, φορητά. τὸ δὲ πάντων βαρύτατον, Ἀχαιμένει τῷ Κυβέλης υἱεῖ πρὸς γάμον ἐκδώσειν ἡ Ἀρσάκη σὲ κατεπηγγείλατο. καὶ τοῦτο μὲν ὅτι μὴ ἔσται, ἢ γινόμενον οὐκ ὄψομαι, δῆλον, ἕως ἂν ὁ βίος ξιφῶν τε καὶ ἀμυντηρίων εὐπορῇ. τί δὲ χρὴ πράττειν, ἢ τίνα μηχανὴν ἐπινοεῖν, ὥστε διακρούσασθαι τήν τε ἐμὴν πρὸς Ἀρσάκην, καὶ τὴν σὴν πρὸς Ἀχαιμένην ἀπευκτὴν σύνοδον; Μίαν, ἔφη πρὸς αὐτὸν ἡ Χαρίκλεια, κατανεύσας, τὴν ἑτέραν τὴν κατ' ἐμὲ διακωλύσεις. Εὐφήμησον, ἔφη. μὴ γὰρ οὕτως ἡ δαίμονος τοῦ ἡμετέρου βαρύτης ἰσχύσειεν, ὥστε με τὸν Χα-

est evulsa, neque amplius cum nomine libero in calamitatibus versamur, sed in servitutem rursus recidimus, (&, qua ratione, addebat) barbaricisque contumeliis & cruciatibus deinceps expositi sumus, vel agentes ea, quae placent his, in quorum potestate sumus, vel inter damnatos connumerati. Et haec quidem tolerabilia essent: ceterum, quod omnium gravissimum est, Achaemeni Cybeles filio te in uxorem daturam Arsace promisit. At id quidem, quod aut non fiet, aut a me non videbitur, manifestum est, quod vita gladiis & armis ad propugnandum suppeditabit. Verum quid agere oportet? aut quam excogitare machinam, qua & meus cum Arsace, & tuus cum Achaemene, detestandus congressus discuti possit? Unum, inquit ad eum Chariclea, cum comprobaris, alterum, qui ad me pertinet, impedies. Bona verba, inquit. Absit enim, ut tantopere numinis erga nos

ρικλείας ἀπείρατον, [1] ἄλλης ὁμιλίᾳ παρανόμως μιανθῆναι. ἀλλά τι δραστήριον ἐπινενοηκέναι μοὶ δοκῶ (εὑρετὶς ἄρα ἐστὶ λογισμῶν ἡ ἀνάγκη.) καὶ ἅμα πρὸς τὴν Κυβέλην μεταστὰς, Ἀπάγγελλε, εἶπε, τῇ δεσποίνῃ βούλεσθαί με μόνῃ καὶ ἰδίᾳ τῶν ἄλλων ἐντυχεῖν.

κϛʹ. Τοῦτ᾽ ἐκεῖνο νομίσασα εἶναι ἡ πρεσβῦτις, καὶ ὑποπεπτωκέναι τὸν Θεαγένην, ἀπήγγειλέ τε πρὸς τὴν Ἀρσάκην. καὶ μετὰ δεῖπνον ἄγειν τὸν νεανίαν ἀκούσασα, οὕτως ἔπραττε. καὶ ἡσυχίαν παρασχεῖν τῇ δεσποίνῃ τοὺς παρεδρεύοντας κελεύσασα, καὶ μὴ παρενοχλεῖν τοῖς περὶ τὸν θάλαμον, παρεισῆγε τὸν Θεαγένην, τῶν μὲν ἄλλων οἷα δὴ νυκτὸς ὑπὸ σκότους κατεχομένων, καὶ λαθεῖν παρεχόντων, μόνον δὲ τὸν θάλαμον λύχνου καταυγάζοντος. καὶ εἰσάγουσα, ὑπέστελλεν ἑαυτήν. ἀλλ᾽ ὁ Θεαγένης ἐπεῖχε· Παρέστω

acerbitas invalescat, ut ego Charicleae expers, alia consuetudine incesta me polluam. Sed quiddam praesentis consilii invenisse me puto: (inventrixque omnino consiliorum est necessitas.) Simul ad Cybelen secedens, Renuntia dominae, dicebat, me velle solum cum sola & absque arbitris congredi.

XXVI. Illud esse putans anus, & succubuisse Theagenem, recurrit ad Arsacen: & cum iussa esset, ut post coenam adduceret iuvenem, ita faciebat. Nam assidentibus imperans, ut quietem dominae concederent, & non tumultuarentur circa thalamum, clam introduxit Theagenem, cum reliqua omnia tanquam nocturno tempore tenebris continerentur, & occulta esse quaevis paterentur, solum autem thalamum lychnus illustraret. Cum autem introduxisset, subducebat sese. Verum Thea-

1 Ἄλλης ὁμιλίᾳ) Ἄλλης ὁμιλίας, Bas. male.

καὶ ἡ Κυβέλη τὸ παρὸν, ὦ δέσποινα, εἰπών. οἶδα ὡς τὸ πιστὸν ἔχει φυλακῆς τῶν ἀποῤῥήτων. καὶ ἅμα τῶν χειρῶν τῆς Ἀρσάκης λαβόμενος, Ὦ δέσποινα, ἔλεγεν, οὔτε πρότερον ἀπαυθαδιζόμενος πρὸς τὸ βούλημα τὸ σὸν ὑπερεθέμην τὸ κελευόμενον, ἀλλ' ὅπως ἂν ἀσφαλῶς γένοιτο πρυτανευόμενος. νῦν δὲ, ἐπειδή με καὶ δοῦλον τάχα καλῶς ποιοῦσα ἡ τύχη σὸν ἀπέφηνε, πολὺ πλέον εἰς πάντα ἕτοιμος εἴκειν. ἕν μοι μόνον παρασχέσθαι νεῦσον, καίτοι πολλὰ καὶ μεγάλα ὑποσχομένη· ἄπειπε τὸν γάμον Ἀχαιμένει τὸν Χαρικλείας. τῶν γὰρ ἄλλων σιωπωμένων, τὴν εὐγενείᾳ τῇ μεγίστῃ κομῶσαν, οἰκότριβι συνοικεῖν, ἀθέμιτον. ἢ ἐπόμνυμί σοι θεῶν τὸν κάλλιστον ἥλιον καὶ θεοὺς τοὺς ἄλλους, ὡς οὔτε ὑπείξω τῷ σῷ βουλήματι. καὶ εἰ γένοιτό τι πρὸς βίαν εἰς τὴν Χαρίκλειαν, ἐπόψει με πρό-

genes eam cohibuit: Adſit & Cybele in praeſentia, domina, dicens. Scio enim, quod ſingulari fide in aſſervandis arcanis praedita eſt: & ſimul manus Arſaces apprehendens, O domina, dicebat, neque prius eo, ut reſiſterem voluntati tuae, differebam id, quod mihi imperabatur, ſed ut ſecuritatem facto providerem. Nunc vero poſtquam me etiam ſervum tuum ſingulari quodam beneficio fortuna declaravit, longe promtior ſum ad obſequendum tibi omnibus in rebus. Unum mihi tantum te largituram annue, cum quidem multa & magna promiſeris: renuntia nuptias Charicleae Achaemeni. Nam ut alia taceam, eam, quae ſplendore maximo generis excellit, vernae cohabitare fas non eſt. Alioqui iuro tibi per Deorum pulcherrimum, Solem, & reliquos Deos, quod neque morem geram tuae voluntati, & quod prius, quam aliqua Charicleae vis allata fuerit, viſura ſis me

τερον ἐμαυτὸν [1] διαχρησάμενον. καὶ ἡ Ἀρσάκη, Μὴ ἀπίστει, ἔφη, βούλεσθαί με πάντα σοὶ χαρίζεσθαι· ἥτις καὶ ἐμαυτὴν ἕτοιμος ἐκδιδόναι. ἀλλὰ προληφθεῖσα ἐπώμοσα ἐκδώσειν Ἀχαιμένει τὴν σὴν ἀδελφήν. [2] Εὖ, ἔφη, ὦ δέσποινα. τὴν ἀδελφὴν τοίνυν ἥτις ἐστὶν, ἐκδίδου. μνηστὴν δὲ τὴν ἐμὴν καὶ νύμφην, καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ γαμετὴν, οὔτε θελήσεις [3] [ἐκδοῦναι] εὖ οἶδα, οὔτε θέλουσα ἐκδώσεις. Πῶς, ἔφη, λέγεις; ὁ δὲ, Τὰ ὄντα, ἀπεκρίνατο. οὐ γὰρ ἀδελφὴν ἔχω τὴν Χαρίκλειαν, ἀλλὰ νύμφην ὥσπερ ἔλεγον· ὡς λελῦσθαι μέν σοι τὸν ὅρκον. ἐξεῖναι δὲ, εἰ βούλοιο, καὶ ἄλλην ἔχειν ἀπόδειξιν, τοὺς γάμους ὅταν κρίνῃς ἐμοῦ τε κἀκείνης εὐωχοῦσα. ὑπεκνίσθη μὲν, νύμφην οὐκ ἀδελφὴν εἶναι τὴν Χαρίκλειαν οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας ἀκούσασα· πλὴν

mihi ipſi mortem conſciviſſe. Arſace autem, Haud aliter exiſtimes, inquit, quam me velle tibi omnibus in rebus gratificari, ut quae parata ſim vel me ipſam tibi tradere. Sed anticipata iuravi, me elocaturam Achaemeni ſororem tuam. Bene ſe res habet, inquit, domina. Sororem igitur meam, quaecunque eſt, elocato: ceterum eam, quam ego ambio, & ſponſam meam, denique quid aliud, quam uxorem, quod neque voles elocare, ſatis ſcio; neque, ſi velis elocare, poteris. Quomodo, inquit, dicis? At ille, Rem ipſam, reſpondit. Neque enim ſororem habeo Charicleam, ſed ſponſam, ut dicebam. Quamobrem iureiurando ſoluta es. Licet vero tibi, ſi volueris, & aliud habere argumentum, cum convivium nuptiale mihi & illi, quandocunque tibi viſum fuerit, inſtruxeris. Pupugit illam ſane, cum ſponſam eſſe Charicleam, non ſororem, haud ſine zelotypia audiviſſet.

1 Διαχρησάμενον) Cod. Taurin. διαχειρησάμενον, aeque recte.

2 Εὖ, ἔφη, ὦ δέσποινα) Palat. εὖ ἂν ἔχοι, ὦ δέσποινα.

3 Ἐκδοῦναι) Abeſt h. v. a Palat. & ſatis commode abeſſe poteſt.

ἀλλ', Ἔσται οὕτως, εἶπεν ἡ Ἀρσάκη· καὶ Ἀχαιμένην ἡμεῖς ἑτέρῳ γάμῳ παραμυθησόμεθα. ἔσται καὶ παρ' ἐμοῦ, φησὶ, πρός σε, ὁ Θεαγένης, τούτων διακριθέντων· καὶ ἅμα προσῄει ὡς τὰς χεῖρας φιλήσων. ἡ δὲ προκύψασα, καὶ τὸ στόμα ἀντὶ τῶν χειρῶν προβαλοῦσα ἐφίλησε. καὶ ἐξῆλθεν ὁ Θεαγένης φιληθεὶς, οὐ μὴν αὐτός γε φιλήσας. καὶ τῇ Χαρικλείᾳ, καιροῦ λαβόμενος, ἅπαντα ἐξεῖπεν· (οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας οὐδὲ ἐκείνης ἔνια μανθανούσης) [1] καὶ τὸν ἄτοπον τῆς ἐπαγγελίας σκοπὸν προσέθηκεν, καὶ ὡς πολλὰ δι' ἑνὸς ἀνύοιτο. Ἀχαιμένει γὰρ διασεσόβηται ὁ γάμος, καὶ τῇ κατ' Ἀρσάκην ἐπιθυμίᾳ, πρόφασις τὸ παρὸν ὑπερθέσεως ἐπινενόηται. καὶ τὸ δὴ κεφάλαιον, ὡς εἰκὸς, τὸν Ἀχαιμένην ἅπαντα ταραχῆς ἐμπλήσειν, ἀνιώμενον μὲν ἐφ' οἷς ἀποτυγχάνει προσδοκήσας, ἀγανακτοῦντα δὲ ἐφ' οἷς ἠλάττωται παρὰ τῇ Ἀρσάκῃ διὰ

Verumtamen, Fiat, ut poſtulas, dixit Arſace. Nos autem Achaemenem aliis nuptiis conſolabimur. Praeſtabitur & tibi a nobis, inquit Theagenes, poſtquam haec irrita ſunt facta. Et ſimul accedebat tanquam manus oſculaturus. Illa vero inclinans ſeſe, & os pro manibus obiiciens, eum oſculata eſt. Et exiit Theagenes, oſculum referens, non viciſſim ipſe oſculatus: & Charicleae, nactus occaſionem, omnia expoſuit, (non ſine zelotypia quoque ipſa quaedam cognoſcente) & inuſitatum promiſſionis ſcopum addidit, & quod multa per unum ſint confecta: Achaemenis diſturbatae nuptiae: cupiditati Arſaces, praetextus dilationis in praeſentia excogitatus: denique, quod caput eſt omnium, effectum, ut Achaemenes omnia tumultu impleat, aegre ferens, quod iis, quae exſpectabat, fruſtretur, & indignans, quod a me ſuperetur apud

1 Καὶ τὸν ἄτοπον τῆς ἐπαγγελίας) Palat. καὶ τῶν ἀτόπων τῆς ἐπαγγελίας τὸν σκοπόν. Mox προυνοησάμεν ed. Baſ.

τὴν εἰς ἐμὲ χάριν. οὐ γὰρ δὴ λήσεται αὐτὸν οὐδὲν, τῆς μητρὸς ἐξαγορευούσης, ἣν ἐπίτηδες παρεῖναι τοῖς λεγομένοις προὐνόησα, μηνυθῆναί τε ταῦτα τῷ Ἀχαιμένει βουλόμενος, καὶ μάρτυρα τῆς ἄχρι λόγων πρὸς τὴν Ἀρσάκην ὁμιλίας ποιούμενος. ἀρκεῖ μὲν γὰρ ἴσως καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῷ [1] συνειδότα φαῦλον, εὐμενείᾳ τῇ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐπελπίζειν· καλὸν δὲ καὶ ἀνθρώπων τοὺς συνόντας πείθοντα, σὺν παῤῥησίᾳ τὸν ἐπίκαιρον τοῦτον βίον διάγειν. προσετίθει δὲ κἀκεῖνα, ὡς σφόδρα χρὴ προσδοκᾷν καὶ ἐπιβουλεύσειν τῇ Ἀρσάκῃ τὸν Ἀχαιμένην, ἄνδρα δοῦλον μὲν τὴν τύχην, (ἀντίθετον γὰρ ὡς ἐπίπαν τῷ κρατοῦντι τὸ κρατούμενον) ἀδικούμενον δὲ καὶ εἰς ὅρκους ἀθετούμενον, ὁρῶντα δὲ καὶ ἄλλους ἑαυτοῦ προτετιμῆσθαι πειθόμενον, συνειδότα δὲ τὰ

Arſacem gratia. Neque enim quidquam clam illo futurum eſſe, matre illi omnia expoſitura, quae ut adeſſet praeſens iis, quae dicebantur, ex induſtria provideram, cum volens haec Achaemeni indicari, tum teſtem illam conſuetudinis eiuſcemodi, quae verbis tantum conſtaret, faciens. Quamvis enim ſufficit fortaſſe, nullius ſceleris ſibi conſcium, benevolentia numinis confidere: tamen honeſtum eſt, id ipſum de ſe hominibus, cum quibus verſaris, perſuadentem, tranquille vitam hanc, quae ad tempus tantum durat, tranſigere. Addebat & illa, prorſus eſſe exſpectandum, etiam inſidias facturum eſſe Arſacae Achaemenem, virum conditione ſervum, (oppoſitum autem eſt propemodum in univerſum id, quod ſubiectum eſt, ei, qui imperium in illud obtinet) iniuria praeterea affectum, & iureiurando fraudatum, videntem quoque, alios ſibi honore praelatos eſſe, & con-

1 Συνειδότα) Minus bene Baſ. συνειδέναι. Sic ſtatim, πείθοντα --- διάγειν.

πάντων αἴσχιστα καὶ παρανομώτατα, καὶ οὐδὲν εἰς τὴν ἐπιβουλὴν πλάσασθαι δεόμενον, οἷα δὴ πολλοὶ πολλάκις ἀνιαθέντες ἐτόλμησαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἔχοντα πρόχειρον τὴν ἄμυναν.

κζ΄. Τοιαῦτα πολλὰ διελθὼν πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, καὶ τὰ μέτρια θαρσεῖν [1] παρασκευάσας, εἰς τὴν ἑξῆς ὑπηρετησόμενος ταῖς τραπέζαις, ὑπὸ τοῦ Ἀχαιμένους ἤγετο· προστεταγμένον τοῦτο παρὰ τῆς Ἀρσάκης, καὶ ἐσθῆτα τῶν πολυτελῶν Περσικὴν ἀποστειλάσης, ταύτην τε μετημφιέννυτο, καὶ στρεπτοῖς τε χρυσοῖς καὶ περιαυχενίοις λιθοκόλλοις ἑκών τε τὸ μέρος καὶ ἄκων ἐκοσμεῖτο. καὶ τοῦ Ἀχαιμένους ὑποδεικνῦναί τι καὶ ἀφηγεῖσθαι τῶν οἰνοχοϊκῶν πειρωμένου, προσδραμὼν ὁ Θεαγένης ἑνὶ τῶν κυλικοφόρων τριπόδων, καὶ φιάλην τῶν πολυτίμων ἀνελόμενος, Οὐδὲν, ἔφη, δέομαι διδασκάλων, ἀλλ᾽ αὐτοδίδακτος ὑπουργή-

ſcium omnium flagitiorum ac ſcelerum, & cui nihil ad inſidias faciendas comminiſci ſit opus, quod ſaepius multi exacerbati ſunt auſi, ſed ex veris liceat habere expeditam ultionis rationem.

XXVII. Talia multa cum narraſſet Charicleae, &, ut mediocria ſperaret, adhortatus eſſet, poſtridie ducebatur ab Achaemene, miniſtraturus ad menſam: nam hoc ab Arſace imperatum fuerat: & veſte pretioſa, quam miſerat, induebatur, & aureis torquibus, & monilibus gemmis diſtinctis, partim volens, partim & invitus, ornabatur. Et cum Achaemenes praemonſtrare illi & exponere artem pocillandi inciperet, accurrens Theagenes ad unum tripodem, in quo pocula diſpoſita fuerant, & phialam tollens pretioſam, Nihil, inquit, magiſtris indigeo, ſed ipſe meo Marte miniſtrabo dominae, in tam

1. Παρασκευάσας) Baſ. παρακελεύσας. Alterum noſtro ſollemnius.

σω τῇ δεσποίνῃ, τὰ οὕτω ῥᾶστα μὴ θρυπτόμενος. σὲ μὲν γάρ, ὦ βέλτιστε, ἡ τύχη εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καταναγκάζει, ἐμὲ δὲ καὶ ἡ Φύσις τὰ πρακτέα καὶ ὁ καιρὸς ὑπαγορεύει. καὶ ἅμα προσέφερε τῇ Ἀρσάκῃ προσηνὲς κερασάμενος, εὔρυθμόν τέ τι, καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐποχῶν τὴν Φιάλην. ἐκείνην μὲν οὖν πλέον ἢ πρότερον τὸ πότον ἐξεβάκχευσεν, ἐπιῤῥοφοῦσάν τε ἅμα καὶ ἀκλινῶς εἰς τὸν Θεαγένην ἀτενίζουσαν, καὶ τοῦ ἔρωτος πλέον ἢ τοῦ κράματος ἕλκουσαν, καὶ τὴν Φιάλην ἐπίτηδες οὐκ ἐκπίνουσαν, ἀλλὰ σὺν τέχνῃ καὶ διὰ μικροῦ τοῦ λειψάνου τῷ Θεαγένει προπίνουσαν. ἀντιτέτρωτο δὲ ἐκ θατέρων ὁ Ἀχαιμένης, καὶ ὀργῆς ἅμα καὶ ζηλοτυπίας ἐμπλησθεὶς, ὡς μηδὲ λανθάνειν τὴν Ἀρσάκην, ὑποβλέψαντά τε, [1] καί τι πρὸς τοὺς παρόντας ἠρέμα διαγογγύσαντα. ἤδη δὲ διαλυομένου τοῦ συμποσίου, Πρώτην αἰτῶ χάριν, ὦ δέσποινα, ἔφη

facilibus rebus nugas has reiiciens. Te enim, optime, fortunae ratio talia ſcire cogit: mihi vero & natura, & tempus, ea, quae ſint facienda, ſuggerit. Et ſimul infundens leviter, afferebat Arſacae, concinno quodam & apto gradu, extremis digitis ſublatam tenens phialam. Et hanc quidem magis, quam antea, illa potio concitavit, ſorbentem ſimul, & defixis oculis Theagenem intuentem, & amoris plus, quam vini, haurientem, ac phialam dedita opera non ebibentem, ſed arte, parviſque reliquiis Theageni propinantem. Vulnus accepit viciſſim altera ex parte Achaemenes, ira ſimul ac aemulatione impletus, ut neque Arſacen id latuerit, cum torvis oculis adſpexiſſet, & iis, qui aderant praeſentes, quiddam ſubmiſſe inſuſurraſſet. Cum autem convivium diſſolveretur, Primum a te peto beneficium, o domina,

1 Καί τι πρὸς τοὺς παρόντας) Cod. Taur. καί τι καὶ πρὸς τοὺς παρόντας, apud Dorvill. ad Char. p. 506.

ὁ Θεαγένης, ὑπηρετοῦντά με μόνον ἀμφιέννυσθαι ταύτῃ τῇ στολῇ κέλευσον. ὡς δὲ ἐπένευσεν ἡ Ἀρσάκη, τὰ συνήθη μεταμφιασάμενος ἐξῄει. συνεξῄει δὲ καὶ ὁ Ἀχαιμένης, πολλὰ τῆς προπετείας τὸν Θεαγένην ὀνειδίζων, καὶ ὡς μειρακιῶδες εἴη τὸ πρόχειρον, καὶ ὡς τὴν μὲν πρώτην ἡ δέσποινα τὸν ξένον καὶ ἄπειρον ὑπερεῖδεν, [1] εἰ δὲ ἐπιμένοις βλακευόμενος, οὐ χαρίσῃ· καὶ ὅτι φίλος ὢν ταῦτα συμβουλεύοι, μᾶλλον δὲ ὀλίγον ὕστερον καὶ εἰς γένος συναφθησόμενος, καὶ ἀδελφῆς τῆς ἐκείνου καθ' ὑπόσχεσιν τῆς δεσποίνης ἀνὴρ ἐσόμενος. καὶ πολλὰ τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνος ἔλεγεν. ὁ δὲ, οὐδὲ ἀκούοντι προσεοικὼς, κάτω νεύσας, ἀντιπαρῄει, μέχρις οὗ συνέβαλεν αὐτοῖς ἡ Κυβέλη, κατευνάσαι τὴν δέσποιναν τὸ μεσημβρινὸν ἐπειγομένη. καὶ ἰδοῦσα σκυθρωπὸν τὸν υἱὸν, ἠρώτα τὴν αἰτίαν. ὁ δὲ, Τὸ ξένον μειράκιον, ἔφη,

inquit Theagenes, inter miniſtrandum tantum me uti hac ſtola iube. Poſtquam annuit Arſace, conſuetum habitum recipiens exivit. Exibat una & Achaemenes, multis modis petulantiam Theageni, ut probrum, obiiciens, & quod puerilis eſſet eiuſmodi temeritas, quodque initio domina tanquam in peregrino & ignaro ad factum connixerit. Ceterum ſi perrexeris eſſe ita contumax, haudquaquam gratificaberis, inquiens: & quod ut amicus conſuleret, ac paullo poſt affinitatis vinculo iungendus, & ſororis illius iuxta pollicitationem dominae maritus futurus. Et talia multa hic dicebat. Ille autem ne audienti quidem ſimilis, humi defixos oculos tenens, praeteribat: uſque dum forte Cybele ſupervenit, deducere cubitum dominam tempore meridiano accelerans. Et triſtem filium conſpicata, quaerebat cauſam. Ille autem, Peregrinus hic adoleſcentulus, inquit, praelatus

1 Εἰ δὲ ἐπιμένοις) Ita Vatic. At Palat. ἐπιμένοι, Xyland. ἐπιμένει, Baſil. ἐπιμένεις. Mox συμβουλεύοι Xyland.

προτετίμηται ἡμῶν, καὶ χθὲς καὶ τήμερον παρεισδεδυκὼς, οἰνοχοεῖν ἐπιτέτραπται, [1] [καὶ] τοῖς ἀρχιτρικλίνοις ἡμῖν καὶ οἰνοχόοις πολλὰ χαίρειν φράσαν, ὀρέγει φιάλην, καὶ παρίσταται πλησίον βασιλικοῦ σώματος, τὸ μέχρις ὀνόματος ἀξίωμα ἡμῶν παραγκωνισάμενος. καὶ τὸ μὲν τοῦτον τιμᾶσθαι μετέχοντα καὶ τῶν μειζόνων καὶ κοινωνοῦντα καὶ τῶν ἀποῤῥητοτέρων, διότι καὶ κακῶς ποιοῦντες ἡμεῖς σιωπῶμεν καὶ συμπράττομεν, ἧττόν ἐστι δεινὸν, καίπερ ὂν δεινόν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο γ᾽ ἐξῆν, ἄνευ ὕβρεως τῆς εἰς ἡμᾶς τοὺς ὑπουργοὺς καὶ συνεργοὺς τῶν καλῶν πράξεων τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι.

κη΄. Καὶ περὶ μὲν τούτων δεύτερος λόγος. τὸ δὲ παρὸν, ὦ μῆτερ, τὴν μνηστὴν ἐβουλόμην τὴν τὰ πάντα ἐμοὶ γλυκυτάτην Χαρίκλειαν ἰδεῖν, εἴπως τὸ δεδηγμένον τῆς ψυχῆς, τῇ θέᾳ τῇ ἐκείνης διαιτῆσαι δυνηθείην.

eſt nobis, & heri & hodie, obrepens quadam elegantiae ſpecie, iuſſus eſt eſſe a poculis, & nobis architriclinis & pocillatoribus valedicens porrigit phialam, & aſſiſtit proxime regium corpus, dignitate noſtra, quae verbo tenus tantum iam eſt dignitas, contemta. Et quod hic quidem honoretur, & adipiſcatur etiam maiora, & particeps ſit vel magis arcanorum, quia nos ipſi perverſa quadam ratione tacemus, & adiuvamus, minus acerbum eſt. Ceterum illud utique licuiſſet, ſine contumelia erga nos miniſtros, & ſocios honeſtarum actionum, talia fieri.

XXVIII. Ac de his quidem aliud erit ſermonis tempus. In praeſentia vero, mater, ſponſam mihi ſuaviſſimam Charicleam videre vellem, ſi quo modo morſum hunc animi illius adſpectu ſanare poſſim. Et Cybele:

1 Καὶ τοῖς ἀρχιτρικλίνοις ἡμῖν καὶ οἰνοχόοις) Καὶ abeſt a Commelini libris, qui iidem habent καὶ ἀρχιοινοχόοις.

καὶ ἡ Κυβέλη, Ποίαν μνηστὴν, ὦ τέκνον; ἔοικάς μοι τὰ σμικρότατα τῶν κατὰ σαυτὸν ἀγανακτεῖν, τὰ μείζονα δὲ ἀγνοῶν λανθάνειν. οὐκ ἔτι λαμβάνεις πρὸς γάμον τὴν Χαρίκλειαν. Τί, ἔφη, λέγεις, ἀναβοήσας· οὐκ εἰμὶ ἄξιος γαμεῖν ὁμόδουλον ἑαυτοῦ; διὰ τί, ὦ μῆτερ; Δι' ἡμᾶς, ἔφη, καὶ τὴν ἡμετέραν παράνομον περὶ Ἀρσάκην εὔνοιάν τε καὶ πίστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνην καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας προτιμήσαντες, καὶ τὴν ἐκείνης ἐπιθυμίαν καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐπίπροσθεν ἄγοντες, ἅπαντα καθ' ἡδονὴν συνεπράξαμεν, ἅπαξ που παρεισελθὼν εἰς τὸν θάλαμον ὁ γεννάδας οὗτος καὶ λαμπρὸς ἐρώμενος, [1] καὶ μόνον ὀφθεὶς, ἀναπέπεικε παραβῆναι μὲν τοὺς πρός σε γεγενημένους ὅρκους, αὐτῷ δὲ κατεγγυᾷν τὴν Χαρίκλειαν, οὐκ ἀδελφὴν, ἀλλὰ μνηστὴν εἶναι διατεινόμενος. Καὶ ἐπήγγελται ταῦτα ἐκείνη, ὦ μῆτερ; Ἐπήγγελται, παιδίον, ἀπε-

Qualem ſponſam, fili? Videris mihi ob minimas moleſtias indignari, porro maiores offenſas ignorare. Iam non accipies in uxorem Charicleam. Quid dicis? inquit exclamans. An non ſum dignus, ut ducam conſervam meam? Quamobrem, mater? Propter nos, inquit, & noſtram illegitimam erga Arſacen benevolentiam & fidem. Poſtquam enim illam praeferentes noſtrae ſecuritati, & illius cupiditati magis, quam noſtrae ſaluti, conſulentes, omnia illius arbitratu perfecimus, ſemel ingreſſus in thalamum generoſus hic & praeclarus amaſius, & tantum conſpectus, perſuaſit, ut violaret tibi factum iusiurandum, & ut ſibi Chariclea deſponderetur, non ſororem, ſed ſponſam ſuam eſſe, aſſeverans. Promiſit igitur haec illa, o mater? Pro-

1 Καὶ μόνον ὀφθεὶς) Καὶ μόνος ὀφθεὶς, Codd. Palat. Xyland. & Taur. teſte Dorvill. ad Char. p. 58.

κρίνατο ἡ Κυβέλη, παρούσης ἐμοῦ καὶ ἀκουούσης· καὶ τοὺς γάμους τε αὐτῶν ἑστιάσει λαμπρῶς ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις. σοὶ δὲ ἄλλη συνοικεῖν εἶναι ἀντὶ ταύτης ἐπηγγέλλετο. βαρὺ δή τι πρὸς ταῦτα ἀνοιμώξας ὁ Ἀχαιμένης, καὶ τὼ χεῖρε διατρίψας, Ἐγὼ, ἔφη, πικρογάμους θήσω σύμπαντας· μόνον μοὶ σύμπραττε τὴν εἰς χρόνον σύμμετρον τῶν γάμων ὑπέρθεσιν. καὶ εἴ τις ἐπιζητοίη, κακοῦσθαί με κατ' ἀγρόν που συμπεσόντα ἀπάγγελλε. μνηστὴν ὁ γεννάδας ὀνομάζει τὴν ἀδελφὴν, ὥσπερ οὐ συνιέντων ἐπὶ διακρούσει μόνῃ τῇ ἐμῇ ταῦτα πράττεσθαι. εἰ γὰρ περιβάλλοι, εἰ γὰρ φιλοίη καθάπερ δὴ καὶ νῦν, εἰ καὶ συγκαθεύδοι, καθαρός τις ἔλεγχος ὅτι μὴ ἀδελφὴ, μνηστὴ δὲ ἐστίν. ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ ὅρκοις καὶ θεοῖς τοῖς παραβαθεῖσι.

κθ'. Ταῦτα εἶπε, καὶ ὑπ' ὀργῆς ἅμα καὶ ζηλο-

misit, fili, respondit Cybele, praesente me, & audiente, & nuptias illorum splendido apparatu celebrabit paucis post diebus. Tibi vero aliam se in matrimonium daturam promisit. Vehementius ad haec ingemiscens Achaemenes, & complosis manibus, Ego, inquit, acerbas omnibus reddam nuptias: tantum me adiuva in nuptiarum ad tempus conveniens dilatione. Et si quis inquisierit, graviter me affectum decumbere in agro renuntia. Sponsam generosus nominat sororem, tanquam intelligi non possit, haec tantum ad discussionem eorum, quae mihi sunt promissa, fieri. Quasi vero, etiamsi amplectatur, etiamsi osculetur, sicuti nunc facit, denique etiamsi una dormiat, manifestum sit indicium, quod non soror, sed sponsa est. Mihi haec erunt curae, & iuriiurando ac Diis, quorum est religio violata.

XXIX. Haec dixit, & ira simul ac zelotypia, amo-

τυπίας καὶ ἔρωτος καὶ ἀποτυχίας οἰστρηθεὶς, (ἱκανῶν καὶ ἄλλον τινα διαταράξαι πραγμάτων, μήτοι γε δὴ βάρβαρον) τὴν προσπεσοῦσαν ἔννοιαν οὐκ ἐπὶ λογισμῷ διακρίνας, ἐκ δὲ τῆς πρώτης ὁρμῆς κρατύνας, ἑσπέρας ἐπελθούσης, ἵππον τε Ἀρμένιον, τῶν εἰς πομπὰς καὶ πανηγύρεις τῷ σατράπῃ φατνιζομένων, ὑφελέσθαι δυνηθεὶς, ἀφιππάσατο ὡς τὸν Ὀροονδάτην κατὰ Θήβας τότε τὰς μεγάλας τὴν ἐπ᾽ Αἰθίοπας συγκροτοῦντα στρατείαν, καὶ πᾶν εἶδος πολέμου, καὶ χεῖρα παντοίαν ἀθροίζοντα, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἔξοδον ἤδη συσκευαζόμενον.

reque & frustratione percitus, (quae res alioqui & ad alium, nedum ad hominem barbarum perturbandum sufficerent) cogitationem, quae inciderat, non expendens ratione, sed primo impetu approbans, equum Armenium, qui satrapae ad pompas & panegyres alebatur, cum illum clam subducere posset, conscendit, ad Oroondatem iter tendens, tum Thebis magnis contra Aethiopem exercitum colligentem, & omne genus belli & varias copias congregantem, atque exitum contra illum iam adornantem.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ

ΛΟΓΟΣ Η.

Ὁ ΓΑΡ δὴ βασιλεὺς Αἰθιόπων ἀπάτῃ περιεληλυθὼς τὸν Ὀροονδάτην, καὶ θατέρου τῶν ἐπάθλων τοῦ πολέμου γεγονὼς ἐγκρατὴς, καὶ τὴν πόλιν ἐπίμαχον τὰς Φίλας ἀεὶ τυγχάνουσαν ἐκ προλήψεως ὑφ' αὑτῷ πεποιημένος, εἰς πᾶσαν ἀμηχανίαν, ὥστε καὶ κατηπειγμένως ποιεῖσθαι τὴν ἐκστράτειαν, καὶ αὐτοσχέδιον τὰ πολλὰ, κατηνάγκαζεν. ἡ γὰρ πόλις αἱ Φίλαι, κεῖ-

HELIODORI AETHIOPICORUM

LIBER OCTAVUS.

Rex enim Aethiopum, cum fraude circumveniſſet Oroondatem, & altero belli praemio potitus eſſet, ac Philas urbem, ſemper expugnatu facilem, anticipatione ſibi ſubieciſſet, ad ſummam rerum penuriam eum, adeo ut raptim ac tumultuarie magna ex parte expeditionem ſuſciperet, redigebat. Urbs enim Philae ſita eſt ad Ni-

ται μὲν ἐπὶ τῷ Νείλῳ, τῶν ἐλαττόνων καταῤῥακτῶν ἀνωτέρω μικρόν· Συήνης δὲ καὶ Ἐλεφαντίνης, ἑκατόν που τοῖς μεταξὺ σταδίοις διείργεται. ταύτην ποτὲ Φυγάδες Αἰγύπτιοι καταλαβόντες καὶ ἐνοικήσαντες, ἀμφίβολον Αἰθίοψί τε καὶ Αἰγυπτίοις κατέστησαν· τῶν μὲν, τοῖς καταῤῥάκταις τὴν Αἰθιοπίαν ὁριζομένων· Αἰγυπτίων δὲ καὶ τὰς Φίλας, κατὰ τὴν προενοίκησιν τῶν παρ' ἑαυτοῖς Φυγάδων, ὡς ἂν δορυαλώτους ἑαυτοὺς προσνέμειν ἀξιούντων. συνεχῶς δὴ μεταπιπτούσης τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἀεὶ προλαβόντων καὶ ἐπικρατούντων γινομένης, τότε δὲ ὑπὸ Φρουρᾶς Αἰγυπτίων τε καὶ Περσῶν κατεχομένης, ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς πρεσβείαν ὡς τὸν Ὀροονδάτην στείλας, [1] ἐξῄτει μὲν καὶ τὰς Φίλας, ἐξῄτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδεια μέταλλα· καὶ πάλαι περὶ τούτων ὡς εἴρηται διακηρυκευσάμενος καὶ οὐ τυχὼν, ὀλίγαις τε προφθῆναι τοὺς

lum, paullulum ſupra minores cataractas: a Syene vero & Elephantina centum ſtadiis circiter diſtat. Hanc aliquando exſules Aegyptii cum occupaſſent & incoluiſſent, ut de illa inter Aethiopes & Aegyptios ambigeretur, effecerunt: illis quidem, Aethiopiam cataractis terminantibus; Aegyptiis vero etiam Philas, quod eas exſules illorum incoluiſſent, tanquam bello partas ſibi vindicare volentibus. Cumque continue tranſiret ab aliis in aliorum ditionem urbs, & eorum, qui antevertiſſent ac deviciſſent, eſſet, tunc vero praeſidio Aegyptiorum & Perſarum detineretur; Aethiopum rex, in legatione ad Oroondatem, repoſcebat Philas, repoſcebat & ſmaragdi fodinas. Et cum iampridem haec denuntiaſſet, ut dictum eſt, & non obtinuiſſet, quod poſtulabat, paucis

1 Ἐξῄτει μὲν) Hic pro ἐζήτει legerim cum Palat. ἐξῄτει. *Commel.* Recte Commelinus pro vulgato ἐζήτει legendum eſſe vidit ἐξῄτει· quod & nos, re ipſa iubente, recepimus.

πρεσβευτὰς ἡμέραις ἐπιτρέψας, ἐφείπετο, πάλαι προπαρασκευασάμενος δῆθεν, ὡς ἐπ' ἄλλον τινὰ πόλεμον, καὶ οὐδενὶ τὴν ὁρμὴν τῆς στρατείας φράσας. κἀπειδὴ τὰς Φίλας ὑπερβεβηκέναι τοὺς πρεσβευτὰς εἴκαζεν, ὀλιγωρίαν τοῖς τε ἐνοικοῦσι [1] καὶ φρουροῖς ἐμποιήσαντας, καὶ ὡς ὑπὲρ εἰρήνης ἢ καὶ φιλίας πρεσβεύοιεν ἀπαγγείλαντας, αὐτὸς αἰφνίδιον ἐπιστὰς τήν τε φρουρὰν ἐξήλασε, δύο μέν που καὶ τριῶν ἡμερῶν [2] ἀντισχοῦσαν, πλήθει δὲ τῶν ἐναντίων καὶ μηχαναῖς τειχομάχοις ἐνδοῦσαν· καὶ τὴν πόλιν κατέσχεν, οὐδενὶ τῶν ἐνοικούντων λυμηνάμενος. διὰ ταῦτα δὴ τεταραγμένον καταλαβὼν τὸν Ὀροονδάτην ὁ Ἀχαιμένης, [3] καὶ ἅπαντα πεπυσμένον παρὰ τῶν διαδράντων, ἔτι πλέον ἐξετάραξεν ἀπροσδόκητός τε καὶ ἀπρόσκλητος ὀφθείς. καὶ,

diebus praecedere legatis iuſſis, ipſe ſubſequebatur, cum antea omni apparatu ſe inſtruxiſſet tanquam ad aliud quoddam bellum, & nemini, quo verſurus eſſet molem belli, indicaſſet. Poſtquam autem Philas ſuperaſſe legatos coniectabatur, qui negligentia & ſecuritate incolas implebant, &, tanquam pacis cauſa & amicitiae legatione fungerentur, nuntiabant: ipſe ſubito adveniens, & praeſidium eiecit, quod ultra biduum triduumve multitudinem hoſtium & machinas, quibus muri oppugnantur, ſuſtinere non poterat; & urbem tenuit, nemini ex incolis ullo damno illato. Propter haec perturbatum deprehendens Achaemenes Oroondatem, & de omnibus ab his, qui effugerant, edoctum, adhuc magis perturbavit, cum inopinato & non advocatus adeſſet. Extem-

1 Καὶ φρουροῖς) Baſ. καὶ φρουραῖς, non omnino male.
2 Ἀντισχοῦσαν) Deeſt h. v. in Baſ. ſuppletum a Commel. e Codd.
3 Καὶ ἅπαντα πεπυσμένον) Lectionem hanc unice veram ſuppeditavit Cod. Taurin. apud Dorv. ad Char. p. 634. Reliqui libri, πεπεισμένον.

μή τι δεινὸν περὶ τὴν Ἀρσάκην ἢ τὸν ἄλλον οἶκον γένοι, πυνθανομένῳ, γεγονέναι μὲν ὁ Ἀχαιμένης, ἰδίᾳ δὲ φράζειν βούλεσθαι ἀπεκρίνατο. κἀπειδὴ τῶν ἄλλων ἐχωρίσθησαν, ἅπαντα κατεμήνυεν· ὡς ὑπὸ Μιτράνου ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὁ Θεαγένης, ἀπέσταλτο πρὸς Ὀροονδάτην, δῶρον, εἰ δόξειεν, ὡς βασιλέα τὸν μέγαν ἀναπεμφθησόμενος· [1] (καὶ γὰρ εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου, τῆς βασιλείας αὐλῆς καὶ τραπέζης ἐπάξιον·) ὡς ὑπὸ Βησσαέων ἀφαιρεθείη, προσανελόντων καὶ τὸν Μιτράνην· ὡς ἀφίκοιτο μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Μέμφιν· [2] παρενείρων ἅμα καὶ τὰ κατὰ τὸν Θύαμιν· καὶ τέλος, τὸν ἐπὶ τῷ Θεαγένει τῆς Ἀρσάκης ἔρωτα, καὶ τὸν εἰς τὰ βασίλεια τοῦ Θεαγένους εἰσοικισμὸν, καὶ τὰς περὶ αὐτὸν φιλοφρονήσεις, καὶ τὰς ἐκείνου διακονίας τε καὶ οἰνοχοΐας· καὶ ὡς πέπρακται μὲν ἤδη τῶν

ploque, Ecquid mali Arſacae, aut reliquae domui cecidiſſet, quaerenti: Cecidiſſe quidem, ceterum ſeorſim ſe velle dicere, reſpondit. Poſtquam alii ſeceſſerunt, omnia indicabat: Quomodo a Mitrane captus eſſet Theagenes, & ad Oroondatem miſſus, ut donum regi magno (ſi viſum fuiſſet) deinde mitteretur. Etenim eſſe adoleſcentem aula regia & menſa omnino dignum. Quomodo a Beſſaenſibus ereptus eſſet, qui & Mitranem praeterea interfeciſſent: quod poſtea veniſſet Memphim; ſimul renovans & Thyamis rationes. Ad extremum, Arſaces amorem erga Theagenem, & migrationem Theagenis in regia domicilia, & honores illi cum quadam benevolentiae ſignificatione habitos, ac illius miniſteria, & pocillationes: & quod adhuc fortaſſe nihil inceſtae con-

1 Καὶ γὰρ εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου, τῆς βασιλείας αὐλῆς) Cod. Taur. καὶ γὰρ εὖ χρῆμα -- τῆς αὐλῆς βασιλέως. Sed βασιλείαν αὐλὴν conſtanter vocat Heliodorus. Male vero εὖ pro εἶναι τό.

2 Παρενείρων) Praeclara haec eſt omnium librorum, teſte Commelino, lectio. Baſ. παρεγείρων.

παρανόμων ἴσως οὐδὲν, ἀνθισταμένου τέως τοῦ νέου καὶ ἀντέχοντος· δέος δὲ προαχθῆναι βιασθέντος, ἢ καὶ τῷ χρόνῳ τοῦ ξένου πως ἐνδόντος, εἰ μὴ Φθαίη τις αὐτὸν προαναρπάζων ἐκ τῆς Μέμφεως, καὶ τὴν ὅλην τοῦ ἔρωτος ὑπόθεσιν τῆς Ἀρσάκης ὑποτεμνόμενος· διὰ γὰρ δὴ ταῦτα καὶ αὐτὸς ἐπειχθῆναι, καὶ λάθρα διαδρὰς ἥκειν μηνυτὴς, εὐνοίᾳ τῇ περὶ τὸν δεσπότην, ἀποκρύπτειν τὰ κατὰ τοῦ δεσπότου μὴ ἐξενεγκών.

β'. Κἀπειδὴ τούτοις θυμοῦ τὸν Ὀροονδάτην ἐνεπεπλήκει, [1] καὶ ὅλος πρὸς ἀγανάκτησιν καὶ τιμωρίαν ἐξῄει, δι' ἐπιθυμίας αὖθις ἐξέκαε τὰ κατὰ τὴν Χαρίκλειαν προστιθεὶς, καὶ ἐπὶ μέγα ὥσπερ ἦν ἐξαίρων, καὶ τὸ κάλλος παντοίως ἐκθειάζων, καὶ τὴν ὥραν τῆς κόρης, ὡς οὔτε ὀΦθείη πρότερον, οὔτε αὖθις δυνήσεται· Μικρὰς νόμιζε, λέγων, πάσας σοὶ τὰς παλλακίδας

ſuetudinis interceſſiſſet, reſiſtente adoleſcente, & repugnante. Metuendum eſſe tamen, ne adducatur aut vi, aut alioqui temporis diuturnitati ſuccumbens, niſi aliquis illum ante Memphi rapiat, & totum ſcopum amoris Arſacae praecidat. Atque eam ob cauſam ſe quoque acceleraſſe, & clam elapſum venire indicem, benevolentia erga dominum, occultare ea, quae contra voluntatem domini fierent, non valentem.

II. Ut hac oratione ira Oroondatem implevit, & totus indignatione & vindictae ſtudio effervеſcebat; rurſus eum cupiditate inflammabat, narrationem de Chariclea adiiciens, & in ſummum faſtigium, ſicut erat, attollens, & pulchritudinem virginis & formam omnino divinis laudibus ornans, quod nunquam talis fuiſſet viſa, neque iterum videri poſſet: Flocci faciendas exiſtima,

1 Καὶ ὅλος πρὸς ἀγανάκτησιν -- ἐξῄει) Cod. Taur. καὶ ὅλως πρὸς ἀγανάκτησιν -- ἐξῆγε, teſte Dorv. ad Char. p. 481, eodemque probante. Si vulgatum teneas, de Oroondate accipiendum erit.

εἶναι παρὰ ταύτην, οὐ μόνον τὰς κατὰ τὴν Μέμφιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑπομένας· καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοις ὁ Ἀχαιμένης, ἐλπίζων εἰ καὶ προσομιλήσειεν Ὀροονδάτης τῇ Χαρικλείᾳ, μικρὸν γοῦν ὕστερον ἐπὶ μισθῷ τῶν μηνυμάτων ἐξαιτήσας, πρὸς γάμον ἕξειν. καὶ ὅλως ἐξηρέθιστο ἤδη καὶ διακαὴς ἦν ὁ σατράπης, θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας ἅμα ὥσπερ εἰς ἄρκυς ἐμβεβλημένος· καὶ οὐδὲ μικρὸν ὑπερθέμενος, Βαγώαν τινὰ τῶν πεπιστευμένων εὐνούχων προσκαλεσάμενος, ἱππέας τε πεντήκοντα ἐγχειρίσας, εἰς τὴν Μέμφιν ἐξέπεμπεν, ἄγειν ὡς αὐτὸν Θεαγένην τε καὶ Χαρίκλειαν ὡς ὅτι τάχιστα, καὶ οὗπερ ἂν αὐτὸς καταλαμβάνοιτο, ἐπιστείλας.

γ΄. Ἐνεχείριζε δὲ καὶ γράμμα· τὸ μὲν πρὸς Ἀρσάκην ὧδε ἔχον. ΟΡΟΟΝΔΑΤΗΣ ἈΡΣΑΚΗι. Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν, τοὺς αἰχμαλώτους μὲν ἀδελφοὺς,

dicens, omnes tuas pellices prae ipſa, non tantum eas, quae ſunt Memphi, ſed & eas, quae te ſequuntur. Et alia multa ad haec addebat Achaemenes, ſperans, etiamſi rem habuiſſet Oroondates cum Chariclea, ſe tamen illam paullo poſt, cum eam pro praemio indiciorum petiiſſet, in uxorem accepturum. Iamque prorſus irritatus erat & inflammatus ſatrapa, in retia ſimul irae & cupiditatis iniectus. Et neque minima dilatione interpoſita, Bagoa quodam ex eunuchis, qui fide & auctoritate apud illum valebat, accerſito, traditiſque illi equitibus quinquaginta, Memphim miſit, ut ad ſe adduceret Theagenem & Charicleam primo quoque tempore, &, ubicunque ſe deprehenſurus eſſet, imperans.

III. Dedit & literas; alias ad Arſacen, eiuſmodi: *Oroondates Arſacae:* Theagenem & Charicleam, captivos

βασιλέως δὲ δούλους, βασιλεῖ διαπεμφθησομένους ἀπόστειλον. ἀλλ' ἑκοῦσα ἀπόστειλον, ἐπεὶ καὶ ἀκούσης ἀχθήσονται, καὶ Ἀχαιμένης πιστευθήσεται. πρὸς δὲ Εὐφράτην τὸν κατὰ τὴν Μέμφιν ἀρχιευνοῦχον, τοιόνδε. Ὑπὲρ μὲν ὧν οἰκίας τῆς ἐμῆς ὀλιγωρεῖς, εὐθύνας ὑφέξεις. τὸ παρὸν δὲ τοὺς ξένους Ἕλληνας τοὺς αἰχμαλώτους Βαγώᾳ παράδος ὡς ἐμὲ ἀχθησομένους, ἑκούσης Ἀρσάκης, εἴτε καὶ ἀκούσης· πάντως δὲ παράδος, ἢ αὐτὸς ἴσθι δέσμιος ἀχθῆναι προστεταγμένος, τῆς δορᾶς ἀφαιρησόμενος. οἱ μὲν δὴ περὶ τὸν Βαγώαν ἐπὶ τὸ προστεταγμένον ἐξώρμησαν, τῶν ἐπεσταλμένων παρὰ τοῦ σατράπου κατασεσημασμένων, ὡς ἂν μᾶλλον πιστεύσειαν οἱ κατὰ τὴν Μέμφιν καὶ θᾶττον τοὺς νέους ἐκδοῖεν. ἐξώρμησε δὲ καὶ Ὀροονδάτης ἐπὶ τὸν πρὸς Αἰθίοπας πόλεμον, ἕπεσθαι καὶ τὸν Ἀχαιμένην προστάξας, ἠρέμα καὶ οὐκ εἰδότα παραφρουρούμενον, ἕως

germanos, regios vero ſervos, ad regem tranſmittendos, mitte. Ac ſponte mitte, quoniam & te invita abducentur, & Achaemenis fides apud nos valebit. Ad Euphratem vero, ſupremum eunuchum Memphi, tales: Negligentiae in curanda mea domo, poſtea reddes rationes. In praeſentia vero peregrinos Graecos captivos Bagoae trade ad me deducendos, ſeu volente Arſace, ſeu invita. Omnino autem trade. Alioquin ſcito, a me imperatum eſſe, ut ipſe vinctus adducaris, vivuſque excorieris. Bagoas igitur ad id, quod imperatum fuerat, profectus eſt cum literis ſigno ſatrapae obſignatis, quo maiorem fidem illis haberent hi, qui erant Memphi, & eo celerius iuvenes traderent. Profectus eſt & Oroondates ipſe ad bellum contra Aethiopes, Achaemene quoque ſequi iuſſo; qui ſilentio, & cum nihil tale ſuſpicaretur, uſque

ἂν τὰ πρὸς αὐτοῦ μηνυθέντα δείξειεν ἐπαληθεύων. κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ κατὰ τὴν Μέμφιν τοιάδε ἐγίνετο. ἄρτι τοῦ Ἀχαιμένους ἀποδράντος, ὁ Θύαμις ἤδη τὴν προφήτειαν ὁλόκληρον ἀναδεδεγμένος, καὶ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως διὰ τοῦτο φερόμενος, τὰ περὶ τὴν κηδείαν τοῦ Καλασίριδος ἐκτελέσας, καὶ τὰ νενομισμένα τῷ πατρὶ πάντα ἐν ἡμέραις ταῖς τεταγμέναις ἐπενέγκας, ἀναζητήσεως ἔννοιαν τῶν περὶ τὸν Θεαγένην ἐλάμβανεν, ὅτε δὴ παραιτεῖσθαι καὶ τοῖς θύραθεν ἐκ τοῦ προφητικοῦ νόμου διατεταγμένον ἐγίνετο. κἀπειδὴ πολυπραγμονῶν καὶ ἐκπυνθανόμενος, ἔγνω τοῖς σατραπείοις ἐνῳκισμένους, ὡς εἶχε σπουδῆς, ἐλθὼν ὡς τὴν Ἀρσάκην, [1] ἐζήτει τοὺς [νέους] ξένους, ὡς αὐτῷ κατὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα προσήκοντας, πλέον δὲ ὅτι περ ὁ πατὴρ Καλάσιρις τελευτῶν ἐπέ-

dum ea, quae indicaverat, vera esse comprobaret, custodiebatur. Iisdem diebus haec Memphi gerebantur. Statim postquam in viam se dedit Achaemenes, Thyamis, cum iam antistitium pleno iure recepisset, & propterea primas in urbe teneret, ac ea, quae ad funus Calasiris pertinebant, perfecisset, iustaque exsequiarum patri omnia intra dies constitutos persolvisset, redibat in memoriam Theagenis & Charicleae inquisitionis, quando iam versari etiam cum extraneis lege pontificia permittebatur. Postquam autem ubique explorans, & sollicite inquirens, cognovit, eum in satrapae aulam traductum esse, quanta celeritate potuit, veniens ad Arsacen, quaerebat iuvenes peregrinos, tanquam ad ipsum cum multis aliis de caussis pertinentes, tum quod pater Calasiris moriens,

[1] Ἐζήτει τοὺς νέους ξένους) Etiam hic pro vulg. ἐζήτει legendum esse, quod in textu reposui, ἐζήτει, dubitari nequit. Alterutrum vero vel νέους, vel ξένους, eiiciendum videtur. Idem mox de his vocibus statuendum, νέους καὶ ξένους, καὶ Ἕλληνας.

σκηπτε παντοίως προνοεῖν καὶ ὑπερμαχεῖν τῶν ξένων ἐπιστείλας· χάριν μὲν ἔχειν ὁμολογῶν, ὅτι τὰς διὰ μέσου ταύτας ἡμέρας ὑπεδέξατο νέους καὶ ξένους καὶ Ἕλληνας φιλανθρωπευομένη, καθ' ἃς ἐνδιαιτᾶσθαι τῷ ναῷ τοῖς μὴ ἱερωμένοις ἀπηγόρευτο· δικαιῶν δὲ ἀνακομίζεσθαι τὴν αὐτὸς αὑτοῦ παρακαταθήκην. καὶ ἡ Ἀρσάκη, Θαυμάζω σου, ἔφη, χρηστὰ μὲν ἡμῖν καὶ φιλάνθρωπα προσμαρτυροῦντος, ἀπανθρωπίαν δὲ αὖθις καταγινώσκοντος, εἰ μὴ δυνησόμεθα ἢ βουλησόμεθα προνοεῖν τῶν ξένων, καὶ τὰ πρέποντα αὐτοῖς ἀπονέμειν. Οὐ τοῦτο, εἶπεν ὁ Θύαμις. καὶ γὰρ καὶ ἐν ἀφθονωτέροις τῇδε πλέον ἢ παρ' ἡμῖν οἶδα ἐσομένους, εἰ καὶ μένειν βουλομένοις ἦν. νυνὶ δὲ γένους ὄντες τῶν ἐπὶ δόξης, ἄλλως δὲ τύχης ἐπηρείαις ποικίλαις κεχρημένοι, καὶ τὸ παρὸν ἀλητεύοντες, πάντων ἐπίπροσθεν ποιοῦνται γένος τὸ ἴδιον ἀνακομίσασθαι, καὶ εἰς τὴν

extrema voce illi omnino inculcasset, peregrinis ut provideret, & eos tueretur, imperans. Ac se illi quidem agere gratias, quod acceptos hospitio iuvenes peregrinos & Graecos, per hos elapsos dies, quibus versari in templo non initiatis interdictum erat, humaniter tractasset. Petere autem, ut ipsi suum depositum recuperare rursus liceat. Arsace autem: Miror, inquit, quod cum nobis comitatem & humanitatem testimonio tuo tribuas, rursus inhumanitatis nos condemnes, dum studes, ut aut non posse, aut nolle prospicere peregrinis, & convenientibus officiis illos ornare, videamur. Non hoc, inquit Thyamis: scio enim, affluentius hic victuros, quam apud nos, si modo manere vellent. Nunc vero cum sint praeclaro genere orti, alioqui autem varios fortunae insultus experti, & in praesentia oberrantes, nihil illis potius est, quam ut suum genus recuperent, & in patriam redeant. Qua in

ἐνεγκοῦσαν ἐπανήκειν· ὧν εἰς τὴν σύλληψιν ἐμὲ κληρονόμον ὁ πατὴρ κατελέλοιπεν, ὄντων μοὶ καὶ ἄλλων φιλίας πρὸς τοὺς ξένους δικαιωμάτων. Εὖ γε ἐποίησας, ἡ Ἀρσάκη πρὸς αὐτὸν, τοῦ μὲν ἐκδυσωπεῖν ἀφέμενος, τὸ δὲ δίκαιον προβαλλόμενος. πλέον γὰρ τοῦτο μεθ' ἡμῶν ἂν φαίνεται, ὅσῳ καὶ τὸ δεσποτεύειν τοῦ προνοεῖν τηνάλλως, εἰς τὸ ἔχειν ἐπικρατέστερον. ὁ δὲ Θύαμις θαυμάσας, Δεσποτεύεις δὲ, ἔφη, σὺ τούτων ὅπως; Πολέμου νόμῳ, πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, δούλους τοὺς αἰχμαλώτους ἀναδεικνύντος.

δ΄. Συνεὶς δὴ οὖν ὁ Θύαμις, ὅτι τὰ περὶ τὸν Μιτράνην ἐθέλει λέγειν, Ἀλλ', ὦ Ἀρσάκη, ἔφη, οὐ πόλεμος τάδε, ἀλλ' εἰρήνη τὸ παρόν. κἀκεῖνος μὲν δουλοῦν, ἐλευθεροῦν δὲ αὕτη πέφυκε. κἀκεῖνο μὲν ἔστι βούλημα τυραννικὸν, τουτὶ δὲ δόγμα βασιλικόν. εἰρήνην δὲ καὶ πόλεμον, οὐχ ἡ τῶν ὀνομάτων ἀξίωσις, ἀλλ' ἡ τῶν

re ut ſim illis adiumento, heredem me reliquit pater: cum mihi alioqui intercedant cum hiſce peregrinis & alia multa amicitiae vincla. Recte facis, Arſace ad ipſum, quod, omiſſo iurgio & ira, aequitatem obiicis: quam magis nobiſcum facere apparebit, quanto dominari, quam fruſtra proſpicere, ad obtinendum maiorem vim habet. Thyamis autem admiratus, Dominaris tu vero, inquit, horum quomodo? Iure belli, reſpondit, quod captivos ſervos efficit.

IV. Cum igitur intellexiſſet Thyamis, quod de Mitrane dicere vellet, Sed, o Arſace, non bellum, inquit, eſt, ſed pax, ratio praeſentis temporis: & illud quidem in ſervitutem redigere, haec autem in libertatem vindicare ſolet: & illud eſt voluntas tyrannica, hoc vero decretum regium. Denique pacem & bellum, non no-

χρωμένων διάταξις, ἀληθέστερον γνωρίζειν πέφυκε. τὸ μὲν δίκαιον τούτοις τιθεμένη, βέλτιον ἂν φανείης ὁριζομένη. τό γε μὴν πρέπον ἢ συμφέρον, οὐδὲ εἰς ἀμφισβήτησιν καθίσταται. πῶς γάρ σοι καλὸν ἢ λυσιτελοῦν, νέων καὶ ξένων οὕτως ἐκθύμως φαίνεσθαί τε καὶ ὁμολογεῖν ἀντεχομένην;

έ. Ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔτι κατέσχεν ἡ Ἀρσάκη, ἀλλ' ἔπασχεν ὃ δὴ καὶ πάντες ὡς ἐπίπαν οἱ ἐρῶντες. λανθάνειν μὲν οἰόμενοι καὶ ἐρυθριῶσιν· ἁλισκόμενοι δὲ ἀπαναισχυντοῦσιν· ὁ μὲν ἀγνοούμενος, ὀκνηρότερος· ὁ δὲ πεφωραμένος, θρασύτερος καθιστάμενος. ὡς δὴ κἀκείνη τὸ συνειδὸς τῆς ψυχῆς ἔλεγχος ἐγίνετο, καὶ τὸν Θύαμιν ὑπωπτευκέναι τι τῶν κατ' αὐτὴν ὑποτοπήσασα, παρ' οὐδὲν μὲν τὸν προφήτην καὶ τὸ προφητικὸν ἀξίωμα ποιησαμένη, πᾶσαν δὲ γυναικείαν αἰδῶ παραγκωνισαμένη, Ἀλλ' οὐδὲ τῶν εἰς Μιτράνην, ἔφη,

minum pondus, ſed ratio & conſtitutio eorum, qui utuntur, verius iudicare ſolet. Quamobrem aequitatem, ſi his aſſenſa fueris, melius definire videberis: ceterum honeſtum & utile, neque in controverſiam venit. Quomodo enim honeſtum tibi eſt, aut conducit, iuvenes, & peregrinos, tam furioſe videri, & fateri, te retinere velle?

V. Ad haec non amplius continuit ſeſe Arſace, ſed id illi accidit, quod omnibus in univerſum amantibus accidere ſolet. Cum occultas eſſe ſuas rationes putant, erubeſcunt: cum ſunt deprehenſi, omnem pudorem amittunt. Qui latet, cunctantior eſt: qui deprehenſus eſt, audacior efficitur. Quemadmodum & illam conſcia mens redarguebat, & Thyamim aliquid ſuſpicatum eſſe de ſe exiſtimans, non faciens flocci antiſtitem, & antiſtitii dignitatem, omnemque pudorem muliebrem abiiciens, Sed neque, inquit, ea, quae in Mitranem admiſiſtis, vo-

[1] δεδραμένων ὑμῖν χαιρήσετε, ἀλλ᾽ ἔσται καιρὸς, ἐν ᾧ τοὺς σφαγέας ἐκείνου τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν δίκην Ὀροονδάτης εἰσπράξεται. τοὺς δὲ οὐ μεθήσομαι, τὸ μὲν παρὸν ἐμοὶ δουλεύοντας· ὀλίγον δὲ ὕστερον ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, κατὰ νόμον τὸν Περσικὸν ἀναπεμφθησομένους. πρὸς ταῦτα ῥητόρευε, καὶ δίκαια καὶ πρέποντα καὶ συμφέροντα μάτην ὁριζόμενος, ὡς οὐδενὸς προσδεῖται ὁ κρατῶν, τὸ βούλημα τὸ ἴδιον τούτων ἕκαστος ποιούμενος. καὶ αὐλῆς τῆς ἡμετέρας ὡς ὅτι τάχιστα καὶ ἑκὼν μεθίστασο, μὴ δὴ λάθῃς καὶ ἄκων μεθιστάμενος. ὁ μὲν οὖν Θύαμις ἐξῄει θεούς τε ἐπιμαρτυράμενος, καὶ τοσοῦτον ἐπισκήψας, ὡς οὐκ εἰς καλὸν ταῦτα τελευτήσει· κατάδηλα ποιῆσαι πρὸς τὴν πόλιν, καὶ ἐπικαλέσασθαι πρὸς βοήθειαν ἐνθυμούμενος. ἡ δὲ Ἀρσάκη, Λόγος οὐδεὶς, εἰποῦσα, τῆς

bis condonabuntur. Ceterum tempus erit, quando de interfectoribus illius, & eorum, qui una aderant, Oroondates sumet poenas. Hos vero non dimitto, qui in praesentia sunt mea mancipia: paullo post vero fratri meo, regi magno, secundum legem Persicam mittentur. Ad haec rhetoricare quantumvis, iusta & honesta & utilia frustra definiens, quod nullius indigeat is, qui habet imperium in aliquem, suum arbitrium quodlibet horum esse statuens: & ex aula nostra e vestigio sponte discede, ne forte incautius agens, invitus cedere cogaris. Thyamis igitur exibat, Deos testes invocans, & tantum affirmans, quod haec bonum finem non essent sortitura; indicare urbi, & eam in auxilium advocare, cogitans. Arsace autem, Nihil curo tuum antistitium, cum dixisset;

1 Δεδραμένων ὑμῖν χαιρήσετε) Ita Palat. nisi quod pro ὑμῖν legat ἡμῖν, non male forte. Nam huiusmodi dativi ornatus causa saepe ponuntur. *Commelin.* Cod. Xyl. δεδραγμένων, unde probabile fit, lectum quoque fuisse πεπραγμένων, quod & apparet e vitiosa Bas. lectione δεπραμένων, quae praeterea offert χαρίσετε, male.

σῆς προφητείας, μίαν ὁρᾷ προφητείαν ἔρως τὴν ἐπιτυχίαν, εἰς τὸν θάλαμόν τε χωρισθεῖσα, καὶ τὴν Κυβέλην προσκαλεσαμένη περὶ τῶν παρόντων διεσκοπεῖτο· καὶ γάρ πως ἤδη καὶ τὸν δρασμὸν τοῦ Ἀχαιμένους οὐ φαινομένου δι' ὑποψίας ἐλάμβανε, τῆς Κυβέλης, εἴποτε πυνθάνοιτο καὶ ἐπιζητοίη τὸν Ἀχαιμένην, ποικίλας καὶ ἄλλοτε ἄλλας προφάσεις ἀναπλαττούσης, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὴν ὡς Ὀροονδάτην ἄφιξιν πιστεύειν παρασκευαζούσης· πλὴν οὐ παντάπασι τὰ τελευταῖα πειθούσης, ἀλλ' ἤδη διὰ τὸν χρόνον καὶ ἀπιστουμένης. τότε δ' οὖν, Τί ποιήσομεν, ἔλεγεν, ὦ Κυβέλη; τίς λύσις ἔσται μοὶ τῶν περιεστηκότων; ὁ μὲν ἔρως οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' ἐπιτείνει πλέον ὥσπερ ὕλη τῷ νέῳ λάβρως ὑποπιμπράμενος. ὁ δέ ἐστιν ἀπηνής τε καὶ ἀμείλιχος, φιλανθρωπότερος τὰ πρῶτα ἢ νῦν φαινό-

amor solum respicit antistitium, potiendi solatium: in thalamum secedens, & Cybelen accersens, de praesentibus rationibus deliberabat. Etenim iam aliquo modo & fugam Achaemenis non comparentis in suspicionem vocabat; Cybele, si quando percontaretur & inquireret de Achaemene, varios & alio tempore alios praetextus comminiscente, & omnia magis, quam ut ad Oroondatem eum venturum esse crederet, illi persuadente. Verumtamen non omnino ad extremum fidem faciebat, sed iam propter diuturnitatem temporis illi fides non habebatur. Tunc igitur, Quidnam faciemus, dicebat, o Cybele? Quae tandem erit ratio, qua me ex iis, quae circumstant, extricare possim? Nam amor non remittit quidquam, sed magis intenditur, tanquam materia a iuvene hoc, magno cum impetu accensa. Ille autem est & ferox, & intractabilis, & qui humanior esse prius, quam

μενος· τότε μὲν ἀπατηλαῖς γοῦν ἐπαγγελίαις παρηγορῶν, νῦν δὲ παντάπασι καὶ ἀπερικαλύπτως τὰ πρός με ἀπαγορεύων. ὃ δή με καὶ διαταράττει μᾶλλον, μή δή τι περὶ Ἀχαιμένους, ὧν ὑπονοῶ, [1] καὶ αὐτὸς πέπυσται, καὶ πλέον ἀποδειλιᾷ τὴν πρᾶξιν. λυπεῖ δὲ ἐπὶ πᾶσιν Ἀχαιμένης, ὃς νῦν ὡς Ὀροονδάτην πεπόρευται, ἢ πείσων ἴσως, ἢ οὐ πάντως [2] εὔπιστα λέξων. ὀφθείη μοὶ μόνον Ὀροονδάτης. [3] μίαν θεραπείαν καὶ δάκρυον Ἀρσάκειον, ἓν οὐχ ὑποστήσεται. μεγάλην εἰς πειθὼ κέκτηται πρὸς ἄνδρας ἴυγγα τὰ γυναικεῖα καὶ σύνοικα βλέμματα. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ὑπέρδεινον, εἰ μὴ τυχοῦσα Θεαγένους προληφθείην ὑπὸ τῆς κατηγορίας, ἢ, κἂν οὕτω τύχῃ, τῆς τιμωρίας, εἴ τι [4] πρὶν ἐντυχεῖν

nunc, videbatur: tunc quidem fraudulentis pollicitationibus me consolatus; nunc autem omnino etiam manifeste nostra recusans postulata. Quod me magis perturbat, ne forte de Achaemene, quae suspicor, ipse quoque audierit, atque ita magis rem refugiat ac reformidet. Enimvero prae omnibus me angit Achaemenes, qui nunc ad Oroondatem profectus est, aut persuasurus illi fortasse, aut non omnino credibilia dicturus. Videam ego modo Oroondatem: unas blanditias, & lacrimulam unam Arsaces non sustinebit. Magnam ad faciendam fidem viris habent vim & fascinum, muliebres & familiares adspectus. At illud est acerbissimum, si, non potita Theagene, antevertar accusatione, aut fortassis etiam poena, si quid audierit Oroondates, priusquam ipsum videro,

1 Καὶ αὐτὸς πέπυσται) Ita Palat. & Bas. Male Xyl. πεπίστηται. Mox pro ὃς νῦν Palat. οὐχὶ μηνύτις, & rectius οὐχὶ μηνύτης Xyl.

2 Εὔπιστα λέξων) Ita Palatin. Vat. & Xyl. Blanditur tamen Canteri coniectura, ἄπιστα reponentis.

3 Μίαν θεραπείαν) Vitiose Bas. μία θεραπεία, καὶ δάκρυον Ἀρσάκης ἕν· hoc forte rectius.

4 Πρὶν ἐντυχεῖν μοι) Ita omnes libri, teste Commel. praeter Bas. εὐτυχεῖν, quod, invito ipso, operae in textu reposuere.

μοι, πιστεύσειεν Ὀροονδάτης. ὥστε, ὦ Κυβέλη, πάντα κίνει, πᾶσαν εὕρισκε μηχανὴν, πρὸς ὀξὺ καὶ τὴν ἄκραν ἀκμὴν περιεστηκότα ἡμῖν ὁρῶσα τὰ πράγματα, καὶ ἅμα ἐννοοῦσα ὡς οὐκ ἔστιν [1] ὅπως ἐμαυτῆς ἀπογνοῦσα, φείσομαι ἄλλων. ἀλλὰ πρώτη παραπολαύσεις τῶν τοῦ παιδὸς ἐπιχειρημάτων· [2] ἅ πως ἠγνόησας, οὐκ ἔχω συμβάλλειν. καὶ ἡ Κυβέλη· Παιδὸς μὲν, ἔφη, τοῦ ἐμοῦ πέρι, καὶ πίστεως εἰς σε τῆς ἐμῆς, ὦ δέσποινα, οὐκ ἀληθῆ δοξάζουσα γνώσῃ τοῖς ἔργοις. αὐτὴ δὲ οὕτως ὑπτίως προσιοῦσα τῷ σαυτῆς ἔρωτι, καὶ τῷ ὄντι μαλακιζομένη, μὴ ἄγε τὴν αἰτίαν ἐπ᾽ ἄλλους τοὺς οὐκ αἰτίους. οὐ γὰρ ὡς δέσποινα κρατεῖς, ἀλλ᾽ ὡς δουλεύουσα θεραπεύεις τὸ μειράκιον. ἃ παρὰ μὲν τὴν πρώτην ὀρθῶς ἴσως ἐγίνετο, ἁπαλοῦ τινος ἐκείνου καὶ νέου τὴν ψυχὴν νομισθέντος. ἐπειδὴ δὲ κατεξανίσταται

aut allocuta fuero. Quamobrem, Cybele, omnem move lapidem, omnem inveni machinam, videns in extremum periculum res noſtras deveniſſe, & ſimul cogitans, quod, cum de me ipſa deſperarim, haudquaquam aliis ſim parſura. Prima ſiquidem fructum capies ex tui filii conatibus: quos quomodo ignorare potueris, coniectura aſſequi non poſſum. Cybele autem: Quod ad filium meum, inquit, attinet, & fidem meam erga te, domina, non vera te opinari, re ipſa cognoſces. Porro cum ipſa tam ſegniter cures tuum amorem, non eſt quod conferas culpam in alios, qui vacui ſunt a culpa. Neque enim ut domina imperas, ſed ut ſerva blandiris adoleſcenti. Quae initio quidem recte fortaſſe fiebant, cum tenero & iuvenili animo eſſe putabatur. Poſtquam vero exſurgit

1 Ὅπως ἐμαυτῆς ἀπογνοῦσα) Palat. & Xyland. πῶς γὰρ ἐμαυτῆς ἀπογνοῦσα.

2 Ἅ πως ἠγνόησας) Cod. Taur. ἅ πως ἠγνόηκας, probante Dorv. ad Char. p. 722.

ὡς ἐρωμένης, λαμβανέτω πεῖραν ὡς δεσποίνης, καὶ μαστιγούμενος καὶ στρεβλούμενος, ὑποπιπτέτω τοῖς σοῖς βουλεύμασι. πεφύκασι γὰρ οἱ νέοι θεραπευόμενοι μὲν ὑπερφρονεῖν, βιαζόμενοι δὲ ὑπείκειν. ὥστε καὶ οὗτος πράξει κολαζόμενος, ἅπερ ἠθέτει κολακευόμενος. Ἀλλὰ δοκεῖς μὲν, ἔφη, εὖ λέγειν, ἡ Ἀρσάκη. πῶς δ' ἂν ἐνέγκαιμι, ὦ θεοὶ, τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς, ἢ ξαινόμενον ὁρῶσα τὸ σῶμα ἐκεῖνο, ἢ καὶ ἄλλως κολαζόμενον; Αὖθις αὖ σὺ μαλακίζῃ, ἔφη, ὥσπερ οὐ πρὸς ἐκείνου τε γενησόμενον ὀλίγαις στρεβλώσεσι τὸ ἑλέσθαι τὰ βελτίονα, καί σοι πρὸς μικρὸν ἀνιαθείσῃ, τυχεῖν τῶν κατὰ γνώμην. ἔνεστι δέ σοι μηδὲ λυπεῖν τὸν ὀφθαλμὸν τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ Εὐφράτῃ παραδοῦσαν, καὶ κολάζειν εἰποῦσαν, ὥς τι πεπλημμεληκότα, μήτε ἀνιᾶσθαι ὁρῶσαν· (ἀκοὴ γὰρ ὄψεως εἰς τὸ λυπῆσαι κουφότερον·) καὶ εἰ μεταβεβλημένον

contra amasiam, experiatur te, & agnoscat ut dominam, & flagris caesus ac tormentis excruciatus, supplex tuae voluntati se subiiciat. Consueverunt enim adolescentes, cum coluntur, despicere: vi autem coacti, cedere. Quamobrem & hic faciet poenis adactus, quae antea negabat, blande & leniter tractatus. Videris tu quidem recte dicere, inquit Arsace: ceterum quomodo ferre possem, oculis meis videns illud corpus caedi, aut alio quocunque modo affligi? Rursus, inquit ipsa, mollitie diffluis, quasi non sit futurum, ut & ipse, paucis tormentis adhibitis, meliora amplectatur, & tu paullulum excruciata consequaris omnia ex sententia. Atqui licet neque oculis dolorem accersere ex iis, quae fient, sed, illo Euphrati tradito, & puniri iusso, tanquam ob aliquod delictum, abesse a spectaculo, quod te dolore afficeret; (auditus enim, adspectu ad commovendum dolorem minus est ef-

αἰσθοίμεθα, πάλιν ἐξελέσθαι ὡς αὐτάρκως ἐπεστραμμένον.

στ΄. Ἐπείθετο ἡ Ἀρσάκη. [1] ἀπελπισθεὶς γὰρ ὁ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου· τρέπειν δὲ φιλεῖ τὴν ἀποτυχίαν εἰς τιμωρίαν. καὶ τὸν ἀρχιευνοῦχον μετακαλεσαμένη, τὰ δεδογμένα προσέταξεν. ὁ δὲ, καὶ φύσει μὲν τὴν εὐνούχων ζηλοτυπίαν νοσῶν, σμυχόμενος δὲ καὶ πάλαι κατὰ τοῦ Θεαγένους ἐξ ὧν ἑώρα τε καὶ ὑπώπτευεν, εὐθὺς ἐν δεσμοῖς εἶχε σιδηροῖς, καὶ ἐπίεζε λιμῷ καὶ αἰκίαις, εἰς οἴκημα ζοφῶδες κατακλεισάμενος· καὶ εἰδότι μὲν, προσποιουμένῳ δὲ καὶ πυνθανομένῳ δῆθεν τὴν αἰτίαν, οὐδὲν ἀποκρινόμενος· ἐπιτείνων δὲ ὁσήμεραι τὰ τῆς κολάσεως, καὶ πλέον ἢ ἐβούλετο ἡ Ἀρσάκη, καὶ ἐντέταλτο, τιμωρούμενος, εἰσφοιτᾶν δὲ οὐδενὶ παριεὶς, ἢ μόνῃ τῇ Κυβέλῃ, τοῦτο

ficax) & ſi illum ſententiam mutaſſe ſenſerimus, rurſus poena tanquam reſipiſcentem eximere.

VI. Paſſa eſt ſibi perſuaderi Arſace. Amor enim, ubi deſperat, amato nihil parcit, & repulſam in vindictam convertere gaudet. Et, accerſito ſupremo eunucho, ea, quae decreverat, imperavit. Ille autem & natura eunuchorum zelotypia laborans, & iampridem infenſus Theageni ob ea, quae videbat & ſuſpicabatur, ſtatim eum in vincula ferrea coniecit, & affligebat fame & verberibus, in habitaculo tenebroſo concluſum; & ſcienti quidem, ſed tamen aſſimulanti inſcitiam, & quaerenti cauſam, nihil reſpondens, quotidieque poenas intendens, & magis, quam volebat Arſace, ac praeceperat, excrucians, neque ullum introgredi ſinens, praeter ſolam Cy-

1 Ἀπελπισθεὶς γὰρ ὁ ἔρως -- εἰς τιμωρίαν) Tota haec ῥῆσις abeſt a Baſ. & interprete Lat. Et poteſt ſane e margine intruſa videri; ſed amat Heliodorus eiuſmodi ſententiis tanquam ſtellulis narrationem ſuam diſtinguere.

προστεταγμένον. ἡ δὲ ἐφοίτα συνεχῶς, καὶ τροφὰς κρύφα παρεισφέρειν ἐνεδείκνυτο, οἰκτείρουσα μὲν δῆθεν, καὶ ὑπὸ τῆς συνηθείας ἐπικλωμένη· τὸ δ' ἀληθὲς ἀποπειρωμένη, [1] ποίαν τινα γνώμην ἔχει πρὸς τὰ παρόντα, καὶ εἴπερ ἐνδιδοίη καὶ μαλάσσοιτο πρὸς τῶν στρεβλώσεων. ὁ δὲ ἦν πλέον ἀνὴρ τότε, καὶ πλέον ἀπεμάχετο πρὸς τὰς πείρας· τὸ μὲν σῶμα καταπονούμενος, τὴν δὲ ψυχὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ ῥωννύμενος, καὶ μεγαλαυχούμενος ἅμα πρὸς τὴν τύχην καὶ γαυριῶν, [2] εἰ λυποῦσα τῷ πλείστῳ μέρει, τῷ καιριωτάτῳ χαρίζοιτο, ἐπιδείξεως ἀφορμὴν τῆς εἰς Χαρίκλειαν εὐνοίας τε καὶ πίστεως παρεσχημένη, μόνον εἰ γιγνώσκει ταῦτα κἀκείνη, μέγιστον ἀγαθὸν τιθέμενος, καὶ συνεχῶς Χαρίκλειαν καὶ φῶς καὶ ψυχὴν καὶ ζωὴν ἀνακαλῶν. ὥστε καὶ ἡ Κυβέλη ταῦτα ὁρῶσα, καὶ

belen: ſic enim imperatum fuerat. Illa vero perpetuo veniebat, & alimenta ſe illi clam inferre ſimulabat, tanquam miſerans illius ſortem, & propter familiaritatem, quae ſibi cum eo interceſſerat, deplorans: re ipſa autem, quid haberet animi in praeſenti fortuna, & ſi remitteret aliquid, & mollior fieret tormentis, explorans. Ille autem magis virum ſe praebebat, & tunc praecipue repugnabat conatibus: corpus quidem affligi ſinens, ceterum animos caſtitatis conſcientia attollens, & glorians in illa fortuna, ac exſultans, quod cum maximam partem affligeret, praecipuae praeſtantiſſimaeque gratificaretur, inſuper occaſione declarandae benevolentiae erga Charicleam oblata: tantum ſi ſciret haec illa, optime ſecum agi exiſtimans, & continue Charicleam, lucem & animam & vitam appellans. Quod cum etiam Cybe-

1 Ποίαν τινα γνώμην ἔχει) Rectius Palat. ἔχοι.

2 Εἰ λυποῦσα) Ita reſcribendum duxi pro eo, quod vulgatur, εἰ λειποῦσα, cuius ſenſum non aſſequor.

παρὰ μὲν τῆς Ἀρσάκης ὡς ἠρέμα βούλοιτο πιέζεσθαι τὸν Θεαγένην ἀκούουσα· οὐ γὰρ ἐς τελευτὴν, ἀλλ᾽ εἰς ἀναγκὴν παραδεδωκέναι· αὐτὴ δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐπιτείνειν τὰ τῶν κολάσεων, πρὸς τὸν Εὐφράτην ἀπαγγέλλουσα, ὡς ἀνύουσα ᾔσθετο οὐδὲν, ἀλλ᾽ [1] ἀπηγόρευτο καὶ αὐτῇ παρ᾽ ἐλπίδας ἡ πεῖρα, συνεῖσα οἱ κακῶν ἦν, καὶ νῦν μὲν τὴν ἐξ Ὀροονδάτου τιμωρίαν εἰ πύθοιτο ταῦτα παρὰ Ἀχαιμένους, ὅσον οὐδέπω προσδοκῶσα, νῦν δὲ ὡς φθήσεται αὐτὴν διαχρωμένη τάχα καὶ ἡ Ἀρσάκη, ὡς παιχθεῖσα εἰς τὴν τοῦ ἔρωτος σύλληψιν, ὁμόσε χωρεῖν ἔγνω τοῖς κατειληφόσι, καὶ μέγα τι κακὸν ἐπιτελέσασα, ἢ κατορθῶσαι τῇ Ἀρσάκῃ τὰ κατὰ γνώμην, καὶ τὸ παρὸν τὸν ἀπ᾽ ἐκείνης προσδοκώμενον διαδῦναι κίνδυνον, ἢ τοὺς ἐλέγχους τῶν πάντων πραγμάτων ἀφανίσαι, θανάτους ἅμα πᾶ-

le videret, &, quamvis contra ſententiam Arſaces, (ex qua, quod leviter Theagenem affligi vellet, audiebat, ut non ad mortem, ſed ad coactionem traditum) ipſa, ut poenae intenderentur, Euphrati renuntiaret, neque ira ſe quidquam proficere ſentiret, ſed omnino res deſperata fuerat, & ipſa praeter ſpem experientia edocta, quibus in malis eſſet, intelligeret: nunc quidem poenam ab Oroondate, ſi haec audiſſet ex Achaemene, iamiam exſpectans, nunc vero, ne antea mortem ſibi conſciſceret Arſace, territa amoris deprehenſione, metuens, ſtatuit niti contra ea, quae illi incumbebant, & magno quodam malo peracto, aut exſequi ea, quae Arſace vellet, & in praeſentia exſpectatum ab illa evitare periculum, aut argumenta omnium negotiorum tollere, necem ſi-

1 Ἀπηγόρευτο καὶ αὐτῇ) Auctior hic locus legitur in Taurinenſi: ἀλλ᾽ ἀπηγορεύετο καὶ αὐτῇ παρ᾽ ἐλπίδας ἡ προσβολὴ ὅπου, καὶ εἰς ποῖον μέρος ἡ πεῖρα, quae verba ſatis commode locum habere poſſe cenſebat Dorvill. ad Charit. p. 340.

σιν ἐπινοήσασα. καὶ πρὸς τὴν Ἀρσάκην ἐλθοῦσα, Μάτην, ἔφη, κάμνομεν, ὦ δέσποινα. οὐ γὰρ ἐνδίδωσιν ὁ ἀπηνὴς ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀεὶ γίνεται καὶ πλέον θρασύτερος, Χαρίκλειαν διὰ στόματος ἔχων, καὶ ταῖς ἐκείνης ἀνακλήσεσιν ὥσπερ θεραπείαις παρηγορούμενος. τελευταίαν οὖν εἰ δοκεῖ, τὸ τοῦ λόγου, ῥίψωμεν ἄγκυραν, καὶ τὴν ἐμποδὼν γινομένην, ἐκποδὼν ποιησώμεθα. εἰ γὰρ μάθοι μὴ οὖσαν, εἰκός που καὶ μεταβληθῆναι αὐτὸν πρὸς τὸ βούλευμα τὸ ἡμέτερον, ἀπογνόντα τὸν ἐπ' ἐκείνῃ πόθον.

ζ'. Ἅρπαγμα τὸ ῥηθὲν ἐποιήσατο ἡ Ἀρσάκη, καὶ τὴν ἐκ πολλοῦ ζηλοτυπίαν ὀργῇ τῶν εἰρημένων ἐπιτείνασα, Εὖ λέγεις, ἔφη, καὶ μελήσει μοὶ προστάξαι τὴν ἀλιτήριον ἀναιρεθῆναι. Καὶ τίς ὁ πεισθησόμενος, ἀπεκρίνατο ἡ Κυβέλη. πάντων γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ σοὶ τυγχανούσῃ, τὸ ἀναιρεῖν δίχα κρίσεως τῶν ἐν τέλει Περ-

mul omnibus moliens animo. Atque ita ad Arſacen ingreſſa, Ludimus, inquit, operam, domina. Neque enim quidquam remittit ferox ille, ſed ſemper audacior efficitur, Charicleam ſemper in ore habens, & illius appellatione tanquam blanditiis ſe conſolans. Ultimam igitur, ſi placet, ancoram, ut dicitur, iaciamus, & eam, quae eſt impedimento, e medio removeamus. Si enim cognoverit, eam interiiſſe, conſentaneum eſt, fore ut mutata ſententia aſſentiatur noſtrae voluntati, cum prorſus deſperaverit de illius amore.

VII. Rapuit id, quod dictum fuerat, Arſace, cum zelotypiam, qua iampridem laborabat, ira propter ea, quae dicta fuerant, intendiſſet, &, Recte mones, inquit. Mihi curae erit, ut iubeam hoc piaculum tolli. Quis autem erit, qui obtemperabit? reſpondit Cybele. Cum enim omnia ſint in tua poteſtate, interimere tamen abſque iu-

σῶν, πρὸς τῶν νόμων ἀπηγόρευται. δεήσει τοίνυν πραγμάτων σοὶ καὶ δυσχερείας, αἰτίας τινὰς καὶ ἐγκλήματα κατὰ τῆς κόρης ἀναπλαττούσῃ· καὶ προσέτι τὸ ἄδηλον εἰ πιστευθησόμεθα. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, πάντα γὰρ ὑπὲρ σοῦ καὶ πράττειν καὶ πάσχειν ἕτοιμος, Φαρμάκῳ τὴν ἐπιβουλὴν διακονήσομαι, καὶ ποτῷ γεγοητευμένῳ τὴν ἀντίδικον ἐκποδὼν ποιήσομαι. ἐπῄνεσε ταῦτα ἡ Ἀρσάκη, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν. ἡ δὲ αὐτίκα ὥρμησε, καὶ καταλαβοῦσα τὴν Χαρίκλειαν ἐν ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσι, καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ πενθοῦσαν, καὶ ὅπως ποικίλως αὐτὴν ἐξάξοι τοῦ βίου διανοουμένην, (ἤδη γὰρ ὑπῄσθητο τὰς ἀμφὶ Θεαγένην τύχας, καὶ ταῦτα τῆς Κυβέλης τὰ πρῶτα βουκολούσης, καὶ τοῦ μὴ ὁρᾶσθαι αὐτὸν μηδὲ Φοιτᾶν συνήθως εἰς τὸ δωμάτιον, ἄλλοτε ἄλλας προφάσεις ἀναπλαττούσης) καὶ, Ὦ δαιμονία, Φησὶν, οὐ παύσῃ σεαυτὴν τρύχουσα καὶ καταναλίσ-

dicio magiſtratuum Perſicorum, legibus eſt prohibitum. Opus igitur erit, ut laborem & moleſtiam ſuſcipias in confingendo crimine & accuſatione contra puellam. Praeterea incertum eſt, an ſimus cauſam probaturi. Sed ſi videtur, (omnia enim tua cauſa & audere & ſuſtinere ſum parata) veneno inſidias exſequar, & potione fuco facto adverſariam e medio tollam. Approbavit haec Arſace, & facere iubebat. Illa autem ſtatim aggreſſa eſt facinus: & cum deprehendiſſet Charicleam in lamentis & lacrimis, & quid aliud, quam lugentem, ac quomodo e vita migraret cogitantem, (iam enim ſubſenſerat Theagenis fortunam, quamvis Cybele initio varie dolis eam falleret, &, quod non appareret, neque veniret ſolito more in conclave, ſubinde alios atque alios praetextus fingeret) O miſera, dicebat, an non deſines te macerare, &

κουσα μάτην; ἰδού σοι καὶ Θεαγένης ἀφεῖται, καὶ ἥξει τήμερον εἰς ἑσπέραν. ἡ γὰρ δέσποινα πλημμελήσαντά τι κατὰ τὴν διακονίαν, εἰς βραχὺ παροξυνθεῖσα, καὶ καθειρχθῆναι προστάξασα, τήμερον ἀφήσειν ἐπηγγείλατο, ἑορτήν τινα πάτριον εὐωχεῖν μέλλουσα, καὶ ἅμα καὶ πρὸς ἐμοῦ λιπαρηθεῖσα. ὥστε ἀνίστασο, καὶ σαυτὴν ἀναλάμβανε, καὶ μικρᾶς τροφῆς σὺν ἡμῖν νῦν γοῦν ποτε μεταλαβοῦσα. καὶ, Πῶς ἂν, ἔφη, πεισθείην; ἡ Χαρίκλεια. τὸ γὰρ συνεχῶς σε πρός με διαψεύδεσθαι, τὸ πιστὸν τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων ὑποτέμνεται. καὶ ἡ Κυβέλη, Θεοὺς, ἔφη, ἐπόμνυμι πάντας, ἦ μὴν λυθήσεσθαί σοι πάντα τήμερον, καὶ πάσης σε φροντίδος ἀπαλλαγήσεσθαι. μόνον μὴ προαναίρει σαυτὴν, ἡμερῶν ἤδη τοσούτων ἀπόσιτος [οὖσα,] ἀλλ' ἀπόγευσαι, εἴκουσα, τῶν εἰς καιρὸν ηὐτρεπισμένων. μόλις μὲν, ἐπείθετο δ' οὖν ὅμως ἡ Χαρί-

ſruſtra conſumere? Ecce tibi iam & Theagenes emittitur, & veniet hodie ad veſperam. Domina enim, quae ob quoddam illius erratum in miniſtrandi munere paullulum fuerat commota, & concludi iuſſerat, hodie ſe illum emiſſuram promiſit, feſtum quoddam patrium celebratura, ſimul etiam precibus meis adducta. Quamobrem conſurge, ac te recipe, cibum una nobiſcum tandem aliquando capiens. Quomodo autem tibi credere debeam? inquit Chariclea. Nam conſuetudo tua me continue mendaciis fallendi, fidem iis, quae a te dicuntur, adimit. Cybele autem, Per Deos, inquit, omnes iuro, omnino fore, ut omnia tibi ſint expedita hodie, & ut ab omni cura deinceps vacua ſis futura: modo ne te ipſam ante interimas, cum iam tot diebus a cibo abſtinueris; ſed deguſta utique, obediens nobis, ea, quae nunc tempori ſunt parata. Vix ſane, ſed tamen parebat Chari-

κλεια, τὸ μὲν ἀπατηλὸν συνήθως ὑφορωμένη, τοῖς δὲ ὅρκοις ἐν μέρει πειθομένη, καὶ τὸ ἡδὺ τῶν ἐπαγγελθέντων ἑκοῦσα καταδεχομένη. ἃ γὰρ ἐπιθυμεῖ ψυχὴ, καὶ πιστεύειν φιλεῖ. κατακλινεῖσαι τοίνυν εἱστιῶντο. καὶ τοῖς διακονουμένης [1] Ἄβρας οἴνου κεκραμένου κύλικας ἐπιδούσης, προτέρα τῇ Χαρικλείᾳ προσφέρειν ἡ Κυβέλη νεύσασα, μετ' ἐκείνην αὐτὴ ἀντιλαβοῦσα ἔπινε. καὶ οὔπω τὸ πᾶν ἐκπέπωτο, καὶ ἰλιγγιᾶν ἐφαίνετο ἡ πρεσβῦτις, τό τε περιττεῦσαν ὀλίγον ἐκχέασα, δριμύ τε εἰς τὴν θεράπαιναν ἐνεώρα, καὶ σπασμοῖς τε καὶ σφακελισμοῖς ὀξυτάτοις ἐπιέζετο.

η'. Θόρυβός τε κατειλήφει μὲν καὶ τὴν Χαρίκλειαν, καὶ ἀναλαμβάνειν ἐπειρᾶτο· κατειλήφει δὲ καὶ τοὺς παρόντας. τὸ γὰρ κακὸν, ὡς ἐῴκει, τοξεύματος παντὸς ὀξύτερον τῷ φθοροποιῷ [2] δεδευμένου, καὶ ἱκανὸν καὶ

clea, fraudem quidem uſitatam illi ſuſpicans, ceterum iuriiurando ex parte aſſentiens, & ſuavitatem eorum, quae promiſſa fuerant, lubens recipiens. Quae enim expetit animus, libenter credit. Recumbentes igitur comedebant. Et cum Aurae miniſtranti, & poculis infuſum vinum porrigenti, ut prius Charicleae afferret, Cybele nutu ſignificaſſet, poſt illam ipſa viciſſim accepto poculo bibebat. Necdum erat totum epotum, cum iam aeſtuare anus videri, & eo, quod ſuperfuerat, effuſo, torvis oculis ancillam intueri, & vulſionibus ac inflammationibus acutiſſimis premi.

VIII. Inceſſit autem horror & perturbatio Charicleam, quae erigere illam conabatur. Inceſſit & alios, qui aderant praeſentes. Malum enim, ut apparebat, omni iaculi impetu celerius eſt, tabifico veneno tinctum, & vel ad

1 Ἄβρας) Sic omnes libri. Baſ. vero Αὔρας, cum interprete Latino. Male, iudice quoque Dorv. ad Char. pag. 45.

2 Δεδευμένου) Recte ſic Amiotus legiſſe videtur. In Codd. &

νέον τινὰ καὶ ἀκμάζοντα διαχρήσασθαι, τότε καὶ πλέον εἰς γηραιὸν σῶμα καὶ ἀπεσκληκὸς ἤδη προσομιλῆσαν, ὀξύτερον ἢ ὥστε εἰπεῖν τῶν καιριωτέρων καθίκετο. καὶ τό τε ὄμμα ἡ πρεσβῦτις ἐμπίπρατο, καὶ τὰ μέλη τῶν σπασμῶν ἐνδόντων πρὸς τὸ ἀκίνητον παρεῖτο, καὶ χροιὰ μελαίνουσα τὴν ἐπιφάνειαν ἐπεπόλαζεν. ἀλλ' ἦν, οἶμαι, καὶ δηλητηρίου ψυχὴ δολερὰ πικρότερον. ἡ γοῦν Κυβέλη καὶ ἐκθνήσκουσα, οὐ μεθίετο τῶν πανουργημάτων, ἀλλὰ τὰ μὲν νεύμασι, τὰ δὲ παραφθεγγομένη, Χαρίκλειαν εἶναι [1] τὴν ἐπιβουλευσαμένην ἐνεδείκνυτο. καὶ ὁμοῦ τε ἡ γραῦς ἀπέπνει. καὶ ἡ Χαρίκλεια [δὲ] δεσμῶτις εἴχετο, καὶ παρὰ τὴν Ἀρσάκην αὐτίκα ἤγετο. τῆς δὲ πυνθανομένης, εἰ τὸ φάρμακον αὐτὴ σκευάσειε, καὶ εἰ μὴ βούλοιτο λέγειν

iuvenem & florentem aetate interimendum ſatis virium habet. Tunc autem, cum in ſenili & iam effoeto corpore verſaretur, celerius, quam dici poteſt, in praeſtantiſſimas partes permanabat. Itaque anus ita conſumebatur, & membra, vulſionibus remiſſis, motu omni deſtituebantur ac diſſolvebantur, & color niger ſuperficiei cutis inducebatur. Sed erat, ut exiſtimo, vel veneno ipſo animus fraudulentus acerbior. Siquidem Cybele, iam efflans animam, dolos non intermittebat, ſed partim nutibus, partim interruptis & morientibus vocibus, ſignificabat Charicleam eſſe, quae illi ſtruxiſſet inſidias. Itaque anus extremum ſpiritum edebat: & ſimul Chariclea vincta detinebatur, & ad Arſacen continuo ducebatur. Hac vero quaerente, utrum venenum ipſa paraſſet, &,

& Baſ. obtinet δεδευμένον, quod nihili eſt. Mox pro ἀπεσκληκὸς Baſ. ἀπεσβηκὸς, & ὄνομα inepte pro ὄμμα.

1 Τὴν ἐπιβουλευσαμένην) Vitioſe Baſ. ἐπιβουλευσάμην. Palat. cum Xyl. ἐπιβουλεύσασαν. At ἐπιβουλευσαμένην Vatic. Mox δὲ, uncis incluſum, & e ſeq. voc. δεσμῶτις ortum, delendum videtur.

τἀληθὲς, κολαστήρια καὶ βασάνους ἀπειλούσης, καινὸν ἦν ἡ Χαρίκλεια τοῖς ὁρῶσι θέαμα. οὔτε γὰρ κατηφήσασα, οὔτε ἀγενές τι παθοῦσα, [1] γέλων ἐφαίνετο καὶ χλεύην τὰ παρόντα ποιουμένη, τὸ μὲν ὑπὸ ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος τῆς συκοφαντίας ἀφροντιστοῦσα, τὸ δὲ χαίρουσα, εἰ Θεαγένους οὐκ ἔτι ὄντος τεθνήξεται, καὶ κερδήσει τὸ ἐναγὲς τῆς πράξεως, ὃ καθ' ἑαυτῆς ἐγνώκει ποιεῖν ἑτέρων τοῦτο δρασάντων. καὶ, Ὦ θαυμάσια, ἔφη, εἰ μὲν ζῇ Θεαγένης, καθαρεύω κἀγὼ τοῦ φόνου. εἰ δέ τι πέπονθεν ὑπὸ τῶν σῶν [2] ὁσίων βουλευμάτων, οὐδὲν δεῖ σοι τῶν κατ' ἐμοῦ βασάνων· ἔχεις με τὴν φαρμακίδα, καὶ πολλῷ μᾶλλον τῆς καὶ θρεψαμένης σε, καὶ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων

ſi nollet verum fateri, cruciatus ac tormenta minitante: novum erat Chariclea inſpicientibus ſpectaculum. Neque enim triſtis, aut aliquid prae ſe ferens, quod degenerem animum argueret, ſed ridens venit in conſpectum, & ludibrio habens praeſentia negotia: partim propter conſcientiam recte factorum, calumniam negligens; partim gaudens, ſi, Theagene non amplius ſuperſtite, eſſet moritura, & quaſi in lucro poſitura, nefarium facinus, quod ipſa in ſe admittere ſtatuerat, aliis conficientibus. Et, O praeclara, inquit, ſi quidem vivit Theagenes, dico me eſſe inſontem huius caedis. Sin aliquid illi accidit tuis impiis conſiliis, nihil eſt tibi opus, ut ullis tormentis a me confeſſionem extorqueas: habes me, quae ſuſtuli eam, quae te enutriit, & ad pulcherrima facta

1 Γέλων ἐφαίν.) Sic recte Palat. At Baſ. γελῶσα ἐφαίνετο.

2 Ὁσίων βουλευμάτων) Sic Palat. & Vatic. tuente Commelino. Eſſe enim vocabulum μέσον, ut apud Latinos *ſacrum*; vel potius ironice hic dictum videri, ut & illa, ὦ θαυμάσια, & τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων. Equidem praetulerim Baſil. lectionem ἀνοσίων βουλευμάτων· neutra enim ſatis commoda videtur ratio. Sic eadem βουλεύματα ſtatim vocantur ἄνομα.

παιδευσαμένης, καὶ ἀπόσφαττε [1] μὴ μελλήσασα. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐφίλει Θεαγένης, ὁ τῶν σῶν ἀνόμων βουλευμάτων ἔννομος ὑπερόπτης.

θ'. Ἐξέμηνε τὰ εἰρημένα τὴν Ἀρσάκην, καὶ διαῤῥαπισθῆναι κελεύσασα, Ὡς ἔχει δεσμῶν ἄγετε τὴν ἀλιτήριον, καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις ὄντα καταξίαν ἐπιδείξαντες τὸν θαυμαστὸν αὐτῆς ἐρώμενον· παντί τε μέλει τὰ δεσμὰ ἐπιβαλόντες, Εὐφράτῃ καὶ ταύτην παράδοτε, φυλαχθησομένην ἐς αὔριον, τήν τε διὰ θανάτου τιμωρίαν ὑπὸ κρίσει τῶν ἐν τέλει Περσῶν ὑφέξουσαν. ἤδη δὲ ἀγομένης, τὸ οἰνοχοῆσαν τῇ Κυβέλῃ παιδισκάριον (ἦν δὲ τῶν Ἰωνικῶν ἅτερον τῶν [2] εἰς διακονίαν παρὰ τὴν πρώτην ὑπὸ τῆς Ἀρσάκης τοῖς νέοις δωρηθέντων) εἴ τέ τι παθὸν εὐνοίᾳ τῇ περὶ τὴν Χαρίκλειαν ὑπὸ

instituit, ac interfice sine ulla cunctatione. Nihil enim tantopere est cordi Theageni, qui tuos sceleratos conatus optimo iure aversatus est.

IX. In furorem verterunt haec Arsacen: & cum illam colaphis caedi iussisset, Ita, quemadmodum est, vinctam ducite, dicebat, piaculum hoc, ut illi ostendatis, in simili statu esse pro dignitate praeclarum illius amasium: &, cuilibet membro vinculis iniectis, Euphrati quoque istam tradite, ut custodiatur ad crastinum diem, & capitali poena iudicio magistratuum Persicorum damnetur. Cum autem iam duceretur, puella, quae erat a poculis Cybelae, (erat autem altera ex Ionicis mancipiis, quae initio iuvenibus in usum obsequii ab Arsace donata fuerant) sive quodam modo commota benevolentia erga

1 Μὴ μελλήσασα) Cod. Taur. μελήσασα, inepte. Paullo ante πολλῷ μᾶλλον additum a Commel. e Palat.

2 Εἰς διακονίαν) Inepta est omnium librorum lectio, Commelino non animadversa, εἰς διάνοιαν. Quid interpres prae se habuerit, vertens *invisum*, difficile dictu est. Legendum absque dubio εἰς διακονίαν.

συνηθείας τε καὶ συνδιαιτήσεως, εἴτε καὶ δαιμονίᾳ βουλήσει χρησάμενον, ὑπεδάκρυσέ τε καὶ ἐστέναξε. καὶ, Ὦ τῆς ἀθλίας, ἔφη, τῆς οὐδὲν αἰτίας. τῶν δὲ περιεστώτων θαυμασάντων, καὶ σαφῶς ὅ, τι λέγειν βούλοιτο ἐκφαίνειν ἀναγκαζόντων, αὐτὴ δεδωκέναι διωμολόγει τῇ Κυβέλῃ τὸ φάρμακον· εἰληφέναι τε παρ᾽ αὐτῆς ἐκείνης ἐφ᾽ ᾧ δοῦναι τῇ Χαρικλείᾳ· προληφθεῖσάν τε, εἴτε ὑπὸ θορύβου τῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν ἀτοπίας, εἴτε καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς Κυβέλης, προτέρᾳ δοῦναι τῇ Χαρικλείᾳ νευούσης, ἐναλλάξαι τὰς κύλικας, καὶ τῇ πρεσβύτιδι προσενεγκεῖν ἐν ᾧ ἦν τὸ φάρμακον. ἤγετο οὖν ἐπὶ τὴν Ἀρσάκην εὐθέως, ἕρμαιον ἁπάντων ποιουμένων, ἐλευθέραν εὑρεθῆναι τῶν ἐγκλημάτων τὴν Χαρίκλειαν. εὐγενεῦς γὰρ ἤθους καὶ ὄψεως, καὶ βάρβαρον γένος οἶκτος εἰσέρχεται. καὶ εἰπούσης ταῦτα τῆς θεραπαινίδος, πλέον ἐγίνετο οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἢ καὶ αὐτὴ

Charicleam, propter familiaritatem & confuetudinem, five divina voluntate impulfa, collacrimavit, & vehementius ingemifcens, O miferam, inquit, quae omnino eft a culpa vacua. His vero, qui circumftabant, admirantibus, & perfpicue, quid vellet dicere, proferre cogentibus, fe dediffe Cybelae venenum confitebatur, & accepiffe ab illa ipfa, ea conditione, ut Charicleae daret: deinde, feu perturbatione ex re inufitata anticipatam, feu inhibitam a Cybele, quae, ut prius daret Charicleae, innuerat, permutaffe pocula, & anui obtuliffe id, in quo venenum fuerat. Ducebatur igitur recta ad Arfacen, in lucro ponens, fi a crimine vacua Chariclea inveniretur. Generofae enim indolis & vultus commiferatio, etiam barbaricum genus fubire folet. Cumque eadem dixiffet ancilla, nihil proficiebatur: fed ipfam quoque con-

συνεργὸς ἔοικεν εἶναι εἰποῦσα ἡ Ἀρσάκη, δεσμεῖσθαι καὶ φρουρεῖσθαι εἰς τὴν κρίσιν ἐκέλευσε. τοὺς δὲ δυνάστας Περσῶν, οἳ τὸ βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῶν κοινῶν, καὶ δικάζειν τε καὶ τιμωρίας ὁρίζειν τὴν ἰσχὺν εἶχον, ἐπὶ τὴν κρίσιν εἰς τὴν ἑξῆς παρεκάλει διαπέμπουσα. καὶ ἡκόντων εἰς ἕω καὶ προκαθημένων, κατηγόρει μὲν ἡ Ἀρσάκη καὶ τὴν φαρμακείαν κατήγγελλεν, ἅπαντα ὡς εἶχεν ἀπαγγέλλουσα, καὶ συνεχὲς ἐπιδακρύουσα τὴν θρεψαμένην, καὶ ὡς τὴν πάντων τιμιωτέραν καὶ εὐνουστέραν ἀπολέσειε· μάρτυρας τοὺς δικαστὰς ἐπικαλουμένη, ὡς ξένην ὑποδεξαμένη, καὶ πάσης μεταδοῦσα φιλοφροσύνης, τοιαῦτα ἀντιπάθοι. καὶ ὅλως ἡ μὲν ἦν πικροτάτη κατήγορος· ἀπελογεῖτο δὲ οὐδὲν ἡ Χαρίκλεια, ἀλλ' ὡμολόγει καὶ αὖθις τὸ ἔγκλημα, καὶ τὸ φάρμακον ὡς δοίη συγκατετίθετο· προστιθεῖσα

ſciam & adiutricem eſſe dicens Arſace, in vincula coniici, & cuſtodiri ad iudicium praecepit: ac primates Perſarum, in quorum poteſtate conſilia de republica, & iudicia & poenarum determinationes continebantur, nuntiis dimiſſis, ad iudicium in ſequentem diem convocabat. Et cum multo mane venientes conſediſſent, accuſabat Arſace veneficii crimine, omnia, ut geſta fuerant, narrans, & identidem illacrimans, quod nutricem, & eam, quae illi omnibus rebus fuiſſet pretioſior, & maxima benevolentia erga ſe praeditam, amiſiſſet, provocans ad ipſos iudices teſtes, quod, cum peregrinam recepiſſet, ac omnia humanitatis officia illi impertiviſſet, talibus ab illa iniuriis gratiae loco afficeretur. In ſumma, illa quidem fuerat acerrima accuſatrix: nihil autem reſpondebat Chariclea, ſed rurſus etiam confitebatur crimen, & , quod venenum dediſſet, affirmabat; addens in-

ὡς καὶ τὴν Ἀρσάκην διαχρήσαιτο ἡδέως, εἰ μὴ προείληπται, καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις, τὴν μὲν Ἀρσάκην ἐκ τοῦ εὐθέως λοιδορουμένη, καὶ παντοίως τοὺς δικαστὰς εἰς τὴν τιμωρίαν ἐκκαλουμένη. τὰ γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἅπαντα τῷ Θεαγένει [τῆς] νυκτὸς καὶ κατὰ τὸ δεσμωτήριον ἀναθεμένη, τὰ παρ' ἐκείνου τε ἐν μέρει πυθομένη, συνθεμένη τε ὡς εἰ δεήσει πάντα θάνατον ἐπαγόμενον αὐθαιρέτως δέχεσθαι, καὶ ἀπηλλάχθαι λοιπὸν ζωῆς ἀνιάτου, καὶ ἄλης ἀνηνύτου, καὶ τύχης ἀσπόνδου, τὰ τελευταῖα δὲ ὡς ἐδόκει κατασπασαμένη, τούς τε συνεκτεθέντας ὅρμους, ἀεὶ μὲν καὶ ἀπορρήτως ἐπιφέρεσθαι προνοουμένη, τότε δὲ τῆς ἐσθῆτος ἐντὸς καὶ ὑπὸ γαστέρα ζωσαμένη, καὶ οἷον ἐντάφιά τινα ἐπιφερομένη, πᾶν ἔγκλημά τε καὶ θάνατον ἐπαγόμενόν τε ὡμολόγει, καὶ μὴ ἐπαγόμενον ἀνέπλαττεν. ἐφ' οἷς οἱ δικάζοντες οὐδὲ μελλήσαντες, μικροῦ

ſuper, quod & Arſacen libenter ſuſtuliſſet, niſi anticipata fuiſſet; aliaque praeterea, Arſacen directe conviciis onerans. Cum enim omnes ſuas rationes noctu in carcere cum Theagene communicaſſet, ac illius viciſſim audiviſſet, pactaque eſſet, ut, ſi oporteret, omne genus mortis, quod decerneretur, ſponte adiret, ac diſcederet e vita moleſtiarum plena, & errore irrito, & fortuna implacabili, denique cum illi ultimo, ut eſt conſentaneum, amanter valedixiſſet, moniliaque cum illa expoſita, quae alioqui ſemper & occulte ferre ex induſtria ſolita fuerat, tum intra veſtem utero ſuccinxiſſet, quaſi quaedam iuſta exſequiarum ſecum ferens; omne crimen, omnemque mortem, cuius inſimulabatur, confitebatur, & non inſimulata nihilominus ipſa comminiſcebatur. Quam ob cauſam iudices neque cunctati, parum aberat, quin il-

μὲν ἐδέησαν ὠμοτέρᾳ τε καὶ Περσικῇ τιμωρίᾳ ὑπερβαλεῖν· ἴσως δέ τι πρὸς τὴν ὄψιν καὶ τὸ νέον τε καὶ ἄμαχον τῆς ὥρας παθόντες, πυρὶ καταναλωθῆναι κατέκριναν. ἥρπαστο οὖν αὐτίκα πρὸς τῶν δημίων, καὶ μικρὸν τοῦ τείχους ἐκτὸς ἤγετο, κήρυκος, ὅτι ἐπὶ Φαρμάκοις [1] εἰς πυρὰν ἄγοιτο, συνεχῶς ἐκβοῶντος, πολλοῦ καὶ ἄλλου πλήθους ἐκ τῆς πόλεως ἐπακολουθήσαντος· οἱ μὲν γὰρ αὐτόπται ἐγεγόνεισαν ἀγομένης, οἱ δὲ πρὸς τῆς ἀκοῆς τάχιστα [2] κατὰ τὸ ἄστυ διαδραμούσης ἐπὶ τὴν θέαν ἠπείχθησαν. ἀφίκετο δὲ καὶ ἡ Ἀρσάκη, καὶ θεωρὸς ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐγίνετο. δεινὸν γὰρ, εἰ μὴ καὶ τὴν ὄψιν ἐμφορηθείη τῆς εἰς Χαρίκλειαν κολάσεως, ἐποιεῖτο. κἀπειδὴ τὴν πυρκαϊὰν ὡς ὅτι μεγίστην ἐνῆψαν οἱ δήμιοι, καὶ τὴν φλόγα ὑποβαλλόντων λαμπρῶς ἐξῆπτον, μικρὸν ἐνδοθῆναι αὐ-

lam atrociori, & Persico supplicio subiicerent: verumtamen fortasse quodammodo commoti adspectu, ac iuvenili & invicta forma, ut igne cremaretur, decreverunt. Rapta est igitur continuo a tortoribus, & paullulum extra murum ducebatur, praecone, quod propter veneficium ad rogum duceretur, continue proclamante, & magna multitudine hominum praeterea ex urbe sequente. Quidam enim ipsi eam viderant, cum duceretur; quidam vero ex auditu & rumore, qui celerrime urbem pervaserat, properabant. Venit autem & Arsace, & spectatrix de muro fiebat. Acerbum enim illi esse videbatur, si se adspectu supplicii Charicleae non exsatiasset. Postquam autem rogum maximum tortores exstruxerunt, & flammis subiectis clare succenderunt, paullulum sibi con-

1 Εἰς πυρὰν ἄγοιτο) Ita Palat. cum Bas. At Xyl. εἰς πῦρ ἀνάγοιτο. Pro συνεχῶς Palat. συνεχές.

2 Κατὰ τὸ ἄστυ διαδραμούσης) Δραμούσης Bas. quod praetulerim.

γῇ πρὸς τῶν ἑλκόντων ἡ Χαρίκλεια παρακαλέσασα, καὶ ὡς ἑκοῦσα ἐπιβήσεται τῆς πυρᾶς ἐπαγγειλαμένη, τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν [καὶ] καθ' ὃ μέρος ἐπέβαλεν ὁ ἥλιος τὴν ἀκτῖνα ἀνατείνασα· Ἥλιε, ἀνεβόησε, καὶ γῆ καὶ δαίμονες, οἱ ἐπὶ γῆς τε καὶ ὑπὸ γῆν ἀνθρώπων ἀθεμίτων ἔφοροί τε καὶ τιμωροὶ, καθαρὰν μὲν εἶναί με τῶν ἐπιφερομένων, ὑμεῖς ἐστε μάρτυρες· ἑκοῦσαν δὲ ὑπομένουσαν τὸν θάνατον διὰ τὰς ἀφορήτους τῆς τύχης ἐπηρείας, ἐμὲ μὲν σὺν εὐμενείᾳ προσδέξασθε. τὴν δὲ ἀλάστορα καὶ ἀθεμιτουργὸν καὶ μοιχαλίδα, καὶ ἐπ' ἀποστερήσει νυμφίου τοῦ ἐμοῦ ταῦτα δρῶσαν Ἀρσάκην, ὡς ὅτι τάχιστα τιμωρήσασθε. καὶ εἰποῦσα, πάντων ἐκβοώντων τι πρὸς τὰ εἰρημένα, καὶ ἐπέχειν τὴν τιμωρίαν εἰς δευτέραν κρίσιν, τῶν μὲν εὐτρεπιζομένων, τῶν δὲ καὶ ὁρμησάντων, ἐπέβη προλαβοῦσα τῆς πυρᾶς· καὶ εἰς τὸ μεσαίτατον ἐνιδρυθεῖσα, αὐτὴ μὲν ἐπιπλεῖστον ἀπαθὴς εἱστήκει, περιῤῥέον-

cedi temporis Chariclea, ab his, qui trahebant, cum petiiſſet, & ſe ſponte rogum conſcenſuram promiſiſſet: O ſol, exclamavit, & terra, beatique, quicunque ſupra terram eſtis, & infra terram hominum ſceleratorum inſpectores & vindices, quod ſim inſons eorum, quorum inſimulor, vos eſtis teſtes. Sponte autem me laturam mortem, propter intolerabiles animi dolores, benigne clementerque ſuſcipite. De hoc vero piaculo Arſace, quae ſe ſceleratis factis polluit, & adultera eſt, & haec, ut meo ſponſo me privet, facit, quamprimum ſumite poenas. Haec cum dixiſſet, omnibus quiddam exclamantibus ad ea, quae dicta fuerant, & aliis inhibere poenam ad aliud iudicium adornantibus, aliis iam conantibus, praevertens rogum conſcendit, & in medium ſeſe conferens, diu intacta ſtetit, circumvagante potius igne,

τος αὐτὴν μᾶλλον τοῦ πυρὸς ἢ προσπελάζοντος, κ
λυμαινομένου μὲν οὐδὲν, ὑποχωροῦντος δὲ καθ' ὃ μέρ
ὁρμήσειεν ἡ Χαρίκλεια, καὶ περιαυγάζεσθαι μόνον κ
διοπτεύεσθαι παρέχοντος ἐπιφαιδρυνομένην ἐκ τοῦ π
ριαυγάσματος τὸ κάλλος, καὶ οἷον ἐν πυρίνῳ θαλά
μῳ νυμφευομένην. ἡ δὲ ἄλλοτε ἄλλῳ μέρει τῆς π
ρᾶς ἐνήλατο, θαυμάζουσα μὲν τὸ γινόμενον, ἐπισπει
δουσα δὲ πρὸς τὸν θάνατον. ἤνυε δὲ οὐδὲν, ὑποχωροῦ
τος ἀεὶ τοῦ πυρὸς, καὶ ὥσπερ ὑποφεύγοντος πρὸς τ
ἐκείνης ἐφόρμησιν. οἱ δήμιοι δὲ οὐκ ἀνίεσαν, ἀλλ' ἐν
κειντο πλέον, (καὶ τῆς Ἀρσάκης νεύμασιν ἀπειλητι
κοῖς ἐγκελευομένης) ξύλα τε ἐπιφορτίζοντες, καὶ τ
ποταμίαν καλάμην ἐπισωρεύοντες, καὶ παντοίως τ
φλόγα ἐρεθίζοντες. ὡς δὲ ἠνύετο οὐδὲν ἔτι, καὶ πλέ
ἡ πόλις ἐκτετάρακτο, καὶ δαιμονιαν εἶναι τὴν ἐπικο
ρίαν εἰκάζουσα, Καθαρὸν τὸ γύναιον, ἀνεβόα, ἀναι

quam appropinquante, & nihil nocente, ſed cedente
in quam partem ſe Chariclea conieciſſet, ac, ut illu
ſtraretur tantum, circumſtante ſplendore, magis ob pu
chritudinem conſpicua, & quaſi in igneo thalamo nu
bens, efficiente. Illa autem nunc in hanc, nunc in alia
partem rogi tranſiliebat, admirans illud, quod fiebat, &
ad mortem accelerans: ceterum nihil proficiebat, ſem
per dante locum igne, & tanquam ad illius motum re
fugiente. Tortores autem non remittebant quidquam
ſed magis etiam tum incumbebant, (Arſace quoque nu
tibus minacibus imperante) ligna congerentes, & flu
viatilem arundinem cumulantes, ac omni ratione flam
mam alentes & concitantes. Sed nec ita quidquam pro
ficiebatur, ſed magis urbs perturbabatur: &, divina
opem eſſe exiſtimans, Inſons eſt muliercula, crimine va

ιον τὸ γύναιον. καὶ προσιόντες ἀπὸ τῆς πυρᾶς ἀπε-
όβουν, τοῦ Θυάμιδος ἐξάρχοντος, καὶ τὸν δῆμον εἰς
ὴν βοήθειαν ἐπιῤῥωννύντες· ἤδη γὰρ κἀκεῖνος παρεγε-
όνει τῆς ἀπείρου βοῆς τὸ γινόμενον μηνυούσης· καὶ
ὴν Χαρίκλειαν ἐξελέσθαι προθυμούμενοι, πλησιάζειν
ιὲν οὐκ ἐθάρσουν, [1] ἐξάλλεσθαι δὲ τῇ κόρῃ τῆς πυρ-
αίας ἐνεκελεύοντο· οὐ γὰρ δὴ δέος τὴν ἐνδιαιτωμένην
ῇ φλογὶ, καὶ ἀπολιπεῖν βουλομένην. ἅπερ ὁρῶσα
αὶ ἀκούουσα ἡ Χαρίκλεια, νομίσασά τε καὶ αὐτὴ
ρὸς θεῶν εἶναι τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἄμυναν, ἔγνω μὴ
ιχαριστεῖν πρὸς τὸ κρεῖττον, ἀρνουμένη τὴν εὐεργεσίαν,
ξήλατό τε τῆς πυρᾶς· ὡς τὴν μὲν πόλιν ὑπὸ χαρᾶς
ιμα καὶ ἐκπλήξεως μέγα τε καὶ σύμφωνον ἐκβοῆ-
αι, καὶ μεγάλους τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖσθαι· τὴν δὲ
Ἀρσάκην μὴ κατασχοῦσαν, καθάλλεσθαί τε ἀπὸ τῶν

ua eſt muliercula! exclamabat: & accedentes pleri-
ue, tortores a rogo repellebant, Thyami incipiente,
populo ad auxilium ferendum, animum addente, (iam
nim & ille advenerat, immenſo clamore id, quod fie-
at, indicante) & Charicleam eripere cupientes, proxi-
ne quidem accedere non audebant, ſed, ut ipſa rogo
xcederet, puellae imperabant. Non enim quidquam pe-
riculi eſſe metuendum ei, quae in igne verſata ſit, ſi
um relinquere voluerit. Quae videns & audiens Cha-
riclea, & ipſa putans, ſe divino praeſidio defenſam eſſe,
ſtatuit, ſe non ingratam eſſe debere erga numen, nec re-
icere beneficium, & exſiluit e rogo: ut urbs prae gau-
dio ſimul & ſtupore magnum clamorem & conſonan-
tem tolleret, ac magnos Deos invocaret; Arſace vero,
non compos ſui ipſius, deſiliret ex muris, & per por-

1 Ἐξάλλεσθαι) Errore librarii repetitum ἐξελέσθαι, quod ſtatim praeceſſit. Unde & in ed. Baſ. hic error propagatus eſt.

τειχῶν, καὶ διὰ πυλίδος ἐκδραμοῦσαν σὺν πολλῇ δορυφορίᾳ καὶ τοῖς δυναστεύουσι Περσῶν, ἐπιβάλλειν τε αὐτὴν τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, καὶ εἰς τὸν δῆμον ἰταμὸν ἐνορῶσαν, Οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰπεῖν, ἀλιτήριον γύναιον καὶ φαρμακίδα, καὶ φόνων ἐργάτιν ἐπαυτοφώρῳ ληφθεῖσαν καὶ ὁμολογήσασαν ἐξελέσθαι τῆς τιμωρίας πειρώμενοι; καὶ ἅμα μὲν ἀθεμίτῳ γυναίῳ βοηθοῦντες, ἅμα δὲ νόμοις τοῖς Περσῶν, καὶ βασιλεῖ τε αὐτῷ καὶ σατράπαις, καὶ δυνάσταις καὶ δικασταῖς ἀνθιστάμενοι, ὑπὸ τοῦ μὴ ἐμπεπρῆσθαι αὐτὴν ἴσως εἰς ἔλεον ἀπατώμενοι, καὶ θεοῖς τὸ ἔργον ἐπιγράφοντες; οὐδὲ ἐννοήσετε σωφρονήσαντες, ὡς τοῦτο καὶ μᾶλλον αὐτῆς βεβαιοῖ τὴν φαρμακείαν, ἢ τοσοῦτον περίεστι τῆς γοητείας, ὡς καὶ πρὸς τὴν πυρὸς δύναμιν ἀπομάχεσθαι; συνέλθετε, εἰ δοκεῖ, πρὸς τὸ συνέδριον εἰς αὔριον δημοσίᾳ δι' ὑμᾶς ἐσόμενον· καὶ γνώσεσθε αὐ-

tulam excurrens, cum magna caterva ſtipatorum, & proceribus Perſarum, iniiceret ipſa Charicleae manus, & populum proterve adſpiciens, Non pudet vos, diceret, ſceleratam mulierem, & veneficam, & auctorem caedis, in ipſo facinore deprehenſam, & confeſſam, conari poenae eripere? cum quidem interim, dum ſceleſtae mulierculae opem fertis, ſimul Perſarum legibus, & ipſi regi, & ſatrapis, & proceribus, ac iudicibus reſiſtatis; inde fortaſſe, quod non conflagravit, ad miſericordiam errore quodam flexi, & Diis eventum illum adſcribentes. An non tandem redeuntes ad meliorem mentem, intelligetis, quod hoc ipſum magis illius veneficium confirmet, cui tanta ſit praeſtigiarum copia, ut etiam ignis viribus repugnare poſſit? Convenite, ſi videtur, in concilium craſtino die, quod ex vobis publice conſtabit:

τήν τε ὁμολογοῦσαν, καὶ ὑπὸ τῶν συνειδότων, οὓς ἔχω φρουροῦσα, διελεγχομένην. καὶ ἅμα ἀπῆγεν αὐτὴν τῷ τραχήλῳ προσφῦσα, καὶ τοὺς δορυφόρους ἀναστέλλειν τὸν ὄχλον ἐπιτάξασα. οἱ δὲ τὰ μὲν ἠγανάκτουν, καὶ ἀνθίστασθαι διεσκόπουν· τὰ δὲ ὑπεῖκον, ἅμα τι καὶ τῇ ὑπονοίᾳ τῆς φαρμακείας ὑπαγόμενοι, τινὲς δὲ καὶ δέει τῆς Ἀρσάκης καὶ τῆς περὶ αὐτὴν δυνάμεως ἀποτρεπόμενοι. καὶ ἡ μὲν Χαρίκλεια αὖθις τῷ Εὐφράτῃ παραδίδοται, καὶ αὖθις πλείοσι τοῖς δεσμοῖς ἐνεβέβλητο, δευτέρᾳ κρίσει καὶ τιμωρίᾳ φυλαττομένη, κέρδος ἓν μέγιστον ὡς ἐν δεινοῖς εὑρισκομένη, τὸ συνεῖναι Θεαγένει, καὶ τὰ καθ' αὐτὴν ἐκδιηγεῖσθαι. τῇ μὲν γὰρ Ἀρσάκῃ καὶ τοῦτο εἰς τιμωρίαν ἐπενενόητο, ὥσπερ ἐπικερτομούσῃ καὶ πλέον νομιζούσῃ τοὺς νέους ἀνιάσειν, εἰ καθ' ἓν δεσμωτήριον καθειργμένοι, θεαταὶ γίγνοιντο ἀλλήλων ἐν δεσμοῖς καὶ κολάσεσιν ἐξε-

τὸν ἀπὸ τῶν σκελῶν ὁλκὸν τὴν ἀποῤῥοὴν εἰσωχέτευσεν. οἷα δὲ ἐξ ὑπερδεξίων πρὸς χθαμαλώτερον, καὶ ἐξ ἀπείρου τῆς κατὰ τὸν Νεῖλον εὐρύτητος, στενῷ πορθμῷ τὸ ὕδωρ ἐμπίπτον, καὶ ταῖς χειροποιήτοις ὄχθαις θλιβόμενον, πολύν τινα καὶ ἄφραστον κατὰ μὲν τὸ στόμιον φλοῖσβον, κατὰ δὲ τὸν ὁλκὸν ἐξάκουστον καὶ τοῖς ποῤῥωτάτω πάταγον ἀπετέλει. ἅπερ ἀκούοντες, ἤδη δὲ καὶ ὁρῶντες οἱ κατὰ τὴν Συήνην, καὶ οἷ κακῶν ἦσαν συνιέντες, καὶ ὡς ἐπικλυσμός ἐστιν ὁ σκοπὸς τοῦ περιτειχίσματος, οὔτε ἀποδρᾶναι τὴν πόλιν ἔχοντες, ἅτε τοῦ χώματος καὶ ἤδη πλησιάζοντος τοῦ ὕδατος τὴν ἔξοδον ἀποκλειόντων, οὔτε τὸ μένειν ἀκίνδυνον ὁρῶντες, ἐκ τῶν ἐνόντων πρὸς βοήθειαν τὴν αὐτῶν παρεσκευάζοντο. καὶ πρῶτον μὲν τῶν κατὰ τὰς πύλας [1] σανιδωμάτων διεστώτων, θρυαλίδι τε καὶ ἀσφάλτῳ διέφραττον· ἔπειτα τὸ τεῖχος πρὸς ἀσφαλεστέραν ἕδραν διήρειδον,

veum cruribus interceptum derivavit. Sicuti igitur ab editori loco in declivem, & ex immenſa Nili latitudine anguſto ſinu aqua incidens, manuque factis ripis cohibita, ingentem quendam & ineffabilem cum ad oſtium ſtrepitum, tum ſonitum in alveo, ut vel ab iis, qui longiſſime aberant, exaudiri poſſet, edebat. Quod cum audirent iam, & viderent hi, qui erant Syene, &, in quanta mala incidiſſent, intelligerent, quod videlicet illius circumvallationis eluvio ſcopus eſſet, neque effugere ex urbe poſſent, aggere & aquae affluxu exitum intercludente, neque manere tutum eſſe cernerent, ad opem ferendam ſibi, quantum facultatis praeſentis ſtatus ratio dabat, ſeſe apparabant. Inprimis autem, ubi tabulata circa portas diſceſſerant, ſtupa & bitumine obmuniebant & obturabant: deinde murum, ut firmiori in ſe-

1 Σανιδωμάτων διεστώτων) Pal. σανιδωμάτων τὰ διεστῶτα. Xyl. τῶν διεστώτων. Equidem priorem praetulerim lectionem.

ὁ μέν τις χῶμα, ὁ δὲ λίθους, ὁ δὲ ξύλα καὶ τὸ προστυχὸν ἕκαστος ἐπιφέρων. καὶ ἦν οὐδεὶς ἡσυχάζων, ἀλλ' ὁμοίως γυνὴ, παῖς καὶ πρεσβύτης ἔργου εἴχετο. γένος γὰρ οὐδὲν οὐδὲ ἡλικίαν ὁ περὶ ψυχῆς δυσωπεῖται κίνδυνος. οἱ δυνατώτεροι δὲ καὶ τὸ ἀκμάζον ἐν ὅπλοις, αὐλῶνά τινα στενόν τε καὶ ὑπόγειον ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ χῶμα τῶν πολεμίων διϊκνούμενον, ὀρύττειν ἀποκεκλήρωτο.

δ'. Καὶ δὴ καὶ ἠνύετο τὸ ἔργον ὧδε. Φρεατίαν τοῦ τείχους πλησίον εἰς ὀργυιάς που πέντε τὴν κάθετον βαθύναντες, καὶ τοὺς θεμελίους ὑποδραμόντες, ἐγκάρσιοι τοεντεῦθεν ὑπὸ πυρσοῖς ἐπ' εὐθείας τινὰ φέροντα τῶν χωμάτων ὑπόνομον ἐκοίλαινον, τῶν κατόπιν ἀεὶ καὶ δευτέρων παρὰ τῶν προτέρων ἐν τάξει τὸν χοῦν ἀεὶ διαδεχομένων, καὶ εἴς τι μέρος τῆς πόλεως πάλαι κηπευόμενον ἐκφορούντων, καὶ εἰς κολωνὸν ἐγειρόντων.

de maneret, suffulciebant; hic humum, ille lapides, nonnemo ligna, & quilibet id, quod obvium fuerat, aggerens. Denique nemo quiescebat; sed & mulieres & pueri, perinde ac senes, in opus incumbebant. Nullius enim sexus, nec aetatis, opem repudiat periculum de vita. Robustiori autem aetati, & vegetae, quae in armis erat, cuniculi cuiusdam angusti & subterranei ad hostium aggerem agendi negotium datum fuerat.

IV. Et quidem hac ratione opus perficiebatur. Puteum prope murum, fere quinque orgyarum, recta instar perpendiculi profunditate cum effodissent, & fundamenta subiissent, transversim deinceps, facibus accensis, recta ad aggeres ducentem cuniculum agebant; iis, qui subsequebantur a tergo, & posterioribus, semper a prioribus iusto ordine humum effosam recipientibus, & in quandam partem urbis iampridem hortis occupatam efferentibus, ac in tumulum aggerentibus. Haec vero fa-

ταῦτα δὲ ἔπραττον, ῥήξεως ἐνδόσιμον τῷ ὕδατι κατὰ τὸ κενὸν, εἴ ποτε ἐπέλθοι, προμηθούμενοι. ἀλλ' ὅμως ἔφθανε τὰ δεινὰ τὴν προθυμίαν· καὶ ὁ Νεῖλος ἤδη τὸ μακρὸν χῶμα παραμείψας, ἐπίφορος τῶν κατὰ τὸν κύκλον ἐνέπιπτε, καὶ πανταχόθεν περιῤῥυεὶς, τὸ μεταίχμιον τῶν τειχῶν ἐλίμναζε. καὶ νῆσος αὐτίκα ἦν ἡ Συήνη, καὶ περίῤῥυτος ἡ μεσόγαιος τῷ Νειλῴῳ κλύδωνι κυματουμένη. καταρχὰς μὲν δὴ καὶ χρόνον τῆς ἡμέρας ἐπ' ὀλίγον ἀντεῖχε τὸ τεῖχος· ἐπειδὴ δὲ ἐπιβρίσαν τὸ ὕδωρ εἰς ὕψος τε ἤρετο, καὶ διὰ τῶν ἀραιωμάτων τῆς γῆς, οἷς μέλαινα καὶ εὔγειος οὖσα πρὸς τῆς θερινῆς ὥρας κατέσχιστο, πρὸς τὰ βάθη κατεδύετο, καὶ τὴν κρηπῖδα τοῦ τείχους ὑπέτρεχε· τότ' ἤδη πρὸς τὸ ἄχθος ἐνεδίδου τὸ ὑποκείμενον. καὶ καθ' ὃ μέρος χαυνούμενον ἰζήσειε, ἐνταῦθα τὸ τεῖχος ὤκλαζε, καὶ

ciebant eo conſilio, ut, ſi aqua ad locum illum terra vacuum perveniſſet, ad perruptionem occaſionem & aditum haberet. Sed tamen calamitas antevertebat civium promptitudinem. Nilus enim, iam longum ductum aggeris tranſgreſſus, impetu in ſpatium circuli delabebatur, & undiquaque circumfluens, ſpatium inter muros interceptum quaſi ſtagnum quoddam efficiebat. Atque ita continuo exſiſtebat inſula Syene, & mediterranea urbs circumflua, Nili fluctibus aeſtuans. Initio quidem, & unius diei ſpatio ſuffecit ſuſtinendae moli murus. Ceterum poſtquam ingruens vis aquae in altum attollebatur, & per fiſſuras terrae, quae, cum nigra & pinguis eſſet, aeſtivo tempore diſceſſerat, in profundum penetrabat, & fundamenta muri ſubibat: tum iam ponderi cedebat ſubiecta moles, & qua parte ob mollitiem & laxitatem terra deſediſſet, ibi murus inclinabat, & vacillatione peri-

τῷ σάλῳ τὸν κίνδυνον ἐπεσήμαινεν, ἐπάλξεών τε κραδαινομένων, καὶ τῶν ὑπερμαχομένων τῷ βρασμῷ κλονουμένων.

έ. Ἤδη δὲ ἑσπέρας ἐπιούσης, καὶ μέρος τι τοῦ τείχους καὶ μεταπύργιον ἐκκαταῤῥίπτεται· οὐ μὴν ὥστε χθαμαλωτέραν γενέσθαι τῆς λίμνης τὴν πτῶσιν, οὐδ' ὥστε εἰσδέξασθαι τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ πέντε που πήχεις ὑπερέχουσαν, ἀπειλουμένην ὅσον οὔπω κατεπτηχέναι τὴν ἐπίκλυσιν. ἐφ' οἷς οἰμωγή τε συμμιγὴς τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐξάκουστος καὶ τοῖς πολεμίοις ἐγίνετο, καὶ χεῖρας εἰς οὐρανὸν αἴροντες, τὴν ὑπολειπομένην ἐλπίδα, θεοὺς ἐπεβοῶντο σωτῆρας, καὶ τὸν Ὀροονδάτην ἐπικηρυκεύεσθαι πρὸς Ὑδάσπην ἱκέτευον. ὁ δὲ ἐπείθετο μὲν, δοῦλος καὶ ἄκων τῆς τύχης γινόμενος, ἀποτετειχισμένος δὲ τῷ ὕδατι, καὶ ὅπως ἄν τινα διαπέμψαιτο ὡς τοὺς πολεμίους ἀδυνατῶν, ἐπίνοιαν ὑπὸ τῆς ἀναγ-

culum ruinae denuntiabat, cum propugnacula quaſſarentur, & propugnatores ebullitionis impetu concuterentur.

V. Porro veſpera adveniente, iam & quaedam pars muri turribus intercepta corruit, non quidem ita, ut ruina ſtagno inferior fieret, neque ut aquam recipere poſſet, ſed ut quinque ulnas utique emineret, minitans propemodum terrorem eluvionis. Propter quae comploratio mixta eorum, qui fuerant in urbe, quae & ab hoſtibus exaudiri poterat, oriebatur: & manus ad coelum tendentes, quod ſpei reliquum erat, Deos ſervatores invocabant, & Oroondatem, ut legatos ad Hydaſpem de pace acturos mitteret, ſupplices orabant. Ille autem parebat quidem, ſervus fortunae vel invitus factus. Ceterum aquis interclusus, & rationis, qua tranſmittere nuntios ad hoſtes poſſet, inops, neceſſitate eſt edoctus. Cum

κης ἐδιδάσκετο· γραψάμενος [γὰρ] ἃ ἐβούλετο, καὶ λίθῳ τὴν γραφὴν ἐναψάμενος, σφενδόνῃ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἐπρεσβεύετο, διαπόντιον τὴν ἱκεσίαν τοξευόμενος. ἤνυε δὲ οὐδὲν, ἐλαττουμένης τοῦ μήκους τῆς βολῆς, καὶ τῷ ὕδατι προεμπιπτούσης. ὁ δὲ καὶ αὖθις τὴν αὐτὴν γραφὴν ἐκτοξεύων ἀπετύγχανε· πάντων μὲν τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν ἐφικέσθαι τῆς βολῆς φιλοτιμουμένων, οἷα δὴ τὸν περὶ ψυχῆς σκοπὸν ἀθλούντων, ἁπάντων δὲ τὰ ὅμοια πασχόντων. τέλος δὲ τὰς χεῖρας εἰς τοὺς πολεμίους ὀρέγοντες τοῖς χώμασιν ἐφεστῶτας, καὶ θέατρον τὰ πάθη τὰ ἐκείνων ποιουμένους, ἐλεεινῶς τοῖς σχήμασι τὸ βούλευμα τῶν τοξευμάτων ὡς δυνατὸν ἔφραζον· νῦν μὲν ὑπτίας προτείνοντες εἰς ἱκεσίας ἔμφασιν, νῦν δὲ κατὰ νώτων πρὸς δεσμὸν περιάγοντες, εἰς δουλείας ἐξομολόγησιν. ὁ δὲ Ὑδάσπης ἐγνώριζε μὲν

enim ſcripſiſſet, quae volebat, & ad lapidem deligaſſet, funda ad hoſtes nuntii loco adiiciebat, ſupplices preces trans mare mittens. Ceterum nihil proficiebat, cum iactus languidior eſſet, quam ut longitudinem aequare poſſet, & prius in aquam incideret, quam ſpatium ſuperaret. Ille autem rurſus eadem ratione epiſtolam eiaculatus, ſpe lapſus eſt, omnibus ſagittariis & funditoribus, tanquam iis, quibus erat de ſcopo fortunae contentio, ſummo ſtudio traiicere intervallum annitentibus, univerſis autem eadem ratione laborantibus. Ad extremum autem manus tendentes ad hoſtes, qui in munitionibus ſtabant, & theatrum illorum calamitates faciebant, miſerabili geſtu, quid ſibi vellent illi iactus, quantum fieri potuit indicabant, nunc quidem ab anteriore parte manus protendentes in ſpeciem ſupplicum, nunc vero poſt terga ad vincula recipienda circumducentes ad ſervitutis confeſſionem. Hydaſpes autem agnoſcebat

σωτηρίαν αἰτοῦντας· καὶ παρέχειν ἦν ἕτοιμος· (ὑπαγορεύει γὰρ τοῖς χρηστοῖς φιλανθρωπίαν πολέμιος ὑποπίπτων·) τὸ παρὸν δὲ ἀδυνάτως ἔχων, ἔγνω σαφεστέραν λαβεῖν τῶν ἐναντίων ἀπόπειραν. καὶ ἦν γὰρ πορθμεῖα τῶν ποταμίων προευτρεπισμένος, ἃ κατὰ ῥοῦν τῆς διώρυχος ἐκ τοῦ Νείλου φέρεσθαι συγχωρήσας, ἐπειδὴ τῷ κύκλῳ τοῦ χώματος προσηνέχθη, καθελκύσας εἴχετο, τούτων δέκα νεόπηκτα ἐπιλέξας, τοξότας τε ὁπλίτας ἐνθέμενος, ἅ τε χρὴ λέγειν ἐπιστείλας, ὡς τοὺς Πέρσας ἐξέπεμπεν. οἱ δὲ ἐπεραιοῦντο πεφραγμένοι, ὡς εἴ τι καὶ παρ' ἐλπίδας ἐγχειροῖεν οἱ ἐπὶ τῶν τειχῶν εὐτρεπίσθαι πρὸς ἄμυναν. καὶ ἦν θεαμάτων τὸ καινότατον· ναῦς ἀπὸ τειχῶν πρὸς τείχη περαιουμένη, καὶ ναύτης ὑπὲρ μεσογαίας πλοϊζόμενος, καὶ πορθμεῖον κατὰ τὴν ἀρόσιμον ἐλαυνόμενον. καινουργὸς δὲ ὢν ἀεί

quidem, illos ſalutem petere, & paratus fuerat illis eam dare: (indicit enim quodammodo & imperat praeſtantibus viris clementiam, ſubiectus hoſtis) in praeſentia vero cum expeditam rationem nullam haberet, ſtatuit certius ſumere hoſtium experimentum. Erant autem iam antea navigia fluviatilia parata, quae per defluxum foſſae ex Nilo ferri ſinens, poſtquam ad ambitum aggeris delata ſunt, attracta detinuit. Ex his decem, quae nuper compacta fuerant, cum delegiſſet, & ſagittarios ac armatos in illa impoſuiſſet, & imperaſſet, quae illos dicere oporteret, ad Perſas emiſit. Illi autem tranſmittebant inſtructi, ut ſi quid vel praeter ſpem tentarent ii, qui erant in muris, ad ineundum proelium eſſent parati. Erat autem inprimis novum ſpectaculum, cum navis a muris ad muros tranſiret, & nauta in mediterranea regione navigaret, denique navigium per locum cultum impelleretur. Cumque ſit novarum rerum auctor ſemper

πως ὁ πόλεμος, τότε τὶ καὶ πλέον καὶ οὐδαμῶς εἰωθὸς ἐθαυματούργει, ναυμάχους τειχομάχοις συμπλέξας, καὶ λιμναίῳ στρατιώτῃ χερσαῖον ἐφοπλίσας. οἱ γὰρ δὴ κατὰ τὴν πόλιν τὰ σκάφη καὶ τοὺς ἐμπλέοντας ἐνόπλους τε καὶ καθ᾽ ὃ μέρος κατήρειπτο τὸ τεῖχος ἐπιφερομένους θεασάμενοι, καταπλῆγες ἄνθρωποι, καὶ πτοίας ἤδη πρὸς τῶν περιεχόντων κινδύνων ἀνάμεστοι, πολεμίους καὶ τοὺς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ σφῶν ἥκοντας ὑπετόπαζον· (πᾶν γὰρ ὕποπτον καὶ φοβερὸν τὸ κατ᾽ ἔσχατον κινδύνου γενόμενον·) ἠκροβολίζοντό τε ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ εἰσετόξευον. οὕτως ἄρα καὶ ἀπεγνωκότες ἑαυτῶν ἄνθρωποι, τὴν ἀεὶ παροῦσαν ὥραν, κέρδος εἰς ὑπέρθεσιν θανάτου νομίζουσιν. ἔβαλλον δὲ οὐχ ὥστε καὶ τιτρώσκειν, ἀλλ᾽ ὅσον ἀπείργειν τὸν πρόσπλουν καταστοχαζόμενοι. ἀντετόξευον δὲ καὶ οἱ Αἰθίοπες, καὶ ἅτε εὐσκοπώτερά τε βάλλοντες, καὶ οὔπω τῆς τῶν

tumultus belli, tunc maxime miraculum omnino insitatum introducebat, navales copias cum iis, quae ex muro depugnabant, committens, & contra palustrem militem, terrestrem armans. Hi igitur, qui erant in urbe, navigia & milites ad eam partem, ubi murus corruerat, appellere conspicati, homines attoniti, & terrore iam ac perturbatione propter circumstantia pericula pleni, etiam eos, qui salutis eorum causa veniebant, in suspicionem vocabant, (siquidem omnia sunt suspecta & formidabilia, quae in extremo periculo eveniunt) & iaciebant de muris, & iaculabantur in naves. Sic omnino homines, etiam qui de suis rationibus desperarunt, semper quod superest temporis ad dilationem mortis, in lucro ponunt. Iaciebant autem ita dirigentes ictus, ut non vulnerarent, sed & accessum prohiberent. Iaculabantur autem vicissim Aethiopes, &, ut certiori ictu petentes, &

Περσῶν γνώμης συνιέντες, δύο που τινὰς καὶ πλείους διαπείρουσιν, ὥστε τινὰς ὑπὸ ὀξείας καὶ ἀπροόπτου τῆς τρώσεως ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τῶν τειχῶν εἰς τὸ ἐκτός τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐκσφενδονισθῆναι. καὶ ἂν καὶ ἐπὶ πλέον ἐξεκαύθη τὰ τῆς μάχης, τῶν μὲν σὺν φειδοῖ κωλυόντων μόνον, τῶν δὲ καὶ σὺν ὀργῇ τῶν Αἰθιόπων ἀμυνομένων, εἰ μή τις τῶν ἐπὶ δόξης καὶ πρεσβύτης ἤδη Συηναίων τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους παραγενόμενος, Ὦ φρενοβλαβεῖς, ἔφη, καὶ πρὸς τῶν δεινῶν παραπλῆγες, οὓς εἰς δεῦρο ἱκετεύοντες καὶ ἐπικαλούμενοι πρὸς βοήθειαν διετελοῦμεν, τούτους ἐλπίδος ἐπέκεινα παραγινομένους ἀπείργομεν; οἱ φίλοι μὲν ἥκοντες καὶ εἰρηνικὰ διαγγέλλοντες, σωτῆρες ἔσονται· πολέμια δὲ διανοούμενοι, ῥᾷστα καὶ προσορμισθέντες ἐλαττωθήσονται. τί δὲ καὶ πλέον εἰ τούτους διαχρησόμεθα, [1] τοσούτου νέφους ἐκ γῆς καὶ

nondum animum Perſarum intelligentes, continuo duos quoſdam, ac deinceps plures transfigunt: ut aliqui, ſubito & ex improviſo acceptis vulneribus, de muris extrorſum & in aquam, in caput devolverentur. Et quidem magis exarſiſſet proelium, his parcendo tantum prohibentibus, Aethiopibus autem etiam cum ira ſeſe defendentibus: niſi quidam homo illuſtris, & iam ſenex, ex Syenaeis, interveniens, ad eos, qui erant in muro, verba feciſſet: O amentes, inquiens, & prae calamitatibus obſtupefacti, quibus hactenus ſupplices eramus, & in auxilium advocabamus, hos, cum praeter omnem ſpem & opinionem adveniſſent, iam arcemus? qui ſi amico animo veniunt, ea, quae ad pacificationem pertinent, nuntiantes, ſervatores noſtri erunt: ſin hoſtilia cogitant, facillime, etiamſi applicuerint, ſuperabuntur. Enimvero quî magis rationibus noſtris conſulimus, etiamſi hos confecerimus, cum tanta nubes, terra & aqua urbem cin-

[1] Τοσούτου νέφους) Forte τοσούτου στέφους.

ὕδατος κεκυκλωμένου τὴν πόλιν; ἀλλὰ καὶ προσδεχώμεθα, καὶ [1] ὅ, τι βουλομένοις ἐστὶν ἐκδιδασκώμεθα. πᾶσιν εὖ λέγειν ἔδοξεν· ἐπῄνει δὲ καὶ ὁ Σατράπης. καὶ τοῦ κατηρειπωμένου τῇδε κἀκεῖσε μεταστάντες ἐν ἀκινήτοις τοῖς ὅπλοις ἡσύχαζον.

στ'. Ὡς δὲ ἐκενώθη τὸ μεταπύργιον τῶν ἐφεστώτων, ὅ τε δῆμος ὀθόναις κατασείων, ἐπιτρέπειν τὸν ὅρμον ἐνεδείκνυτο, τότε δὴ καὶ οἱ Αἰθίοπες πλησιάσαντες ὥσπερ ἀπ' ἐκκλησίας τῶν πορθμείων πρὸς τὸ πολιορκούμενον θέατρον, τοιάδε ἔλεγον· Ὦ Πέρσαι καὶ Συηναίων οἱ παρόντες, Ὑδάσπης ὁ τῶν πρὸς ἀνατολαῖς καὶ δυσμαῖς Αἰθιόπων, νυνὶ δὲ καὶ ὑμῶν βασιλεὺς, πολεμίους τε ἐκπορθεῖν οἶδε, καὶ ἱκέτας οἰκτείρειν πέφυκε· τὸ μὲν, ἀνδρεῖον· τὸ δὲ, φιλάνθρωπον δοκιμάζων· καὶ τὸ μὲν, χειρὸς εἶναι στρατιωτικῆς· τὸ δὲ, ἴδιον τῆς ἑαυτοῦ γνώ-

xerit? cur autem non potius eos recipimus, &, quae fit illorum sententia, cognoscimus? Omnibus in rem dicere videbatur. Collaudabat autem & Satrapa. Et ex collapsa muri parte huc atque illuc decedentes, immotis armis quiescebant.

VI. Postquam autem spatium illud inter turres vacuum fuit propugnatoribus, & populus, velamentis signum dans, concedere se appulsum significabat: tunc Aethiopes propius accedentes, tanquam pro concione, ex navigiis ad obsessum theatrum talia dicebant: O Persae, & Syenenses, qui adestis, Hydaspes orientalium & occidentalium Aethiopum, in praesentia vero & vester rex, cum hostes domare novit, tum ad misericordiam erga supplices a natura proclivis est: illud quidem fortitudinis, hoc autem humanitatis; atque alterum virtutis militum, alterum ipsius proprium decus esse iudi-

1 Ὅ, τι βουλομένοις ἐστὶν) Cod. Palat. & Taur. ὅ, τι βουλόμενοι ὃ ἐστίν· male.

μης. ἔχων τό τε ὑμᾶς εἶναι καὶ μὴ, κατ᾽ ἐξουσίαν, ἱκέταις γεγενημένοις ἀνίησι τὸν ἐκ τοῦ πολέμου πᾶσιν ὁρώμενον καὶ οὐκ ἀμφίβολον κίνδυνον· ἐφ᾽ οἷς ἂν ἀσμενοι τῶν δεινῶν ἀπαλλαγείητε, τὴν αἵρεσιν, οὐκ αὐτὸς ὁρίζων, ἀλλ᾽ ὑμῖν ἐπιτρέπων. οὐ γὰρ τυραννεῖ τὴν δίκην, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνεμέσητον διοικεῖ τὴν τῶν ἀνθρώπων τύχην. πρὸς ταῦτα Συηναῖοι μὲν ἀπεκρίναντο, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας ἐπιτρέπειν Ὑδάσπῃ χρῆσθαι πρὸς ὅ, τι βούλοιτο, καὶ τὴν πόλιν, εἰ περιγένοιντο, ἐγχειρίζειν· ἣν καὶ νῦν ἐν τῷ ἀνελπίστῳ σαλεύειν, εἰ μὴ φθαίη τὶς ἐκ θεῶν καὶ ἐξ Ὑδάσπου [1] μηχανὴ σωτηρίας. ὁ δὲ Ὀροονδάτης τῶν μὲν αἰτίων ἔφη τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἐπάθλων ἐκστήσεσθαι· καὶ τὰς Φίλας τὴν πόλιν καὶ τὰ σμαράγδια μέταλλα παραχωρήσειν. αὐτὸς δὲ ἠξίου μηδεμίαν

cans. Cumque vitam veſtram habeat in poteſtate, ita ut eam vobis largiri, aut eripere poſſit; tamen, quandoquidem ſupplices eſtis, liberat vos omnibus ob oculos verſante & minime dubio belli periculo, conditiones, quibus velitis hiſce calamitatibus liberari, non ipſe proponens, ſed vobis, veſtro arbitrio eligendas, permittens. Neque enim pro ſua libidine tyrannicum quidquam ſtatuit, ſed manſuete & ſine invidia gubernat hominum fortunam. Ad haec Syenaei quidem reſponderunt: Se ipſos, & liberos, & coniuges dedere in illius poteſtatem, ut illis utatur pro arbitrio; & urbem illi, ſi manſerint ſuperſtites, tradere, quae & nunc in extrema deſperatione vacillet, niſi quae ſalus, a Diis, aut ab Hydaſpe, miſſa, excidium anteverterit. Oroondates autem, Ex iis, quae belli cauſae & praemia fuerunt, ſe deceſſurum eſſe, dixit, & dimiſſurum Philas urbem & ſmaragdeas fodinas: ceterum petere, ut in ipſum nihil

1 Μηχανὴ σωτηρίας) Μηχανὴ additum a Commel. e Palat. & Xyl.

ὑποστῆναι ἀνάγκην, μηδὲ ἑαυτὸν μήτε τοὺς στρατιώτας ἐγχειρίζειν. ἀλλ' εἰ βούλοιτο Ὑδάσπης εἰς ὁλόκληρον ἐπιδείκνυσθαι τὸ φιλάνθρωπον, ἐπιτρέπειν οὐδὲν λυμαινομένους, οὐδὲ χεῖρας ἀνταίροντας, ἀποχωρεῖν εἰς τὴν Ἐλεφαντίνην· ὡς ἴσον εἶναι οἱ νῦν τε ἀπολέσθαι, καὶ δοκοῦντα περισώζεσθαι, προδοσίας τοῦ στρατιωτικοῦ παρὰ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἁλῶναι· μᾶλλον καὶ χαλεπώτερον, νῦν μὲν ἁπλῶς καὶ νενομισμένου τυχὸν ἐπαχθησομένου θανάτου, τότε δὲ ὠμοτάτου, καὶ εἰς πικροτάτην κόλασιν καινουργουμένου.

ζ'. Ταῦτα λέγων, ὑποδεχθῆναι καὶ δύο Περσῶν εἰς τὰ σκάφη παρεκάλει, πρόφασιν ὡς εἰς Ἐλεφαντίνην ἀφιξομένους· καὶ εἴπερ οἱ κατ' αὐτὴν συνενδιδοῖεν εἰς τὸ δουλεύειν, οὐδὲ αὐτὸς [1] ἔτι μελλήσων. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ πρέσβεις ἔτι ἀνήεσαν, ἅμα καὶ δύο Περ-

durius ſtatuatur, neque ſe ipſe neque milites dedat. Sed ſi velit Hydaſpes integrum officium humanitatis declarare, concedat nullum damnum inferentibus, neque manus contra elevantibus, diſcedere Elephantinam: quod ſibi perinde eſſet nunc mori, atque deinceps ſuperſtitem, proditionis exercitus a rege damnari. Quin etiam gravius illud eſſe futurum, & aſperius: quandoquidem nunc ſimplex genus mortis & uſitatum fortaſſe illis ſubeundum eſſet; tunc vero crudeliſſimum, & cum acerbiſſimo ſupplicio nova quadam ratione coniunctum.

VII. Haec cum dixiſſet, ut duos Perſas reciperent ad ſeſe, orabat, eo praetextu, quaſi Elephantinam eſſent ituri: & ſiquidem illi, qui ibi eſſent, ad deditionem inclinaſſent, neque ſe amplius, quin idem faciat, cunctaturum. Haec cum audiſſent praeterea legati, continuo profecti ſunt in altum, duobus Perſis aſſumtis, ac de-

1 Ἔτι μελλήσων) Αὐτοὺς ἔτι μελλήσων Palat. Rectius Xyl. cum Taur. ἔτι καὶ μελλήσων. v. Dorv. ad Char. p. 581.

σῶν ἀναλαβόντες, πρὸς τὸν Ὑδάσπην ἅπαντα ἀπήγγελλον. ὁ δ' ὑπογελάσας, καὶ πολλὰ τῆς ἀβελτηρίας τὸν Ὀροονδάτην ἐπιμεμψάμενος, εἰ περὶ τῶν ἴσων διαλέγεται, ἄνθρωπος ἐπ' ἄλλῳ, καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ τοῦ εἶναι καὶ τεθνᾶναι σαλεύων· Εὔηθες, ἔφη, τὴν ἑνὸς ἄνοιαν τοσούτοις ἐπαγαγεῖν ἀπώλειαν. καὶ τούς τε ἀπεσταλμένους παρὰ τοῦ Ὀροονδάτου βαδίζειν εἰς τὴν Ἐλεφαντίνην ἐπέτρεπεν, ὡς οὐδεμιᾶς ὢν φροντίδος, εἰ κἀκεῖνοί τι πρὸς ἀντίστασιν βουλεύσειαν. καὶ τῶν ἰδίων, τοὺς μὲν ἐμφράττειν τὸ διορυγὲν τοῦ Νείλου στόμιον, τοὺς δὲ ὥστε ἕτερον κατὰ τὸ χῶμα ἐκτέμνειν ἀπεκλήρωσεν· ὡς τῆς τε ἐπιῤῥοῆς κωλυομένης, καὶ τῆς λιμναζούσης πρὸς τῆς ἐκροῆς κενουμένης θᾶττον ἀναψύξαι τὰ περὶ τὴν Συήνην, καὶ εἰς τὸ βάσιμον ἐξικμασθῆναι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα προσταχθέντες, μικρὰ τοῦ ἔργου κατάρξαντες, εἰς τὴν ἑξῆς ἐπιτελέσειν ἔμελλον, ἑσπέ-

inde omnia Hydaſpi renuntiarunt. Ille autem cum ſubriſiſſet, & multis modis ob ſtoliditatem Oroondatem reprehendiſſet, quod de conditionibus diſſereret, homo, qui non ex ſe, ſed ex altero, utrum illi vivendum an moriendum eſſet, anceps animo penderet: Stultum eſt, inquit, propter unius amentiam, tantam multitudinem internecione delere. Et eos, qui fuerant miſſi ab Oroondate, Elephantinam ire permiſit, tanquam nihil omnino curans, etiamſi illi reſiſtendi conſilia quaepiam iniviſſent. Ex ſuis autem, aliis ut oſtium Nili foſſa deductum obſtruerent, aliis ut aliud in aggere exſcinderent, negotium dedit: ut ita & influxu prohibito, & ſtagnante aqua effluxu delapſa, celerius exſiccari poſſet ſpatium circa Syenen, & ad ingreſſum durari. Ac hi quidem iuſſa, paullulum modo opus exorſi, poſtero die exſecuturi fue-

ρας αὐτίκα καὶ νυκτὸς προσφάτοις τοῖς προστάγμασιν [1] ἐπιγενομένοις.

η΄. Οἱ δὲ κατὰ τὸ ἄστυ τῆς ἐν χερσὶ καὶ δυνατῆς βοηθείας οὐ μεθίεντο, τὴν καὶ παρ' ἐλπίδα ἐνδεχομένην σωτηρίαν οὐκ ἀπογινώσκοντες. ἄλλοι τε τὸν ὑπόγειον αὐλῶνα διορύττοντες, ἤδη τοῖς χώμασι πλησιάζειν ἐῴκεσαν, τὸ ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπὶ τὸ χῶμα ταῖς ὄψεσιν ὑποπίπτον διάστημα σχοίνῳ κατὰ τὸ ὄρυγμα [2] συμμετρούμενοι· καὶ τὸ πεπτωκὸς ἕτεροι τοῦ τείχους ὑπὸ λαμπτῆρσιν ἀνήγειρον. ἦν δὲ ἡ οἰκοδομὴ ῥᾳδία, τῶν λίθων εἰς τὸ ἐντὸς κατὰ τὴν πτῶσιν κυλινδηθέντων. ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς ἔχειν τὸ παρὸν ᾠήθησαν, οὐδὲ τότε ἀθορύβως διῆγον, ἀλλὰ κατὰ μέσας που νύκτας μέρος τι τοῦ χώματος, καθ' ὃ τῆς ἑσπέρας οἱ Αἰθίοπες τοῦ

rant, vefpera ftatim & nocte deinceps, iis, quae commemorata funt, mandatis fuperveniente.

VIII. Porro ii, qui erant in urbe, obvium, & quod haberi poterat, auxilium, non intermittebant, de falute, quamvis praeter fpem oblata, non defperantes. Et alii fubterraneum cuniculum agentes, iam aggeri appropinquare videbantur, intervallo a muro ad aggerem, quod oculis erat fubiectum, in foffam fchoeni menfura effe deprehenfo. Alii murum facibus adhibitis erigebant: facilis autem erat inftauratio, lapidibus introrfum in ruinam devolutis. Poftquam autem praefentis temporis rationem tutam effe arbitrabantur, neque tum tumultu & perturbatione caruerunt, fed media nocte pars quaedam aggeris, quam fub vefperam Aethiopes perfodere coepe-

1 Ἐπιγενομένοις) Legendum utique ἐπιγενομένης. Commel. coni. ἐπιγενομένοιν f. ἐπιγενομένων, fc. ἑσπέρας καὶ νυκτός.

2 Συμμετρούμενοι) Ita omnes libri. Ed. Baf. συμμετρούμενον, ut ad ὄρυγμα referatur; male.

διορύττειν ἐψήφαντο, (εἴτε τῆς γῆς κατ' ἐκεῖνο χαύνου τε καὶ ἀκρατήτου σωρευθείσης εἶξε τὸ ὑποκείμενον διάβροχον γεγενημένον, εἴτε καὶ τῶν ὑπορυττόντων συνενδοῦναι πρὸς τὸ κενὸν τῷ ὑποκειμένῳ παρασχόντων, ἢ καὶ τοῦ πρὸς βραχὺ διορυγέντος ταπεινοτέρου τῶν ἐργαζομένων ἐπιλαβόντος, ἐπίλυσις αὐξομένου διὰ νυκτὸς ἐγένετο τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ῥαγέντος ἅπαξ ὁδοποιοῦντος ἔλαθε βαθυνόμενον, εἴτε καὶ δαιμονίας ἐπικουρίας θείη τις τὸ ἔργον) παρὰ δόξαν ἐκρήγνυται· καὶ τοσοῦτος ἦχος καὶ δοῦπος ἀπετελέσθη, διὰ τῆς ἀκοῆς τὴν διάνοιαν ἐκδειμαίνων, ὡς τὸ μὲν συμβὰν ἀγνοεῖν, μέρος δὲ τὸ πλεῖστον τῶν τειχῶν καὶ τῆς πόλεως ὑπενηνέχθαι, τούς τε Αἰθίοπας καὶ τοὺς Συηναίους ὑποπτεύειν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ διάγοντες ἐφ' ἡσυχίας ηὐλίζοντο, ὡς εἰς ἕω τὸ σαφὲς εἰσόμενοι. οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν πάντη τὸ τεῖχος καὶ εἰς κύκλον

rant, (ſeu quod, terra laxa & minime denſa illo loco aggeſta, ceſſit fundamentum humidum redditum: ſive his, qui ſuffodiebant, ut fundamentum propter vacuum ſpatium inferius deſideret & collaberetur, efficientibus: ſive in eum locum, ubi anguſtius fodi coeptum fuerat, aqua poſt diſceſſum operariorum ſuccedente, & noctu aucta, moles diſſolvi coepit, cum id, quod ſemel perruptum fuerat, magis ac magis perforaretur, & ſenſim profundius fieret: ſive divino auxilio quiſpiam adſcribat hoc opus) praeter opinionem rumpitur, tantuſque ſonitus atque ſtrepitus eſt redditus, auditu mentem perterrefaciens, ut id, quod acciderat, ignoraretur; ceterum, maximam partem murorum abreptam eſſe, & Aethiopes & Syenaei ſuſpicarentur. Et illi quidem, cum in tuto degerent, ſecuri ſeſe in caſtris continebant, diluculo plane, quid eſſet, cognituri: hi autem, qui erant in

περιέθεον, τὸ μὲν καθ᾽ ἑαυτοὺς ἕκαστοι σῶον ὁρῶντες· ἄλλοι δὲ παρ᾽ ἄλλοις γεγενῆσθαι τὸ πάθος εἰκάζοντες, ἄχρι δὴ τοῦ ὅτι φῶς ἐπιγενόμενον, τὴν ἀχλὺν τῶν ἀμφιβαλλομένων δεινῶν παρέλυσε, τοῦ τε ῥήγματος ἀπόπτου γενομένου, καὶ τοῦ ὕδατος ἀθρόον ὑπονοστήσαντος. ἤδη δὲ καὶ οἱ Αἰθίοπες τὸ ἐποχετεῦον στόμιον ἔφραττον, καὶ καταράκτας τε ἐκ σανίδων συνηρμοσμένων καθιέντες, καὶ ξύλων πάχεσι κορμοῖς ἔκτοσθεν διερείδοντες, χοῦν τε ἅμα καὶ φρυγανῖτιδα ὕλην συνδέοντες, καὶ πολλαὶ χιλιάδες ἀθρόον, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ὄχθης, οἱ δὲ ἐκ πορθμείων ἐπιφοροῦντες. οὕτω μὲν δὴ τὸ ὕδωρ ὑπενόστησεν. ἦν δὲ οὐδ᾽ ὡς πορευτέα παρ᾽ ἀλλήλους οὐδὲ ἑκατέροις. ἰλύος γὰρ βαθείας ἡ γῆ καταπλέως ἐγεγόνει, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξικμάσασθαι φαινομένην τέλμα δίυγρον ὑπέτρεχεν, ἵππου τε ὁμοίως καὶ ἀνδρὸς βάσιν εἰς βυθισμὸν ἐνήδρευον.

urbe, undique murum & in orbem circuibant, cum quisque apud ſeſe integrum cerneret, apud alium autem cladem illam accidiſſe coniectaretur: donec orta lux nebulam calamitatum, de quibus ambigebatur, diſpulit, cum ruptura conſpiceretur, & aqua ſubito abſceſſiſſet. Iam vero & Aethiopes derivatum oſtium obſtruebant, cataractas ex tabulis compactas demittentes, & lignorum craſſis ſtipitibus extrinſecus fulcientes, ſimulque humum & ſarmenta colligantes, quam deinde multa millia repente partim a ripa, partim navigiis ingerebant. Atque ita tandem abſceſſit aqua: neutris tamen erat pervium iter ad alteros. Limo enim profundo terra plena fuerat, & ſub ſuperficie, quae exſiccata eſſe videbatur, humidum latebat, quod equi aeque atque hominis greſſui haerenti in profundo inſidiabatur.

θ'. Ἡμέρας μὲν δὴ δύο που καὶ τρεῖς οὕτω διῆγον· [1] ἠνεῳγμένοι μὲν ταῖς πύλαις οἱ Συηναῖοι, ὅπλοις δὲ ἀποκειμένοις οἱ Αἰθίοπες τὴν εἰρήνην ἐπισημαίνοντες. καὶ ἦν τὸ γενόμενον, ἀνακωχή τις ἀνεπίμικτος· οὔτε φρουρᾶς ἔτι παρ᾽ οὐδετέροις σπουδαζομένης, καὶ πλέον τῶν κατὰ τὴν πόλιν εὐπαθείαις ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων. καὶ γάρ πως συνέπεσε καὶ τὰ Νειλῶα τότε τὴν μεγίστην παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἑορτὴν ἐνεστηκέναι, κατὰ τροπὰς μὲν τὰς θερινὰς μάλιστα καὶ ὅτε ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως ὁ ποταμὸς ἐπιλαμβάνει τελουμένην, ὑπὲρ πάσας δὲ τὰς ἄλλας πρὸς Αἰγυπτίων σπουδαζομένην, δι᾽ αἰτίαν τοιάνδε. θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, καὶ κρειττόνων τὸν μέγιστον ἄγουσιν, ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες, οἷα δὴ δίχα νεφώσεων καὶ ὑετῶν ἀερίων [2] τὴν ἀρουμένην αὐτοῖς ἄρ-

IX. Dies igitur duos tresve ita tempus transigebant: apertis quidem portis Syenaei, depositis vero armis Aethiopes, pacem significantes. Ac erant induciae quaedam absque mutua conversatione, neque amplius apud utrosque excubiae in stationibus habebantur. Quin etiam hi, qui in urbe erant, oblectationibus operam dabant. Etenim quodammodo acciderat, ut tunc quoque Niloa, maximum apud Aegyptios festum, exoriretur: quod quidem circa solstitium aestivum maxime, & quando initium crescendi fluvius capit, celebratur, ac in summo honore prae ceteris omnibus habetur, propter eiuscemodi caussam. Deum esse fingunt Nilum Aegyptii, & ex numinibus maximum ducunt, aemulum esse Coeli fluvium praedicantes, quod illis absque nubibus & pluviis

1 Ἠνεῳγμένοι) Praestat Xylandri Cod. lectio, ἠνεῳγμέναις.

2 Τὴν ἀρουμένην αὐτοῖς ἄρδοντος) Bas. ἀρκουμένην, & ἄρδοντα -- ἐπομβρίζοντα Codex Xyland. sed sunt genitivi absoluti.

δοντος, καὶ εἰς ἔτος ἀεὶ τεταγμένως ἐπομβρίζοντος. καὶ ταύτη μὲν ὁ πολὺς λεώς. ἃ δὲ ἐκθειάζουσιν, ἐκεῖνα. τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἀνθρώπους, τὴν ὑγρᾶς τε καὶ ξηρᾶς οὐσίας σύνοδον αἰτίαν μάλιστα νομίζουσι, (τάδ' ἄλλα στοιχεῖα τούτοις συνυπάρχειν τε καὶ συναναφαίνεσθαι λέγοντες) καὶ τὴν μὲν ὑγρὰν, τὸν Νεῖλον· θατέραν δὲ τὴν γῆν τὴν αὐτῶν ἐμφαίνειν. καὶ ταυτὶ μὲν δημοσιεύουσι. πρὸς δὲ τοὺς μυστὰς, Ἶσιν τὴν Γῆν καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον καταγγέλλουσι, τὰ πράγματα τοῖς ὀνόμασι μεταλαμβάνοντες. [1] ποθεῖ γοῦν ἀπόντα ἡ θεὸς καὶ χαίρει συνόντι, καὶ μὴ φαινόμενον αὖθις θρηνεῖ, καὶ ὡς δή τινα πολέμιον τὸν τυφῶνα ἐχθραίνει· φυσικῶν τινων οἶμαι ἀνδρῶν καὶ θεολόγων, πρὸς μὲν τοὺς βεβήλους τὰς ἐγκατεσπαρμένας τούτοις ἐπινοίας μὴ

aëriis arva irriget, & quotannis continua ſerie humectet, tanquam imbre. Et haec quidem iactantur a vulgo. Quae vero divinis laudibus ornant, illa ſunt: quod humidae & ſiccae ſubſtantiae copulationem, ortus & vitae hominum cauſam maxime putant eſſe, (alia vero elementa cum his una adeſſe & apparere dicunt) & humidam quidem Nilum, alteram autem terram efficere. Sed & haec pervulgata ſunt. Ceterum myſteriorum periti, terram Iſim, & Nilum Oſirin eſſe affirmant, res nominibus commutantes. Flagrat igitur illius totius deſiderio Dea, & gaudet, cum ſibi adeſt, & non apparentem rurſus luget, atque tanquam aliquod inimicum fulgur odit: viris, ut exiſtimo, in naturalium rerum & divinarum conſideratione verſantibus, ſignificationes his inſperſas profanis

1 Ποθεῖ γοῦν ἀπόντα) Ita e conjectura repoſuit Commelinus, ut ἀπόντα opponatur συνόντι. Equidem, duce Palat. reſcribere malim, ἀπαντῶντα. Nam Palat. exhibet ἀπαντῶσα. Oppoſitio vero eſt in his: χαίρει συνόντι, καὶ μὴ φαινόμενον αὖθις θρηνεῖ. Baſ. cum interpr. habet ἅπαντα.

παραγυμνούντων, ἀλλ' ἐν εἴδει μύθου προκατηχούντων· τοὺς δὲ ἐποπτικωτέρους καὶ ἀνακτόρων ἐντὸς, τῇ πυρφόρῳ τῶν ὄντων λαμπάδι, φανότερον τελούντων.

ι'. Τοῦτό τι καὶ ἡμῖν, εὐμένεια μὲν εἴη τῶν εἰρημένων, τὰ μυστικώτερα δὲ ἀῤῥήτῳ σιγῇ τετιμήσθω, τὸ κατὰ Συήνην ἑξῆς παραινομένων. τῆς γὰρ δὴ τῶν Νειλώων ἑορτῆς [1] ἐνεστηκυίας, οἱ μὲν ἐγχώριοι πρὸς θυσίαις τε καὶ τετελαῖς ἦσαν, τοῖς μὲν σώμασι καὶ περιεστηκόσι δεινοῖς κάμνοντες· ταῖς ψυχαῖς δὲ τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας, ἐκ τῶν ἐνόντων οὐκ ἀμνημονοῦντες. ὁ δὲ Ὀροονδάτης μέσας νύκτας ἐπιτηρήσας πρὸς ὕπνον βαθὺν τῶν Συηναίων ἀπὸ τῆς εὐωχίας τετραμμένων ὑπεξάγει τὸν στρατὸν, ὥραν τε μίαν καὶ πύλην, καθ' ἣν ἔδει ποιήσασθαι τὴν ἔξοδον, κρύφα τοῖς Πέρσαις προπαραγγείλας. ἐπέσταλτο δὲ ἑκάστῳ δεκαδάρχῃ,

non detegentibus, ceterum ſpecie fabulae primum eos erudientibus; porro haec cognoſcendi ſtudioſos, in ipſo ſacrario ignifera face manifeſtius rebus ipſis initiantibus.

X. Et nobis quidem haec propitio numine dicta ſint: ceterum magis arcana alto ſilentio premantur, honoris cauſa. Haec autem, quae circa Syenen acta ſunt, deinceps ordine pertexantur. Siquidem feſto Niloorum exorto, indigenae quidem mactationibus victimarum & ſacrificiis vacabant, corporibus quidem & circumſtantibus malis laborantes; animis vero, pietatis erga numen, pro facultatibus, haudquaquam obliti. At Oroondates, obſervata occaſione, media nocte cum Syenaei arcto ſomno poſt epulationes premerentur, clam educit exercitum, cum antea & horam unam, & portam, qua egrediendum eſſet, clanculum Perſis indicaſſet. Impera-

1 Ἐνεστηκυίας) Baſ. ἀνεστηκυίας, uti paullo ſuperius ἀνεστηκέναι, pro ἐνεστηκέναι. Mox σώμασι in mendo cubare videtur, vel. corr. καὶ μὲν σώμασι, τοῖς π.

ἵππους μὲν καὶ ὑποζύγια κατὰ χώραν ἐᾶν, πρός τε δυσχερείας ἀπαλλαγὴν, καὶ τοῦ μή τινα πρὸς τὸν τάραχον αἴσθησιν γενέσθαι τῶν δρωμένων· τὰ ὅπλα δὲ ἀναλαβόντας μόνα, καὶ δοκίδα ἢ σανίδα πορισαμένους ἐπάγεσθαι.

ιά. Ἐπεὶ δὲ ἠθροίσθησαν καθ' ἣν προείρητο πύλην, ἐγκάρσια τῷ πηλῷ τὰ ξύλα, ἅπερ ἑκάστη δέκας ἐπήχθιστο, ἐπιβάλλων [1] καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα συντιθεὶς, τῶν κατόπιν ἀεὶ τοῖς ἡγουμένοις μεταδιδόντων, οἷον διὰ ζεύγματος ῥᾶστά τε καὶ τάχιστα διεβίβασε τὸ πλῆθος. καὶ λαβὼν τῆς ἐστερεωμένης, τούς τε Αἰθίοπας οὐδὲν προειδομένους, οὐδὲ φροντίδα τῆς φυλακῆς πεποιημένους, ἀλλ' ἀπρονοήτως καθεύδοντας διαλαθὼν, ἐπὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, ὡς δρόμου τε εἶχε καὶ ἄσθματος, καθ' ἓν τὸν στρατὸν ἦγεν, ἀκώλυτός τε εἰσέφρησεν

tum autem fuerat unicuique decurioni, ut equos & iumenta relinquerent, ne impedimento eſſent in itinere, neve aliquo modo ex ſtrepitu ſentiri poſſent ea, quae fierent: ceterum arma tantum acciperent, & trabem aut aſſerem nacti una ferrent.

XI. Poſtea vero quam congregati ſunt ad portam, ut edictum fuerat, ligna, quae unaquaeque decas baiulaverat, luto tranſverſa iniiciens, & ita ut inter ſe cohaererent componens, cum, qui a tergo ſubſequebantur, ſemper praecedentibus per manus traderent, tanquam per pontem facillime & celerrime multitudinem traduxit. Terram autem attingens, & Aethiopes, qui nihil eiuſmodi ſuſpicabantur, neque excubiarum curam amplius habebant, ſed ſecure dormiebant, clam praeteriens, quanta potuit celeritate, & quantum ſpiritus ſuppeditabat, Elephantinam exercitum duxit, & ſine impedimento in ur-

1 Καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα) Sic Xyl. At Vatic. cum Baſ. ἐχομένας. Mox Xyl. λαβόμενος.

εἰς τὴν πόλιν, τῶν ἐκ τῆς Συήνης προαπεσταλμένων δύο Περσῶν (οὕτω πρὸς αὐτοὺς συντεταγμένον) ἐπιτηρούντων ὅσαι νύκτες τὴν ἔφοδον, κἀπειδὴ τὸ συγκείμενον [1] ἀνεφθέγξαντο σύμβολον, παραχρῆμα τὰς πύλας ἀναπετασάντων. ἤδη δὲ ἡμέρας ὑποφαινούσης, οἱ Συηναῖοι τὸν δρασμὸν ἐγνώριζον, τὰ μὲν πρῶτα κατ' οἶκον τὸν ἴδιον ἕκαστος τοὺς ἐπεξενωμένους Περσῶν οὐχ ὁρῶντες, εἶτα [2] καὶ κατὰ συλλόγους συνιστάμενοι, καὶ τέλος καὶ τὸ ζεῦγμα ἐποπτεύοντες. αὖθις οὖν εἰς ἀγωνίαν καθίσταντο, καὶ δευτέρων ἀδικημάτων ἔγκλημα προσεδέχοντο βαρύτερον, ὡς ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ τοσαύτῃ γεγονότες ἄπιστοι, καὶ τὸν δρασμὸν τοῖς Πέρσαις συνεργήσαντες. ἔγνωσαν οὖν πανδημεὶ τῆς πόλεως ἐξορμήσαντες, ἐγχειρίζεσθαι ἑαυτοὺς τοῖς Αἰθίοψι, καὶ ὅρκοις πιστοῦσθαι τὴν ἄγνοιαν, εἴ πως εἰς ἔλεον ἐπι-

bem eſt intromiſſus, cum duo Perſae, qui Syene praemiſſi fuerant, (ſic enim convenerat) nocturno tempore adventum obſervarent, &, poſtquam conſtitutam teſſeram pronuntiarunt, continuo portas patefacerent. Illuceſcente vero die, Syenaei primum fugam cognoſcebant, ab initio in ſua quiſque domo Perſas, qui ab illis hoſpitio accepti fuerant, non videntes, deinde & concilio coacto inquirentes, denique & ex ponte ſuſpicionem capientes. Rurſus igitur maximus terror & conſternatio eos inceſſit, & ſecundarum iniuriarum crimen gravius exſpectabant: quod tantam clementiam experti, parum fidos ſeſe praebuiſſent, & facultatem fugiendi Perſis dediſſent. Statuerunt igitur univerſi urbe exeuntes, tradere ſeſe Aethiopibus, & iureiurando inſcitiam ſuam confirmare, ſi quo modo ad miſericordiam fle-

1 Ἀνεφθέγξαντο) Sic Palatin. Xyl. At Baſ. συνεφθέγξαντο.

2 Καὶ κατὰ συλλόγους) Baſ. καὶ μετὰ συλλογους.

κλασθεῖεν. ἀθροίσαντες οὖν πᾶσαν ἡλικίαν, καὶ κλάδους εἰς ἱκετηρίαν ἀναλαβόντες, κηρούς τε καὶ δᾷδας ἀψάμενοι, καὶ τὰ ἱερὰ γένη καὶ ἕδη τῶν θεῶν ὥσπερ κηρύκεια προβεβλημένοι διά [τε] τοῦ ζεύγματος ὡς τοὺς Αἰθίοπας ἐλθόντες ἱκέται, πόῤῥωθεν γονυπετοῦντες ἐκάθηντο, καὶ ὑφ᾽ ἓν σύνθημα καὶ φωνὴν γοώδη μίαν ἐλεεινὴν ὀλολυγὴν ἱέντες ἱκέτευον. οἰκτιζόμενοι δὲ πλέον τὰ νεογνὰ τῶν βρεφῶν ἐπὶ γῆς προκαταβάλλοντες φέρεσθαι ὡς ἔτυχε μεθῆκαν, διὰ τῆς ἀνυπόπτου καὶ ἀνυπαιτίου μοίρας τὸ θυμούμενον τῶν Αἰθιόπων προμαλάσσοντες. [1] τὰ βρέφη δὲ ὑπὸ πτοίας τε ἅμα καὶ ἀγνοίας τῶν πραττομένων τοὺς μὲν φύντας καὶ τρέφοντας, τάχα που τὴν ἄπειρον ἀποτρεπόμενα βοὴν, ὑπέφευγεν· ἐπὶ δὲ τὴν ἄγουσαν ὡς τοὺς πολεμίους τὰ

cti possent. Congregata igitur omni aetate, & ramis ad speciem supplicum declarandam sumtis, ac cereis & facibus accensis, sacra genera Deorum, & simulacra, tanquam caduceos prae se ferentes, ad Aethiopes per pontem cum venissent supplices, a longinquo genibus flexis sedebant, & quasi ad unum signum ac vocem, lugubrem & miserabilem eiulatum edentes, supplicum gestu culpam deprecabantur. Denique ad maiorem misericordiam captandam, pueros infantes in terram ante se depositos, ferri pro arbitrio permiserunt, per aetatem ab omni suspicione & culpa alienam, iram Aethiopum praemollientes. Infantes autem prae consternatione, & inscitia eorum, quae fiebant, parentes quidem & nutritios, fortasse immenso clamore aversi, refugiebant: ad viam autem, quae ducebat ad Aethiopes quidam reptabant, qui-

1 Τὰ βρέφη -- ὑπέφευγεν) Ita Palatin. Sed Bas. ὑπέφευγον. Sed praestat alterum propter εἷρπε, quod sequitur. Mox ἐπ᾽ ἀγωγὸν bene divisit Commelinus. Basil, ἐπαγωγόν.

μὲν εἶρπε, τὰ δὲ ψελλιζόμενα τὴν βάσιν καὶ κλαυθμυριζόμενα ἐπ' ἀγωγὸν ἐφέρετο, καθάπερ σχεδιαζούσης ἐν αὐτοῖς τὴν ἱκεσίαν τῆς τύχης.

ιβ'. Ὁ δὲ Ὑδάσπης ταῦτα ὁρῶν, καὶ τὴν πάλαι ἱκεσίαν ἐπιτείνειν αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸ παντελὲς ἐξομολογεῖσθαι οἰηθεὶς, ἀποστείλας ἠρώτα, τί βούλοιντο· καὶ ὅπως μόνοι καὶ οὐ μετὰ τῶν Περσῶν ἥκοιεν. οἱ δὲ πάντα ἔλεγον, τὸν δρασμὸν τῶν Περσῶν, τὸ ἑαυτῶν ἀνυπαίτιον, τὴν πάτριον ἑορτήν· καὶ ὡς πρὸς θεράπειαν τῶν κρειττόνων ὄντας, καὶ πρὸς τῆς εὐωχίας ὑφυπνωμένους, διαλάθοιεν ἴσως ἂν διαδράντες, καὶ ἰδόντων καὶ γυμνῶν τοὺς ἐν ὅπλοις κωλύειν ἀδυνατούντων. ὁ δὴ οὖν Ὑδάσπης, τούτων πρὸς αὐτὸν ἀπαγγελθέντων, ὑποτοπήσας ὅπερ ἦν, ἀπάτην τινὰ καὶ ἐνέδραν πρὸς τοῦ Ὀροονδάτου γενησομένην, τοὺς ἱερέας μόνους μετακαλεσάμενος, καὶ τοῖς ἀγάλμασι τῶν θεῶν ἃ συνεπή-

dam vero balbutientes & eiulantes apto & illiciente ad misericordiam movendam modo ferebantur, tanquam repraesentante in illis supplicem habitum fortuna.

XII. Hydaspes autem, cum haec videret, & supplices preces iampridem significatas augere illos, ac omnino culpam confiteri arbitraretur, misso nuntio quaerebat, quid vellent? & quî fieret, quod soli, & non cum Persis venirent? Illi autem omnia exponebant, fugam Persarum, suam innocentiam, festum patrium, & quod, se intentis in cultum numinis, & post epulationes in somnum versis, clam effugissent; cum forsitan, etiamsi vidissent, nudi tamen armatos prohibere non potuissent. Hydaspes igitur, cum haec illi renuntiata fuissent, suspicatus id, quod erat, dolum aliquem & insidias Oroondatem structurum, solis sacerdotibus accersitis, & simulacris Deorum, quae secum una ferebant maioris aucto-

γοντο μᾶλλον καταιδέσαι προσκυνήσας, εἴ τι πλέον ἔχοιεν ἀναδιδάσκειν περὶ τῶν Περσῶν ἐπυνθάνετο, καὶ ὅποι μὲν ὥρμησαν· τίνι δὲ θαρσεῖν ἔχουσιν, ἢ τίσιν ἐπιχειρήσουσι. οἱ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἀγνοεῖν ἔφασαν, εἰκάζειν δὲ εἰς τὴν Ἐλεφαντίνην ὡρμηκέναι, τοῦ πλείστου στρατοῦ κατ' ἐκείνην συνειλεγμένου, καὶ τοῦ Ὀροονδάτου, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ πλέον τοῖς καταφράκτοις ἱππεῦσι ἐπανέχοντος.

ιγ'. Ταῦτα εἰπόντων, καὶ εἰσιέναι ὡς τὴν πόλιν ὡς ἰδίαν, καὶ μεθεῖναι τῆς κατ' αὐτῶν ὀργῆς ἱκετευόντων, τὸ μὲν παρελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν ὁ Ὑδάσπης τὸ παρὸν οὐδὲ ἐδοκίμαζε· δύο δὲ φάλαγγας ὁπλιτῶν εἰσπέμψας, εἰς ἀπόπειράν τε ὑποπτευομένης ἐνέδρας, καὶ, εἰ μηδὲν εἴη τοιοῦτον, εἰς φρουρὰν τῆς πόλεως, τούς τε Συηναίους ἐπὶ χρησταῖς ταῖς ὑποσχέσεσιν ἀποπέμψας, αὐτὸς εἰς τάξιν καθίστη τὸν στρατὸν, ὡς ἢ δεξόμενος ἐπιόντας τοὺς Πέρσας, ἢ καθυστεροῦσιν ἐπελευ-

ritatis caufa, adoratis, fi quid plus de confiliis Perfarum eum docere poffent, & quorfumnam contenderint, aut quo potiffimum fidant, quaerebat. Illi autem, alia quidem fibi ignota effe, dicebant: ceterum fe coniicere, Elephantinam eos contendiffe, ubi maxima pars exercitus collecta fit, & Oroondates, cum aliis, tum praecipue cataphractis equitibus, confidat.

XIII. Haec cum dicerent, & ut urbem tanquam propriam ingrederetur, iramque contra illos remitteret, fupplicarent: ingredi quidem in urbem in praefentia Hydafpi vifum non eft, ceterum duabus phalangibus armatorum immiffis ad explorandas, quas fufpicabatur, infidias, aut fi nihil effet eiufcemodi, praefidio urbi futuras, & Syenenfibus cum benignis promiffis dimiffis, ipfe exercitum in aciem eduxit, aut excepturus advenientes

σούμενος. καὶ οὔπω πᾶν διετέτακτο, καὶ σκοποὶ προσελαύνοντες, ἔξοδον τῶν Περσῶν εἰς μάχην ἐκτεταγμένων ἐμήνυον. [1] ὁ γὰρ Ὀροονδάτης τὴν μὲν ἄλλην στρατείαν εἰς τὴν Ἐλεφαντίνην ἀθροίζεσθαι διατεταγμένος, αὐτὸς δὲ ὅτε τοὺς Αἰθίοπας ἐπιόντας παρ' ἐλπίδα κατώπτευεν, εἰσδραμεῖν σὺν ὀλίγοις εἰς τὴν Συήνην ἀναγκασθεὶς, καὶ τοῖς χώμασιν ἀποτειχισθεὶς, σωτηρίαν τε αἰτήσας καὶ καθ' ὑπόσχεσιν τοῦ Ὑδάσπου λαβὼν, ἀπιστότατος ἀνθρώπων γίνεται, καὶ δύο Περσῶν ἅμα τοῖς Αἰθίοψι περαιωθῆναι κατασκευάσας δῆθεν ὡς τὴν γνώμην τῶν κατὰ τὴν Ἐλεφαντίνην, ἐφ' οἷς ἂν ἕλοιντο διαλύσασθαι πρὸς Ὑδάσπην μαθησομένους ἐξέπεμψε, τὸ δ' ἀληθὲς, εἰ παρασκευάζεσθαι πρὸς μάχην προαιροῦνται, ὅταν αὐτός ποτε διαδρᾶναι δυνηθῇ. καὶ τὸ τῆς

Perſas, aut cunctantes aggreſſurus. Necdum totus erat inſtructus, cum ſpeculatores venientes, adventum Perſarum, ad proelium inſtructorum, nuntiabant. Oroondates enim, cum alium exercitum Elephantinam convenire iuſſiſſet, ipſe vero, quando Aethiopes praeter opinionem advenire videbat, incurrere cum paucis Syenen coactus eſſet, & aggeribus intercluſus ſalutem petiiſſet, ac iuſta promiſſa Hydaſpis impetraſſet, perfidia vincebat omnes homines. Cumque perfeciſſet, ut duo Perſae una cum Aethiopibus tranſmitterent, eo praetextu, quaſi ſententiam eorum, qui Elephantinae erant, eſſent exploraturi, quibus conditionibus vellent cum Hydaſpe pacem facere, revera autem, utrum ſeſe ad bellum apparare ſtatuerent, ſi ille aliquo modo effugere poſſet: fraudulentum propoſitum re ipſa exſequebatur. Et cum

1 Ὁ γὰρ Ὀροονδάτης) Ὁ γὰρ deſunt in omnibus, praeter Palat. & Taur. teſte Dorvill. ad Char. p. 576, unde ea aſſumſimus, flagitante narrationis ordine. Idem Palat. paullo ante ἐκτεταμένων, pro ἐκτεταγμένων, quod non ſpreverim.

γνώμης ἄπιστον εἰς ἔργον ἦγεν· εὐτρεπισμένους δὲ καταλαβὼν, αὐτίκα ἐξῆγεν, οὐδ' εἰς βραχὺ τὴν ἔξοδον ὑπερθέμενος, ἀλλὰ τῷ τάχει τὴν παρασκευὴν, ὡς ἐδόκει, τῶν ἐναντίων ὑποτεμνόμενος.

ιδ'. Ἤδη γοῦν [1] πραττόμενος ἑωρᾶτο, κόμπῳ τε Περσικῷ τὰς ὄψεις προκαταλαμβάνων, καὶ ἀργυροῖς τε καὶ ἐπιχρύσοις τοῖς ὅπλοις τὸ πεδίον καταστράπτων. ἄρτι γὰρ ἀνίσχοντος ἡλίου καὶ τὴν ἀκτῖνα κατὰ πρόσωπον τοῖς Πέρσαις ἐπιβάλλοντος, μαρμαρυγή τις ἄφραστος καὶ εἰς τοὺς πορρωτάτω διεῤῥιπίζετο, καὶ τῆς πανοπλίας οἰκεῖον σέλας ἀνταυγαζούσης. τὸ μὲν οὖν δεξιὸν κέρας, αὐτῶν Περσῶν τε καὶ Μήδων τὸ γνήσιον ἐπεῖχε, τῶν μὲν ὁπλιτῶν ἡγουμένων, τῶν δὲ ὅσοι τοξόται [2] κατόπιν ἐφεπομένων· ὡς ἂν γυμνοὶ πανοπλίας ὄντες, ἀσφαλέστερον βάλλοιεν ὑπὸ τοῖς ὁπλίταις προασπιζόμενοι. τὴν δὲ Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων

paratos deprehendiſſet, ſtatim educebat, ne paullulum quidem, quin ad hoſtes pergeret, differens, ſed in celeritate, ut ita apparatum hoſtium, ut exiſtimabat, praeverteret, omnem ſpem ponens.

XIV. Iam igitur erat in conſpectu, faſtu Perſico adſpectum praeoccupans, & argenteis ac deauratis armis campum tanquam fulgure quodam illuſtrans. Tum primum enim exoriente ſole, & radios in adverſos Perſas coniiciente, fulgor quidam ineffabilis, & proprium iubar gravioris armaturae reſplendentis, etiam in eos, qui longiſſime aberant, proiiciebatur. Ac dexterum quidem cornu Perſae & Medi indigenae tenebant, armatis praecedentibus, ſagittariis autem a tergo ſubſequentibus, ut, cum graviore armatura carerent, tutius iaculari poſſent, armatorum praeſidio tecti. Porro Aegyptiorum &

1 Πραττόμενος) Valde adblandi-tur lect. Cod. Xyl. παραταττόμενος.

2 Κατόπιν) Xyl. κατὰ πόδας, e gloſſa.

χεῖρα, καὶ τὴν ξενικὴν ἅπασαν, εἰς τὸ ἀριστερὸν κατέϊεμεν· ἀκοντιστάς τε καὶ τούτοις [καὶ] σφενδονήτας παραζεύξας, ἐκδρομάς τε ποιεῖσθαι, καὶ εἰσακοντίζειν ἐκ πλαγίων [1] ὁρμώμενοι ἐπιστείλας. αὐτὸς δὲ τὸ μέσον κατελάμβανεν, ἅρματός τε δρεπανηφόρου λαμπρῶς ἐπιβεβηκὼς, καὶ ὑπὸ τῆς ἑκατέρωθεν φάλαγγος εἰς ἀσφάλειαν δορυφορούμενος, τοὺς καταφράκτους ἱππέας μόνον ἑαυτοῦ προέταττεν, οἷς δὴ καὶ πλέον θαρσήσας, τὴν μάχην ἀπετόλμησε. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἔστιν ἥδε ἡ φάλαγξ Περσῶν ἀεὶ τὸ μαχιμώτατον, καὶ οἱονεὶ τεῖχος ἀῤῥαγὲς τοῦ πολέμου προβαλλόμενον.

ιέ. Τρόπος δὲ αὐτοῖς πανοπλίας τοιόσδε. ἀνὴρ ἔκκριτος, καὶ σώματος ἰσχὺν ἐπίλεκτος, κράνος μὲν ὑπέρχεται συμφυές τε καὶ μονήλατον, καὶ ὄψιν ἀνδρὸς εἰς ἀκρίβειαν ὥσπερ τὰ προσωπεῖα [2] σοφιζόμενον. τούτῳ

Afrorum manum, & peregrinam omnem, in ſiniſtro collocavit, ſagittariis & fundatoribus his quoque adiunctis, quibus, ut excurſiones facerent, & a lateribus facto impetu iacularentur, imperavit. Ipſe vero mediam aciem tenebat, curru falcato ſplendide inſidens, & ab utraque parte collocata phalange ſecuritatis cauſa ſtipatus, cataphractis equitibus tantum ante ſe inſtructis: quibus praecipue confiſus, proelium committere auſus eſt. Siquidem eſt haec phalanx bellicoſiſſima, & tanquam murus belli infractus ante reliquum exercitum obiicitur.

XV. Armaturae autem ratio ipſis talis eſt. Vir lectus, & robore corporis praeſtans, galeam ſumit cohaerentem & compactam, ac faciem viri exacte, non ſecus ac in perſonis videre eſt, exprimentem. Hac a vertice

1 Ὁρμώμενοι) Syntaxis flagitare videtur ὁρμωμένους, uti liquido exſtat in Xyl. Palat. ὁρμημένους.

2 Σοφιζόμενον) Xyland. σεσοφισμένου· ſed verbum ſpectat ad κράνος, non ad ἀνδρός.

δὲ ἐκ κορυφῆς εἰς αὐχένα πάντα πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὸ διοπτεύειν σκεπόμενος, τὴν μὲν δεξιὰν κοντῷ μείζονι λόγχης ὁπλίζει, τὴν λαιὰν δὲ εἰς τὸν χαλινὸν ἀσχολεῖ. κοπίδα δὲ ὑπὸ τὴν πλευρὰν παρηρτημένος, οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν τεθωράκισται. ἐργασία δὲ τοῦ θώρακος τοιάδε. σκυτάλας χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς ὅσον σπιθαμαίας πάντοθεν εἰς σχῆμα τετράγωνον ἐλάσαντες, καὶ ἄλλην ἐπ' ἄλλην κατ' ἄκρα τῶν πλευρῶν ἐφαρμόζοντες, (ὡς τῇ κατωτέρᾳ τὴν ὑπερκειμένην ἀεὶ, καὶ τῇ πλαγίᾳ τὴν παρακειμένην [ἀεὶ] κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιβαίνειν) καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ τὰς ἐπιπτυχὰς τὴν συμπλοκὴν ἀγκιστρώσαντες, χιτῶνα τινὰ φολιδωτὸν ἀπεργάζονται, προσπίπτοντα μὲν ἀλύπως τῷ σώματι, καὶ πάντῃ περιφυόμενον, περιγράφοντα δὲ μέλος ἕκαστον, καὶ πρὸς [τὸ] ἀκώλυτον τῆς κινήσεως συστελλόμενόν τε καὶ συνεκτεινόμενον. ἔστι γὰρ χειριδωτὸς ἀπ' αὐχένος εἰς γόνυ

uſque ad collum totum, praeter oculos tranſpiciendi cauſa, tectus, dextram quidem armat conto maiori, quam haſta, ſiniſtra autem regendis habenis vacat: gladio vero ad latus ſuſpenſo, non tantum pectus, ſed etiam totum corpus lorica munitum habet. Lorica autem ita conficitur. Laminis aereis & ferreis, quadrangula forma magnitudine palmi ductis, aliam ſuper aliam ad extremitates laterum aptantes, (ut inferiori parte ſubiectam, in tranſverſum autem converſa, proximam ſemper continua ſerie conſcendant) & ſuturis ſubter commiſſuras texturam connectentes, tunicam quandam ſquamatam efficiunt, quae ſine ulla moleſtia corpori incumbit, & undiquaque adhaereſcit. Circumſcribit autem unumquodque membrum, & ſine ullo impedimento in motu contrahitur & extenditur. Eſt enim manicata, a collo uſ-

καθειμένος, μόνοις τοῖς μηροῖς καθὸ τῶν ἱππείων νώτων ἐπιβαίνειν ἀνάγκη διαστελλόμενος. ὁ μὲν δὴ θώραξ, τοιοῦτος, ἀντίτυπόν τι βελῶν χρῆμα, καὶ πρὸς πᾶσαν τρῶσιν ἀπομαχόμενον. ἡ κνημὶς δὲ ἀπ᾽ ἄκρων ταρσῶν εἰς γόνυ διήκει, συνάπτουσα πρὸς τὸν θώρακα. παραπλησία δὲ σκευῇ καὶ τὸν ἵππον περιφράττουσι, τούς τε πόδας κνημῖσι περιδέοντες, καὶ προμετωπιδίοις τὴν κεφαλὴν δι᾽ ὅλου σφηκοῦντες, ἐκ νώτων τε ἐπὶ γαστέρα καθ᾽ ἑτέραν πλευρὰν, σκέπασμα σιδηρόπλοκον ἀπαιωροῦντες, καὶ ὁπλίζειν τε ἅμα, καὶ τῇ λαγαρότητι μὴ ἐμποδίζειν τοὺς δρόμους. οὕτως ἐσκευασμένος, καὶ οἷον ἐμβεβλημένος περιβαίνει τὸν ἵππον, οὐκ αὐτὸς ἐφαλλόμενος, ἀλλ᾽ ἑτέρων διὰ τὸ ἄχθος ἀνατιθεμένων. κἄπειδὰν ὁ καιρὸς ἥκει τῆς μάχης, ἐφεὶς τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον, καὶ μυωπίσας παντὶ τῷ ῥοθίῳ, κατὰ τῶν ἐναντίων ἵεται, σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ

que ad genu demiſſa, in ſolis femoribus, qua parte tergum equi conſcenditur, neceſſitate ita poſtulante, diſcincta. Lorica igitur eſt talis, tela retundens, & omnis generis ictibus reſiſtens. Ocrea vero a ſumma planta ad genu pertingit, conſerta cum lorica. Conſimili autem apparatu & equum muniunt, pedes ocreis circumligantes, & frontalibus caput prorſus operientes, a tergo vero, ad ventrem circa utrumque latus, tegmentum ferreis nexibus conſtans, ſuſpendentes, ut ſimul & armet, & propter interceptum vacuum ſpatium curſum minime impediat. Sic inſtructus, & quaſi in armaturam iniectus, inſidet equo: non ipſe inſiliens, ſed aliis propter pondus ſuſtollentibus. Et poſtquam pugnae tempus advenit, equo frenum remittens, & calcaribus eum concitans, omni impetu in hoſtes fertur, ita ut ferreus vir, aut ſta-

καὶ σφυρήλατος ἀνδριὰς κινούμενος. ὁ κοντὸς δὲ τὰ μὲν πρὸς τῇ αἰχμῇ καταπολὺ καὶ εἰς εὐθὺ προβέβληται, δεσμῷ πρὸς τὸν αὐχένα τὸν ἵππιον ἀνεχόμενος· τὸν οὐρίαχον δὲ βρόχῳ πρὸς τοῖς ἱππείοις μηροῖς ἐξήρτηται, μὴ εἴκων ἐν ταῖς συμβολαῖς, ἀλλὰ συνεργῶν τῇ χειρὶ τοῦ ἱππέως, εὐθυνούσῃ μόνον τὴν βολὴν, αὐτοῦ δὲ ἐπιτείνοντος καὶ πρὸς τὸ σφοδρότερον τῆς τρώσεως ἀντερείδοντος, τῇ ῥύμῃ [γοῦν] διαπείρει πάντα τὸν ὑποπίπτοντα, καὶ μιᾷ πληγῇ δύο που φέρει πολλάκις ἀναρτήσας.

ιστ΄. Τοιοῦτον [δὲ] ἔχων τὸ ἱππικὸν ὁ Σατράπης, καὶ οὕτω τὸ Περσικὸν διατάξας, ἐπῄει ἀντιμέτωπος, κατὰ νῶτον ἀεὶ τὸν ποταμὸν ποιούμενος· καὶ πλήθει καταπολὺ τῶν Αἰθιόπων λειπόμενος, τῷ ὕδατι τὴν κύκλωσιν ἀπετείχιζεν. ἀντεπῆγε δὲ καὶ ὁ Ὑδάσπης· τοῖς ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως Πέρσαις τε καὶ Μήδοις τοὺς

tua quaedam malleis compacta moveri videatur. Contus autem, qua parte cuſpis eſt, longe in directum prominet, & vinculo ad collum equi ſuſtinetur: porro manubrio nodo ad femora equi annectitur, qui non cedit in conflictu, ſed adiuvat manum equitis ictum tantum dirigentem; atque ipſo magis intendente, & renitendo vehementiorem efficiente ad vulnerandum impetum, transfigit quemlibet obvium, & duos uno ictu ſuſpenſos fert ſaepius.

XVI. Cum igitur talem haberet equitatum Satrapa, & ſic exercitum Perſicum inſtruxiſſet, procedebat ad hoſtes ex adverſo. Et a tergo ſemper fluvium relinquens, quia multitudine longe inferior erat Aethiopibus, aqua tanquam muro quodam obiecta, quo minus ab hoſtibus circumveniri poſſet, providebat. Viciſſim autem ducebat exercitum Hydaſpes; contra Perſas & Medos, qui

ἐκ Μερόης ἀντιτάττων ἄνδρας ὁπλομάχους τε, καὶ τῆς κατὰ συστάδην χειρονομίας ἐπιστήμονας· τοὺς δὲ ἐκ τῆς Τρωγλοδυτικῆς καὶ τοὺς τῇ κινναμωμοφόρῳ προσοίκους, εὐσταλεῖς τε τὴν ὅπλισιν καὶ ποδώκεις, καὶ τοξείαν ἀρίστους, τοῖς κατὰ τὸ λαιὸν τῶν ἐναντίων σφενδονήταις τε καὶ ἀκοντισταῖς παρενοχλήσοντας ἀπεκλήρωσε. τὸ δὲ μεσεῦον τοῦ Περσικοῦ τοῖς καταφράκτοις μεγαλαυχούμενον καταμαθὼν, ἑαυτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πυργοφόρους ἐλέφαντας ἀντέταξε, τὸ Βλεμμύων καὶ Σηρῶν ὁπλιτικὸν προτάξας, καὶ ἃ χρὴ πράττειν παρὰ τὸ ἔργον ἐπιστείλας.

ιζʹ. Ἀρθέντων δὲ ἑκατέρωθεν τῶν σημείων, καὶ τοῦ μὲν Περσικοῦ διὰ σαλπίγγων, [1] βόμβοις δὲ καὶ τυμπάνοις τῶν Αἰθιόπων τὴν μάχην ἐπισημαινόντων, ὁ μὲν

erant in dextro cornu, milites ex Meroë gravibus armis dimicantes, & ſtatariae pugnae peritos, inſtruens: porro ex Troglodytica regione, & ei tractui vicinos, in quo cinnamomum provenit, levi & expedita armatura inſtructos, & ſingulari pedum celeritate praeditos, & iaculandi arte praeſtantes, iis, qui in ſiniſtro cornu collocati fuerant, negotium faceſſituros oppoſuit. Mediam autem aciem Perſici exercitus cum elatam eſſe robore audiſſet, ſe illi & elephantos turritos, qui circa ipſum erant, oppoſuit, adiunctis Blemmyum & Serum armatis, & iiſdem edoctis, quae illos facere, cum ad rem ventum eſſet, oporteret.

XVII. Cum autem ſigna utrinque concinerent, Perſico quidem exercitu tubis, malleis vero ac tympanis Aethiopibus ſignum pugnae dantibus: Oroondates clamore

1 Βόμβοις) Ita e libris repoſuit Commelin. Baſil. ῥόπτροις, quod non temere reiiciendum arbitror: ῥόπτροις enim percutiebantur tympana. Mox παραμείβοντος male Baſil.

Ὀροονδάτης ἐμβοήσας, δρόμῳ τὰς φάλαγγας ἐπῆγεν. ὁ δὲ Ὑδάσπης τὰ μὲν πρῶτα σχολαίτερον ἀντεπιέναι προσέταττε, βάσιν ἐκ βάσεως ἡσυχῇ παραμείβοντας, τῶν τε ἐλεφάντων ἕνεκεν, ὅπως ἂν μὴ ἀπολειφθεῖεν τῶν προμάχων, καὶ ἅμα τὴν ῥύμην τῶν ἱππέων τῶν μεταξὺ προϋπεκλύων. ἐπεὶ δὲ βολῆς ἐντὸς ἤδη καθίσταντο, καὶ τοὺς καταφράκτους ἐρεθίζοντας τὴν ἵππον εἰς τὴν ἔπελασιν οἱ Βλέμμυες κατέμαθον, τὰ προτεταγμένα πρὸς τοῦ Ὑδάσπου ἔπραττον· καὶ τοὺς Σῆρας, ὥσπερ προκώλυμα εἶναι καὶ προασπίζειν τῶν ἐλεφάντων, καταλιπόντες, αὐτοὶ πολὺ τῶν τάξεων προπηδήσαντες, ὡς τάχους εἶχον, ἐπὶ τοὺς καταφράκτους ὥρμησαν, μανίας ἔμφασιν τοῖς ὁρῶσι περιστάντες, οὕτως ὀλίγοι πρὸς πλείονας καὶ πρὸς οὕτω πεφραγμένους προεφορμήσαντες. οἱ Πέρσαι δὲ πλέον ἢ πρότερον ἐφέντες τοῖς ἵπποις ἐπήλαυνον, ἕρμαιον τὸ

ſuos adhortatus, concitato curſu phalanges ducebat. Hydaſpes autem initio tardius obviam procedere iubebat, gradum gradu lente permutantes, hac ratione & elephantis, ne deſererentur a propugnatoribus, proſpiciens, & ſimul impetum equitum, qui erant in medio ante conflictum, conſumens ac diſſolvens. Cum autem a ſeſe ad teli iactum diſtarent, & cataphractos equos irritare ad invadendum, Blemmyes animadverterent, ea, quae imperata fuerant ab Hydaſpe, faciebant: & Seribus, ut eſſent praeſidio elephantis, relictis, ipſi longe ante ordines proſiliunt, &, quanta celeritate poterant, ad cataphractos contendunt, furoris ſpeciem intuentibus praebentes, quod tam pauci contra plures & ita armatos procurrere auderent. Perſae autem magis etiam tum, quam prius, citatis equis invehebantur, in lucro ponentes il-

ἐκείνων θράσος ποιούμενοι, καὶ ὡς αὐτίκα καὶ παρὰ τὴν πρώτην συμβολὴν ἁρπασόμενοι.

ιή. Τότε οἱ Βλέμμυες εἰς χεῖρας ἤδη συμπίπτοντες, καὶ μονονοὺ ταῖς αἰχμαῖς ἐγχρίμπτοντες ἀθρόον καὶ καθ᾽ ἓν σύνθημα, ὑπώκλασάν τε καὶ ὑπεδύοντο τοῖς ἵπποις· γόνυ μὲν θάτερον τῇ γῇ προσερείδοντες, κεφαλὴν δὲ καὶ νῶτα, [1] ταῖς μὲν οὐδὲν ἢ μονονοὺ πατούμενοι. παράδοξον δὲ ἔδρων καὶ ἐλυμαίνοντο τὴν ἵππον ὑπὸ τὴν γαστέρα κατὰ τὴν διεξέλασιν τοῖς ξίφεσιν ἀνακόπτοντες. ὥστε ἔπιπτον μὲν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἵππων πρὸς τὴν ἀλγηδόνα τὸν χαλινὸν ὑπερορώντων, καὶ τοὺς ἀναβάτας ἀποσειομένων· οὓς κορμηδὸν κειμένους οἱ Βλέμμυες ὑπὸ τοὺς μηροὺς ἀνέτεμον. ἀκίνητος γὰρ Περσῶν κατάφρακτος τοῦ χειραγωγήσοντος ἀμοιρήσας. ὅσοι δὲ ἀτρώτοις ἵπποις συνηνέχθησαν, ἐπὶ τοὺς Σῆρας

lorum audaciam, & eam ſpem concipientes, quaſi illos continuo & primo conflictu eſſent rapturi.

XVIII. Tunc Blemmyes, cum iam ad manus veniſſent, & propemodum in haſtis haererent, ſubito, & quaſi ad unum ſignum, ſubſidunt, & equos ſubeunt, genu quidem altero terrae innixi, caput vero & tergum equis ſubiicientes ſine ullo detrimento, niſi quod calcationem ſuſtinere cogebantur. Ceterum rem incredibilem, & praeter omnium opinionem faciebant, & laedebant equos, ventrem illis in tranſitu ſuffodientes. Quamobrem cadebant non pauci, equis propter dolorem frenum aſpernantibus, & ſeſſores excutientibus. Quos acervatim iacentes, Blemmyes ſub femoribus diſſecabant. Immobilis eſt enim Perſarum cataphractus, ſi ductore careat. Quicunque autem integris equis evaſerant, ad Seres fere-

1 Ταῖς μὲν -- πατούμενοι) Locus haud dubie corruptus. Nec iuvant libri admodum. Palat. ταῖς μὲν οὐδὲν ἢ μόνον οἱ (forte ὄνυξι) πατούμενοι. Baſ. praeterea παθούμενοι, vitioſe. Receptam lectionem exhibent Vatic. & Xyl.

ἐφέροντο. οἱ δὲ, ἐπειδὴ μόνον ἐπλησίαζον, κατόπιν ἑαυτοὺς τῶν ἐλεφάντων ὑπέστελλον, ὥσπερ ἐπὶ λόφον ἢ φρούριον τὸ ζῶον καταφεύγοντες. ἔνθα πολὺς φόνος καὶ ὀλίγου παντελὴς συνέπιπτε τοῖς ἱππεῦσιν. οἵτε γὰρ ἵπποι πρὸς τὸ ἀηδὲς [τῆς] τῶν ἐλεφάντων ὄψεως ἀθρόον [1] παραγυμνωθείσης, καὶ τῷ μεγέθει ξενίζοντι τῆς θέας τὸ φοβερὸν ἐπιφερούσης, οἱ μὲν παλινδρομοῦντες, οἱ δὲ ἐν ἀλλήλοις συνταραττόμενοι, τὴν τάξιν τῆς φάλαγγος τάχιστα παρέλυον. οἵ τε ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων κατὰ τοὺς πύργους ἓξ μὲν [2] ἕκαστοι κατειληφότες, δύο δὲ κατὰ πλευρὰν ἑκάστην ἐκτοξεύοντες, τῆς ἐπ' οὐρὰν μόνης καὶ εἰς τὸ ἄπρακτον σχολαζούσης, οὕτως δή τι συνεχές τε καὶ ἐπὶ σκοπὸν ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως τῶν πύργων ἔβαλλον, ὥστε εἰς νέφους φαντασίαν τὴν πυκνότητα παραστῆναι τοῖς Πέρσαις· καὶ πλέον ὅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς μάλιστα τῶν ἐναντίων σκο-

bantur. Illi autem, ſtatim ut appropinquabant, poſt elephantos ſeſe recipiebant, ad animal tanquam ad tumulum aut propugnaculum aliquod confugientes. Ibi magna caedes, & propemodum ad internecionem uſque accidit equitibus. Equi enim ad inuſitatam elephantorum ſpeciem ſubito nudatam, & magnitudinem peregrinam ex conſpectu formidinem incutientem, alii retrorſum fugientes, alii inter ſeſe permixti & coarctati, ordinem phalangis celerrime turbarunt. Et hi, qui erant in elephantis, cum ſex ſingulas turres occuparent, & bini ab unoquoque latere iacularentur, ſola parte ſupra caudam vacante, adeo continue & directe ad ſcopum e turribus tanquam ex arce tela mittebant, ut denſitas iaculorum nubis ſpeciem Perſis exhiberet: praecipue cum oculos hoſtium

1 Παραγυμνωθείσης) Baſ. παραγυμνωθεισας, male.

2 Ἕκαστοι) Optime Palat. ἕκαστον, elephantem, vel turrim.

πους οἱ Αἰθίοπες ποιούμενοι, καθάπερ οὐκ ἐπὶ τῶν ἴσων πολεμοῦντες, ἀλλ' εὐστοχίας ἀγώνισμα προθέντες, οὕτως ἀδιαπτώτως ἐτύγχανον· ὥστε οἱ [1] διαπεπαρμένοι τοῖς βέλεσιν, ἐφέροντο σὺν οὐδενὶ κόσμῳ διὰ τοῦ πλήθους, καθάπερ αὐλοὺς [2] τοὺς ὀϊστοὺς τῶν ὀφθαλμῶν προβεβλημένοι. εἰ δέ τινας ὑπὸ ῥύμης τοῦ δρόμου, μὴ κατασχεθέντες, οἱ ἵπποι, καὶ ἄκοντας ὑπεξαγαγόντες, εἰς τοὺς ἐλέφαντας ἐνέβαλλον. καὶ οὕτως οἱ μὲν αὐτοῦ κατανηλίσκοντο, ὑπό τε τῶν ἐλεφάντων ἀνατρεπόμενοι καὶ καταπατούμενοι· οἱ δὲ ὑπό τε τῶν Σηρῶν ὑπό τε τῶν Βλεμμύων ὥσπερ ἐκ λόχου τοῦ ἐλέφαντος ἐκδρομάς τε ποιουμένων, καὶ τοὺς μὲν [καὶ] τιτρώσκειν εὐστοχούντων, τοὺς δὲ κατὰ συμπλοκὴν ἀπὸ τῶν ἵππων εἰς γῆν ὠθούντων. ὅσοι δὲ καὶ διεδίδρασκον, ἄπρακτοι καὶ οὐδὲν δράσαντες τοὺς ἐλέφαντας ἀπεχώρουν.

ſcopos ſibi proponentes Aethiopes, tanquam non pari conditione pugnarent, ſed iaculandi peritiae certamen inirent, ita ſcopum collimarent, ut hi, qui transfixi fuerant iaculis, ſine ullo ordine ferrentur per multitudinem, ſagittis illis tanquam tibiis ex oculis prominentibus. Quod ſi aliquos ex impetu curſus, cum ſeſe cohibere non poſſent, equi vel invitos evexerunt, elephantis obiiciebant. Et hi quidem ibi ita conſumebantur, cum partim ab elephantis everterentur & protererentur, partim a Seribus & Blemmyibus, tanquam ex inſidiis poſt elephantes locatis, excurſiones facientibus, & alios certo ictu vulnerantibus, alios cominus ex equis in terram deiicientibus, conficerentur. Denique quicunque effugiebant, nullo facinore memorabili edito, nec ullo detrimento

1 Διαπεπαρμένοι) Ita Vat. Xyl. At Palatin. διαπεπραγμένοι. Baſil. διαπεπερονημένοι.

2 Τοὺς ὀϊστοὺς) Ita omnino e Vat. & Xyl. corrigendum. Palat. cum Baſ. ἰστούς.

τὸ γὰρ θηρίον πέφρακται μὲν καὶ σιδήρῳ παραγινόμενον εἰς μάχην· καὶ ἄλλως δὲ πρὸς τῆς φύσεως τὴν δορὰν ἐστόμωται, στερεμνίου φολίδος τῇ ἐπιφανείᾳ ἐπιτρεχούσης, καὶ πᾶσαν αἰχμὴν τῷ ἀντιτύπῳ θραυούσης.

ιθ'. Τραπέντων δὲ ἅπαξ εἰς φυγὴν τῶν ὑπολειπομένων, αἴσχιστα δὴ πάντων ὁ σατράπης Ὀροονδάτης, τὸ μὲν ἅρμα ἐγκαταλιπὼν, ἵππου δὲ τῶν Νυσαίων ἐπιβὰς διεδίδρασκεν, ἀγνοούντων ταῦτα τῶν κατὰ τὸ ἀριστερὸν κέρας Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων, καὶ σὺν εὐτολμίᾳ πάσῃ τὴν μάχην συμφερομένων, καὶ πασχόντων μὲν πλείονα ἢ δρώντων, καρτερικῷ δὲ λήμματι τὰ δεινὰ ὑπομενόντων. οἱ γὰρ ἐκ τῆς κινναμωμοφόρου κατ' αὐτοὺς τεταγμένοι δεινῶς πιεζοῦντες, πολλὴν ἀπορίαν παρεῖχον, ἐπιόντας μὲν ὑποφεύγοντες καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος προφθάνοντες, καὶ ἀπεστραμμένοις εἰς τοὐπίσω τοῖς τόξοις καὶ παρὰ τὴν φυγὴν βάλλον-

elephantis illato, diſcedebant. Siquidem bellua ferro eſt munita, cum in proelium deſcendit: & alioqui etiam naturae dono ſoliditate & duritie praedita eſt, aſpera ſquamma ſuperficiem obducente, & omnem cuſpidem contrario nixu frangente ac repellente.

XIX. Poſtremo omnibus, qui ſuperfuerant, ſemel in fugam verſis, turpiſſime omnium Satrapa, curru relicto equum Nyſaeum conſcendens, profugit, ignorantibus hoc, qui in ſiniſtro cornu fuerant, Aegyptiis & Afris, ac ſtrenue proelium ineuntibus, & plura quidem accipientibus, quam inferentibus, vulnera, ceterum obſtinato animo acerba perferentibus. Nam milites ex cinnamomifera regione, contra illos inſtructi, vehementer illos prementes, ad inopiam conſilii & deſperationem redigebant, refugientes cum illi advenirent, & longe praecurrentes, averſiſque in tergum arcubus etiam in fuga iaculantes, ceden-

τες, ἀναχωροῦσι δὲ ἐπιτιθέμενοι, καὶ κατὰ τὰ πλάγια οἱ μὲν ταῖς σφενδόναις βάλλοντες, οἱ δὲ μικροῖς μὲν τοῖς βέλεσιν, ἰῷ δὲ δρακόντων πεφραγμένοις εἰστοξεύοντες, [1] [ὀξὺν τινα καὶ ἀπότομον θάνατον ἐπέφερον. τοξεύουσι δὲ οἱ τῆς κινναμωμοφόρου παίζειν πλέον ἢ σπουδάζειν τὴν τοξείαν ἐοικότες·] πλέγμα γάρ τι κυκλοτερὲς τῇ κεφαλῇ περιθέντες, καὶ τοῦτο βέλεσι κατὰ τὸν κύκλον περιπείραντες, τὸ μὲν ἐπτερωμένον τοῦ βέλους πρὸς τῇ κεφαλῇ περιτίθενται, τὰς δὲ ἀκίδας οἷον ἀκτῖνας εἰς τὸ ἐκτὸς προβέβληνται. κἀντεῦθεν ἐξ ἑτοίμου παρὰ τὰς μάχας ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ἀφαιρῶν ἕκαστος, ἀγέρωχόν τι καὶ σατυρικὸν σκίρτημα [2] λυγιζόμενός τε καὶ καμπτόμενος, καὶ τοῖς ἰοῖς ἐστεμμένος, ἀπὸ γυμνοῦ τοῦ σώματος τοῖς ἐναντίοις ἐφίησιν, οὐδὲν σιδήρου κατὰ τὴν αἰχμὴν δεόμενον. ὀστοῦν γὰρ δράκοντος νωτιαῖον ἀφελὼν, τὸ μὲν ἄλλο εἰς τὸν πῆχυν τοῦ βέλους ἀπευθύνει, τὰ δὲ ἄκρα πρὸς τὸ ἀκ-

tibus vero inſtantes, & a lateribus alii fundis iacientes, alii parvas quidem ſagittas, ceterum veneno draconum infectas, coniicientes. Textura enim quadam rotunda capiti impoſita, & ſagittis in orbem tranſfixa, partem quidem ſagittae alatam ad caput convertunt, porro ſpicula tanquam radios extrorſum prominere ſinunt. Et inde expedite in proeliis tanquam ex pharetra promens quilibet, ſtrenuum quendam & quaſi Satyricum ſaltum faciens, & iaculis coronatus, nudo corpore in hoſtes immittit, nihil omnino ferri ad ſpiculum indigentem. Os enim ex tergo draconis auferens, primum longitudine ulnae iaculum adaequat, deinde extremitates quam maxime po-

1 Ὀξὺν τινα καὶ ἀπότομον θάνατον -- ἐοικότες) Quae uncis inſerta leguntur, e Codicibus Commelinus ſupplevit. Lacunam iam notavit Canterus Var. III, cap. 12.

2 Λυγιζόμενος) Inepta eſt Baſ. lectio, λογιζόμενος.

μαιότατον ἀποξέσας, αὐτογλώχινα τὸν ὀϊστὸν ἀπεργάζεται, τάχα που καὶ ἀπὸ τῶν ὀστῶν οὕτω παρωνομασμένον. χρόνον μὲν οὖν τινα συνειστήκεισαν οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ τῷ συνασπισμῷ πρὸς τὴν τοξείαν ἀντεῖχον, φύσει τε τλήμονες ὄντες καὶ πρὸς τὸν θάνατον οὐ λυσιτελῶς μᾶλλον, ἢ φιλονείκως κενοδοξοῦντες, ἴσως δέ που καὶ τιμωρίαν λιποταξίου προορῶντες.

κ΄. Ἐπεὶ δὲ τούς τε καταφράκτους τὴν μεγίστην τοῦ πολέμου χεῖρά τε καὶ ἐλπίδα νομιζομένους, διεφθαρμένους κατέμαθον, τόν τε Σατράπην ἀποδεδρακότα, τούς τε Μήδων καὶ Περσῶν πολυθρυλλήτους ὁπλίτας, οὔτε τι παρὰ τὴν μάχην λαμπρὸν ἀποδεδειγμένους, ἀλλ' ὀλίγα μὲν δράσαντας κατὰ τῶν ἐκ Μερόης, οἳ κατ' αὐτοὺς ἐτάχθησαν, παθόντας δὲ πλείονα, καὶ τοῖς λοιποῖς ἑφεπομένοις ἐνδόντες καὶ αὐτοὶ προτροπάδην ἔφευγον. ὁ δὲ Ὑδάσπης, ὥσπερ ἀπὸ σκοπῆς τοῦ

test expoliendo exacuens, sagittam nativo cum spiculo efficit, ab ossibus etiam fortasse Graecis sic cognominatam. Longo igitur tempore conservarunt ordines Aegyptii, & confertim densatis scutis iacula sustinebant, alioqui natura patientes, & mortis contemtu non tam utiliter, quam ambitiose, gloriantes, fortassis etiam poenam desertorum ordinum prospicientes.

XX. Ceterum postquam cataphractos, quod praecipuum robur & belli spes esse existimabatur, profligatos esse cognoverunt, & Satrapam fugisse, & Mediaeos ac Persicos milites laudatissimos nihil admodum praeclari gessisse, sed pauca damna intulisse Meroënsibus, contra quos instructi fuerant, plura vero passos esse, ac reliquos fuga subsequi, remiserunt & ipsi contentionem, & terga vertentes fugiebant. Hydaspes autem ex turre,

πύργου, λαμπρᾶς ἤδη τῆς νίκης θεωρὸς γινόμενος, κήρυκας διαπέμπων εἰς τοὺς διώκοντας, τοῦ μὲν φονεύειν ἀπέχεσθαι προηγόρευε, ζῶντας δὲ οὓς δύναιντο καὶ συλλαμβάνειν καὶ ἄγειν· καὶ πρὸ πάντων τὸν Ὀροονδάτην· ὡς δὴ καὶ ἐγένετο. παρεκτείναντες γὰρ ἐπ' ἀσπίδα τὰς φάλαγγας οἱ Αἰθίοπες, καὶ τὸ πολὺ βάθος τῶν τάξεων εἰς μῆκος ἑκατέρωθεν ἐπαναγαγόντες, τάς τε κεραίας ἐπιστρέψαντες, εἰς κύκλωσιν τὸ Περσικὸν συνήλασαν, καὶ μίαν μόνον ἀτραπὸν τὴν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀκώλυτον εἰς φυγὴν τοῖς ἐναντίοις ὑπελείποντο· εἰς ὃν οἱ πλείους ἐμπίπτοντες, ὑπό γε ἵππων καὶ δρεπανηφόρων ἁρμάτων καὶ τοῦ λοιποῦ ταράχου καὶ πλήθους ὠθούμενοι σὺν πολλῷ τῷ θράσει, μετεμάνθανον ὡς τὸ δοκοῦν στρατήγημα τοῦ Σατράπου πρὸς ἐναντίους σφισὶν [1] ἦν καὶ ἄσκεπτον. τὸ γοῦν κυκλωθῆναι παρὰ τὴν ἀρχὴν καταδείσας, καὶ τὸν Νεῖλον διὰ τοῦ-

tanquam ex specula, praeclarae victoriae spectator cum esset, nuntiis dimissis ad eos, qui insequebantur, ut a caede abstinerent, edixit; sed vivos, quos possent, caperent & adducerent, & ante omnes Oroondatem: quemadmodum & accidit. Expansis enim phalangibus in formam scuti orbicularem Aethiopes, & magna latitudine ordinum in longitudinem utrinque extensa, deinde cornibus conversis, in orbem Persicum exercitum compulerunt, & unam tantum viam ad flumen patentem fugae hostibus reliquerunt. In quod cum multi inciderent, ab equis & falcatis curribus & reliquo tumultu ac multitudine compulsi cum magna trepidatione, cognoverunt, quod stratagema, quo videbatur esse usus contra hostes Satrapa, fuisset ineptum, & nulla ratione factum. Siquidem cum initio, ne circumdarentur, metueret, &

1 Ἦν καὶ ἄσκεπτον) Excidit vocabulum post ἦν. Interpres quoque: *ineptum* & nulla ratione factum.

το κατὰ νῶτον ποιήσας, ἔλαθεν αὐτῷ τὴν φυγὴν ἀποτειχίσας. ἐνταῦθα οὖν καὶ αὐτὸς ἁλίσκεται· καὶ Ἀχαιμένου τοῦ Κυβέλης παιδὸς ἅπαντα ἤδη τὰ κατὰ τὴν Μέμφιν πεπυσμένου, καὶ ἀνελεῖν μὲν τὸν Ὀροονδάτην παρὰ τὸν θόρυβον ἐπιβουλεύσαντος, (μετέμελε γὰρ αὐτῷ τῶν κατὰ τῆς Ἀρσάκης μηνυμάτων, τῶν ἐλέγχων προδιεφθαρμένων) τρῶσαι δὲ καιρίαν ἀποτυχόντος, ὑπέσχε γε μὴν αὐτίκα τὴν δίκην πρός τινος τῶν Αἰθιόπων τόξῳ βληθεὶς, ἀναγνόντος μὲν τὸν Σατράπην, καὶ περισώζειν, ὡς προστέτακτο, βουλομένου· ἀγανακτήσαντος δὲ τὸ ἄδικον τοῦ ἐγχειρήματος, εἰ τοὺς ἐναντίους τις ὑποφεύγων, χωροίη κατὰ τῶν φιλίων, τὸν καιρὸν τῆς τύχης εἰς ἐχθροῦ ἄμυναν ὡς ἐῴκει θηρώμενος.

κα'. Τοῦτον μὲν οὖν ἀχθέντα πρὸς τοῦ ἑλόντος ὁ Ὑδάσπης ψυχοῤῥαγοῦντα θεασάμενος, καὶ πολλῷ

propterea ita inftrueret exercitum, ut a tergo Nilus effet: non animadvertit, fe fibi fugae fpatium obftruxiffe. Ibi igitur & ipfe capitur; cum Achaemenes, Cybeles filius, qui iam omnia, quae acta fuerant Memphi, audierat, in illo tumultu eum dolo interficere conatus effet, (poenitebat enim illum eorum, quae de Arface indicaverat, argumentis, quibus indicia probare potuiffet, fublatis) fed tamen fpe fruftratus, letale vulnus illi non intuliffet. Is tamen dedit ftatim poenas, a quodam Aethiope ex arcu transfixus, qui cognoverat Satrapam, & fervare, ficut fuerat imperatum, volebat, ac indignabatur fcelerato facinori, quod quifpiam hoftes effugiens, rurfus fuos aggrederetur, opportunitatem fortunae ad ultionem inimici obfervans.

XXI. Hunc igitur adductum ab eo, qui ceperat, Hydafpes deficientem animo confpicatus, & multo cruore

αἵματι ῥεόμενον, τοῦτο μὲν ἐπαοιδῇ διὰ τῶν τοῦτο ἔργον πεποιημένων ἐπέσχε. κρίνας δὲ εἰ δύναιτο περισώζειν, ἐπιῤῥωννύς τε τοῖς λόγοις, Ὦ βέλτιστε, ἔφη, τὸ μὲν σώζεσθαί σοι, κατ' ἐμὴν ὑπάρξει γνώμην. νικᾷν γὰρ καλὸν τοὺς ἐχθροὺς, ἑστῶτας μὲν ταῖς μάχαις· πεπτωκότας δὲ, ταῖς εὐποιΐαις. τί δ' οὖν βουλόμενος οὕτως ἄπιστος ἀπεδείχθης; ὁ δὲ, Πρός σε, ἔφη· πιστὸς δὲ πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην. καὶ ὁ Ὑδάσπης, Ὑποπεσὼν τοίνυν, τίνα σαυτῷ τιμωρίαν ὁρίζεις, πάλιν ἠρώτα. Καὶ ὅσην ἂν, ἔφη, βασιλεὺς ὁ ἐμὸς τῶν σῶν τινα στρατηγῶν φυλάττοντά σοι πίστιν λαβὼν ἀπήτησεν. Οὐκοῦν, ἔφη [ὁ Ὑδάσπης,] ἐπῄνεσεν ἂν, καὶ δωρησάμενος ἀπέπεμψεν, εἰ βασιλεὺς ἀληθής ἐστι, ἀλλὰ μὴ τύραννος, ἐν ἀλλοτρίοις ἐπαίνοις ζῆλον τοῖς ἰδίοις τῶν ὁμοίων κατασκευαζόμενος. ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, πιστὸς μὲν εἶναι λέγεις, ἀσύνετος δὲ κἂν αὐτὸς μὴ ὁμολογή-

manantem, quem quidem facile iis, quae ad hunc uſum parata fuerant, inhibuit, cum ſtatuiſſet ſervare, ſi poſſet, & confirmaſſet oratione: Optime, inquit, tibi quidem, ut ſuperſtes ſis, mea voluntate conceditur. Pulchrum eſt enim vincere hoſtes, ſtantes quidem adhuc, proeliis; collapſos autem, beneficentia. Ceterum quid fuit in cauſa, quod tam perfidus exſtitiſti? Ille autem, Erga te, inquit, ſed fidus erga meum dominum. Et Hydaſpes, Cum igitur ſuccubueris, quam in te ipſum poenam ſtatuis? rurſus quaerebat. Quam vero, inquit, rex meus ab aliquo tuorum ducum, qui tibi fidem ſervant, capto expeteret. Sane, inquit Hydaſpes, collaudaret, & cum donis remitteret: ſiquidem rex verus eſt, & non tyrannus, & ſtudet, ut ſui alienis laudibus incitati, ſimilia exempla aemulari diſcant. Enimvero, o praeclare, fidum te quidem eſſe dicis: ſed quod imprudens fueris, an non

σειας, πρὸς τοσαύτας μυριάδας [οὕτω] παρατόλμως ἀντιταξάμενος; Οὐκ ἦν ἀσύνετος ἴσως, ἀπεκρίνατο, τῆς γνώμης στοχάσασθαι τοῦ βασιλεύοντος, μεθ' ἧς ἐκεῖνος πλέον τιμωρεῖται τοὺς ὁπωσοῦν ἐν πολέμῳ δειλοὺς, ἢ τιμᾷ τοὺς ἀνδρείους. ἔγνων οὖν ὁμόσε χωρῆσαι πρὸς τὸν κίνδυνον· καὶ ἤτοι μέγα τι κατορθῶσαι καὶ παρὰ δόξαν, οἷα πολλὰ πολέμου καιροὶ [1] κατορθοῦσιν, ἢ διασωθεὶς, εἰ τοῦτο συμβαίνοι, χώραν ἀπολογίας ὑπολείπεσθαι, ὡς πάντων τῶν ἐπ' ἐμοὶ πεπραγμένων.

κβ'. Τοιαῦτα εἰπὼν, καὶ ἀκούσας ὁ Ὑδάσπης, ἐπῄνει τε, καὶ εἰς τὴν Συήνην εἰσέπεμπεν, ἐπιμεληθῆναι αὐτοῦ παντοίως τοῖς ἰατρεύουσιν ἐπιστείλας. εἰσῄει δὲ καὶ αὐτὸς ἅμα τοῖς ἐπιλέκτοις τοῦ στρατοῦ, πάσης μὲν τῆς πόλεως καὶ διὰ πάσης ἡλικίας προϋπαντώσης,

ipſe fateberis, qui tot myriadibus temerarie te opponere auſus ſis? Non eram fortaſſis imprudens, reſpondit, in coniicienda regia voluntate, qua ille maioribus poenis afficit timidos & ignavos in bellis, quam praemiis fortes ac ſtrenuos. Statui igitur occurrere ſponte ipſe periculo, & aut aliquod magnum & praeter opinionem edere, ſicuti ſaepe multas occaſiones bellum ad rem bene gerendam ſubminiſtrat; aut ſervatus ſaltem, ſi hoc accidiſſet, locum excuſationi relinquere, tanquam nulla re ex iis, quae in mea poteſtate fuiſſent, a me praetermiſſa.

XXII. Talia cum dixiſſet, & audiſſet Hydaſpes, collaudabat eum, & Syenen miſit, datis mandatis, ut ſummam diligentiam in illo curando medici adhiberent. Ingrediebatur vero & ipſe una cum delectis ex exercitu, tota urbe omnium ordinum & aetatum frequentia illi ob-

1 Κατορθοῦσιν) Verbum hoc forte e vicinia huc illatum. Praetulerim igitur Cod. Xyland. lectionem θαυματουργοῦσιν, noſtro ſcriptori ſatis frequentatum v.

στεφάνοις δὲ καὶ ἄνθεσιν Νειλώοις τὴν στρατείαν βαλλούσης, καὶ ταῖς ἐπινικίοις εὐφημίαις τὸν Ὑδάσπην ἀνυμνούσης. ἐπεὶ δὲ τειχῶν ἐντὸς εἰσήλασεν ὥσπερ ἐφ᾽ ἅρματος τοῦ ἐλέφαντος, ὁ μὲν αὐτίκα πρὸς ἱεροῖς ἦν, καὶ θεραπείας τῶν κρειττόνων χαριστηρίοις, τῶν τε Νειλώων ἥτις γένεσις παρὰ τῶν ἱερέων ἐκπυνθανόμενος, καὶ εἴ τι θαύματος ἢ θεάματος ἄξιον κατὰ τὴν πόλιν ἐπιδεικνῦναι ἔχουσιν. οἱ δὲ, τήν τε φρεατίαν τὸ νειλομέτριον ἐδείκνυσαν, τῷ κατὰ τὴν Μέμφιν παραπλήσιον, συννόμῳ μὲν καὶ ξεστῷ λίθῳ κατεσκευασμένον, γραμμαῖς δὲ ἐκ πηχυαίου διαστήματος κεχαραγμένον· εἰς ἃς τὸ ποτάμιον ὕδωρ ὑπὸ γῆς διηθούμενον, καὶ ταῖς γραμμαῖς ἐμπίπτον, τάς τε αὐξήσεις τοῦ Νείλου καὶ ὑπονοστήσεις τοῖς ἐγχωρίοις διασημαίνει τῷ ἀριθμῷ τῶν σκεπομένων καὶ γυμνουμένων χαραγμάτων, τὸ ποσὸν τῆς πλημμύρας ἢ τῆς λειψυδρίας μετρουμένων. ἐδείκνυσαν δὲ καὶ τοὺς τῶν ὡρονομίων γνώμονας,

viam progreſſa, & coronas & flores Nili iaciente in exercitum, & gratulationibus propter victoriam partam Hydaſpem collaudante. Poſtquam autem intra muros elephanto tanquam curru invectus eſt, ſtatim in res ſacras & cultum divinum gratiarum actionis ergo animum intendit: quae eſſet origo feſtorum Nili, & ſi quid admiratione aut ſpectaculo dignum in urbe oſtendere poſſent, interrogans. Illi autem puteum Nilum menſurantem oſtenderunt, ſimilem ei, qui eſt Memphi, ex ſecto quidem & polito lapide exſtructum, lineas vero ulnae interſtitio exſculptas continentem: in quem aqua fluviatilis ſubterraneo meatu impulſa, & in lineas incidens, incrementa Nili & diminutiones indigenis monſtrat, numero tectorum aut nudatorum characterum, rationem exundationis aut defectus aquae menſurantium. Oſtenderunt quo-

ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν ὄντας, τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος κατὰ τροπὰς θερινὰς ἐν τοῖς περὶ Συήνην εἰς ἀκρίβειαν κατὰ κορυφὴν ἱσταμένης, καὶ τῷ πανταχόθεν περιφωτισμῷ τὴν παρέμπτωσιν τῆς σκιᾶς ἀπελαυνούσης, ὡς καὶ τῶν φρεάτων τὸ κατὰ βάθος ὕδωρ καταυγάζεσθαι διὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ὑδάσπης οὐ σφόδρα ὡς ξένα ἐθαύμαζε. συμβαίνει γὰρ τὰ ἴσα καὶ κατὰ Μερόην τὴν Αἰθιόπων. ὡς δὲ τὴν ἑορτὴν ἐξεθείαζον, ἐπὶ μέγα Νεῖλον αἴροντες, [1] Ὧρόν τε καὶ τὸν ζείδωρον ἀποκαλοῦντες, Αἰγύπτου τε ὅλης, τῆς μὲν ἄνω σωτῆρα, τῆς κάτω δὲ καὶ πατέρα καὶ δημιουργὸν, νέαν ἰλὺν δι' ἔτους ἐπάγοντα, καὶ Νεῖλον ἐντεῦθεν ὀνομαζόμενον, τάς τε ἐτησίους ὥρας φράζοντα, θερινὴν μὲν ταῖς αὐξήσεσι, μετοπωρινὴν δὲ ταῖς ὑπονοστήσεσι, καὶ τὴν ἐαρινὴν τοῖς τε κατ' αὐτὸν φυομέ-

que & horoſcoporum gnomones, nullam umbram in meridie reddentes; radio ſolis, ſtolſtitio aeſtivo Syene ad amuſſim vertici imminente, & lumine undiquaque circumfuſo, omnem caſum umbrae repellente, adeo ut etiam in puteis aqua in profunditate illuminetur, ſimilem ob cauſam. Et haec quidem Hydaſpes non valde, quaſi peregrina, mirabatur. Accidunt enim eadem Meroë Aethiopum. At cum feſtum praedicarent, & Nilum magnis laudibus attollerent, ſolem, & fertilitatis auctorem appellantes, & Aegypti totius, ſuperioris quidem ſervatorem, inferioris vero patrem & opificem, novum limum quotannis advolventem, unde & Nilum Graecis eſſe appellatum, & annuas temporis viciſſitudines exponentem, aeſtivam quidem incremento, autumnalem vero decremento, vernam autem floribus, qui ex ipſo enaſcuntur,

1 Ὧρόν τε καὶ τὸν ζείδωρον) Vatic. ὡραῖόν τε, forte rectius propter ſequentia τάς τε ἐτησίους ὥρας φράζοντα.

νοις ἄνθεσι, καὶ ταῖς τῶν κροκοδείλων ὠοτοκίαις, καὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ τὸν ἐνιαυτὸν ἀντικρὺς εἶναι τὸν Νεῖλον, τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ἐκβεβαιουμένης· τῶν γοῦν κατὰ τοὔνομα στοιχείων εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι μονάδες, ὅσαι καὶ τοῦ ἔτους ἡμέραι συναχθήσονται· Φυτῶν δὲ καὶ ἀνθέων καὶ ζώων ἰδιότητας, καὶ ἕτερα πλείονα τούτοις προστιθέντων· Ἀλλ' οὐκ Αἰγύπτια ταῦτα, εἶπεν ὁ Ὑδάσπης, ἀλλ' Αἰθιοπικὰ τὰ σεμνολογήματα. τὸν γοῦν ποταμὸν τοῦτον, εἴτε καὶ καθ' ὑμᾶς θεὸν, καὶ κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον, ἡ Αἰθιόπων δεῦρο παραπέμπουσα, δικαίως ἂν παρ' ὑμῶν τυγχάνοι σεβάσματος, μήτηρ ὑμῖν γινομένη θεῶν. Καὶ τοιγαροῦν καὶ σέβομεν, ἔφασαν ἱερεῖς, τῶν τε ἄλλων ἕνεκεν, καὶ ὅτι σε σωτῆρα ἡμῖν καὶ θεὸν ἀνέδειξεν.

κγ'. Εὐφήμους εἶναι προσήκειν τοὺς ἐπαίνους ὁ

& crocodilorum partu; & nihil aliud eſſe omnino Nilum, quam annum, hoc & appellatione confirmante: literis enim, quae nomine continentur, in calculos diſtributis, ter centum quinque & ſexaginta unitates, quot & dies ſunt anni, congregabuntur: denique cum plantarum & florum & animalium proprietates, & alia plura his adderent: Atqui non Aegyptiae ſunt hae tam graves, dixit Hydaſpes, ſed Aethiopicae narrationes. Ceterum cum fluvium hunc, ſeu veſtra opinione Deum, & omnem fluviorum cumulum, Aethiopum terra ad vos deducat, merito a vobis coli debet, quae vobis Deorum mater exſiſtat. Et quidem colimus, ſubiecerunt ſacerdotes, cum alias ob cauſas, tum quod nobis ſervatorem te & Deum exhibuit.

XXIII. Moderatas debere eſſe laudes, Hydaſpes cum

Ὑδάσπης εἰπὼν, αὐτός τε εἰς τὴν σκηνὴν εἰσελθὼν, τὸ λειπόμενον τῆς ἡμέρας ἑαυτὸν ἀνελάμβανε· τούς τε ἐπὶ δόξης Αἰθιόπων καὶ τοὺς κατὰ Συήνην ἱερέας εὐωχῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις οὕτω ποιεῖν ἐφῆκε· πολλὰς μὲν ἀγέλας βοῶν, πολλὰς δὲ ποίμνας προβάτων, πλεῖστα δὲ αἰγῶν αἰπόλια καὶ συῶν συβόσια, καὶ οἴνου πλῆθος τῶν Συηναίων τῇ στρατείᾳ, τὰ μὲν δῶρον, τὰ δὲ πρὸς ἀγορασίαν παρεχόντων. εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθήμενος ὁ Ὑδάσπης, τά τε ὑποζύγια καὶ ἵππους, καὶ ὕλην ἄλλην τὴν ἐν λαφύροις, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν κατὰ τὴν μάχην ληφθέντων, τῇ στρατείᾳ διένεμε, τὸ πρὸς ἀξίαν τῶν ἑκάστῳ πεπραγμένων ἀνακρίνων. ὡς δὲ καὶ ὁ ζωγρήσας τὸν Ὀροονδάτην παρῆν, Αἴτησον ὃ βούλει, πρὸς αὐτὸν ἔφη ὁ Ὑδάσπης. καὶ ὡς, Οὐδὲν αἰτεῖν δέομαι, βασιλεῦ, εἶπεν· ἀλλ' εἰ καὶ σὺ τοῦτο ἐπικρίνειας, ἔχω τὸ αὐταρκὲς, Ὀροον-

dixiſſet; & ipſe Syenen ingreſſus, reliquum diei ſibi ad recreationem ſumſit, cum primoribus Aethiopum & ſacerdotibus Syenenſium convivium iniens: & reliquis, ut idem facerent, permiſit; multa armenta boum, multos greges ovium, & plurimos caprarum & porcorum, & maximum numerum vini, Syenenſibus exercitui partim dono dantibus, partim venum exponentibus. Poſtridie autem ſedens pro tribunali excelſo Hydaſpes, iumenta, & equos, & reliquam praedam, quae partim in urbe, partim in proelio collecta fuerat, exercitui diſtribuit, unicuique pro ratione eorum, quae ab eo geſta fuerant, tribuens. Poſtquam autem & hic, qui ceperat Oroondatem, aderat; Pete quidvis, inquit ad eum Hydaſpes. Ille autem, Non opus eſt, rex, ut quidquam petam, dixit, qui contentus ſum futurus eo, quod habeo, ſi a te mihi adiudicatum fuerit, quod ab Oroondate abſtuli: ipſum ve-

δάτου μὲν ἀφελόμενος, αὐτὸν δὲ προστάγματι τῷ σῷ διασωσάμενος. καὶ ἅμα ἐδείκνυε τὸν ξιφιστῆρα τοῦ Σατράπου λιθοκόλλητόν τε καὶ πολύτιμον, καὶ ἐκ πολλῶν ταλάντων κατεσκευασμένον, ὥστε πολλοὺς τῶν περιεστώτων ἐκβοᾶν, ὑπὲρ ἰδιώτην εἶναι καὶ πλέον βασιλικὸν τὸ κειμήλιον. ἐπιμειδιάσας οὖν ὁ Ὑδάσπης, Καὶ τί ἂν, ἔφη, γένοιτο βασιλικώτερον τοῦ μὴ λειφθῆναι τὴν ἐμὴν μεγαλοψυχίαν τῆς τούτου φιλοπλουτίας; εἶτα καὶ σώματος ἁλόντος τῷ κρατήσαντι σκυλεύειν ὁ πολέμου δίδωσι νόμος. ὥστε ἀπίτω λαβὼν καὶ παρ' ἡμῶν, ὃ καὶ ἀκόντων ἔσχεν ἂν ῥᾳδίως ἀποκρύπτων.

κδ'. Μετὰ τοῦτον παρῄεσαν οἱ τὸν Θεαγένην καὶ τὴν Χαρίκλειαν ἑλόντες· καὶ, Ὦ βασιλεῦ, ἔφασαν, ἡμῶν δὲ οὐ χρυσὸς, οὐ λίθοι τὰ λάφυρα, πρᾶγμα κατ' Αἰθιοπίαν εὔωνον, καὶ σωρηδὸν τοῖς βασιλείοις

ro iuxta tuum mandatum servavi: & simul ostendebat pugionem Satrapae, lapillis distinctum magni pretii, & multorum talentorum sumtu comparatum, ut multi ex circumstantibus exclamarent, privati hominis fortunam excedere, & magis regium thesaurum esse. Arridens igitur Hydaspes, Quid autem, inquit, magis regium esse potest, quam me eam magnitudinem animi conservare, quae huius avaritia non capiatur, & eam despiciat? Deinde & corpus captivi spoliari, victori ius belli concedit. Quamobrem abeat, accipiens id consentientibus nobis, quod vel invitis obtinuisset, haud difficulter absconditum.

XXIV. Post hunc adveniebant hi, qui Theagenem & Charicleam ceperant: &, O rex, dicebant, nostra vero spolia non aurum, neque lapides sunt, quae res in Aethiopia exigui sunt pretii, & acervatim in regiis domi-

ἀποκείμενον· ἀλλά σοι κόρην καὶ νεανίαν προσαγηοχότες, ἀδελφοὺς μὲν καὶ Ἕλληνας, μεγέθει δὲ καὶ κάλλει, μετά γε σε, πάντας ἀνθρώπους ὑπερφέροντας, ἀξιοῦμεν μὴ ἀμοιρῆσαι τῆς παρά σοι μεγαλοδωρεᾶς. Εὖγε, εἶπεν ὁ Ὑδάσπης, ὑπεμνήσατε· καὶ γὰρ ἐν παρέργῳ τότε καὶ κατὰ θόρυβον προσαχθέντας ἐθεασάμην. ὥστε ἀγέτω τις· ἡκόντων δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν αἰχμαλώτων. ἤγοντο οὖν αὐτίκα, δρομαίου τινος ἔξω τειχῶν καὶ εἰς τοὺς σκευοφόρους ἀφιγμένου, καὶ τοῖς φυλάττουσιν ἄγειν ὡς βασιλέα τὴν ταχίστην εἰπόντος. οἱ δὲ μιξέλληνά τινα τῶν φυλάκων, ὅποι τὸ παρὸν ἄγοιεν, ἠρώτων. ἐκείνου δὲ εἰπόντος ὡς βασιλεὺς Ὑδάσπης ἐπισκοπεῖ τοὺς αἰχμαλώτους, Θεοὶ σωτῆρες, ἀνεβόησαν, ἅμα οἱ νέοι τὸ ὄνομα τοῦ Ὑδάσπου γνωρίσαντες, εἰς τήν τε ὥραν μὴ καὶ ἕτερός ἐστιν ὁ βασι-

ciliis ſtrata iacent: ſed cum tibi virginem & adoleſcentem adduxerimus, germanos & Graecos, proceritate & forma omnibus hominibus poſt te antecellentes, petimus, ut ſimus participes tuae inſignis munificentiae & liberalitatis. Opportune, inquit Hydaſpes, reduxiſtis in memoriam: etenim tum adductos, obiter & tumultuarie contemplatus fueram. Quamobrem adducat eos quiſpiam: veniant autem & reliqui captivi. Adducebantur igitur continuo, cum quidam curſim extra muros ad impedimenta perveniſſet, & cuſtodibus, ut quamprimum eos ad regem ducerent, dixiſſet. At illi quendam ex cuſtodibus, qui altero parente Graecus erat, quonam in praeſentia ducerentur, interrogabant. Cum autem ille dixiſſet, quod rex Hydaſpes inſpecturus eſſet captivos; Dii ſervatores! exclamarunt, ſimulatque nomen Hydaſpis cognoverunt iuvenes, cum ad eam uſque horam, ne

λεύων ἀμφιβάλλοντες. ὁ οὖν Θεαγένης ἠρέμα πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, Ἐρεῖς, ἔφη, δηλονότι, φιλτάτη, πρὸς βασιλέα τὰ καθ' ἡμᾶς. ἰδοὺ γὰρ καὶ Ὑδάσπης, ὃν πατέρα σοὶ γεγενῆσθαι πρός με πολλάκις ἔφραζες. καὶ ἡ Χαρίκλεια, Ὦ γλυκύτατε, ἔφη, τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, μεγάλων δεῖται κατασκευῶν. ὧν γὰρ πολυπλόκους τὰς ἀρχὰς ὁ δαίμων καταβέβληται, τούτων ἀνάγκη καὶ τὰ τέλη διὰ μακροτέρων συμπεραίνεσθαι. ἄλλως τε καὶ ἃ πολὺς χρόνος συνέχεε, ταῦτα εἰς ὀξὺν καιρὸν ἀνακαλύπτειν, οὐ λυσιτελὲς, τοῦ κεφαλαίου καὶ ταῦτα τῆς ὅλης καθ' ἡμᾶς ὑποθέσεως, καὶ ἐξ ἧς ἡ σύμπασα συμπλοκή τε καὶ ἀνεύρεσις ἤρτηται, Περσίνης λέγω μητρὸς τῆς ἐμῆς ἀπολειπομένης. σώζεσθαι δὲ καὶ ταύτην θεῶν βουλήσει πεπύσμεθα. Ἂν οὖν [1] προθύσηταί τις ἡμᾶς, ὑπολαβὼν ὁ Θεαγένης, ἢ καὶ ὡς αἰχμάλωτον δῶρον παρασχὼν,

alter quiſpiam regnaret, eſſent ſolliciti. Theagenes igitur ſubmiſſe ad Charicleam: Expones igitur, cariſſima, regi rationes noſtras, ſiquidem Hydaſpes regnat: quem tu patrem tuum fuiſſe, ſaepius mihi dixiſti. Chariclea vero, O ſuaviſſime, inquit, magna negotia magnis indigent apparatibus. Quorum enim varie intricata initia numen poſuit, horum neceſſe eſt & fines longioribus ambagibus peragi. Alioquin ea, quae longum tempus conflavit, brevi temporis momento retegere haudquaquam conducit: praeſertim capite & fundamento toto, ex quo prorſus hoc negotium & inventio pendet, Perſina, inquam, matre mea, abſente; quam etiam ſuperſtitem eſſe, Deorum voluntate, audivimus. At ſi nos immolarit aliquis prius, ſubiiciens Theagenes, aut tanquam donum captivum dans, facultatem, quo minus in

1 Προθύσηταί τις) Ita MSS. Palatin. Xyl. At Vatic. προθήσεται, & Baſ. προσθήσεται, utrumque incommode.

τὴν εἰς Αἰθιοπίαν ἡμῖν ἄφιξιν ὑποτέμηται; Μὴ πᾶν τοὐναντίον, ἔφη ἡ Χαρίκλεια. νυνὶ μὲν γὰρ πρὸς τῶν φυλάκων ἀκηκόαμεν πολλάκις ὡς ἱερεῖα τρεφόμεθα τοῖς κατὰ Μερόην θεοῖς ἐναγισθησόμενοι. καὶ δέος οὐδὲν δωρηθῆναι ἡμᾶς ἢ προαναιρεθῆναι καθωσιωμένους ἐξ ὑποσχέσεως τοῖς θεοῖς, ἣν παραβηθῆναι ὑπ' ἀνδρῶν εὐσέβειαν ἐκτετιμηκότων, οὐ θέμις. εἰ δὲ περιχαρείᾳ τῶν ὅλων ἐνδόντες προχείρως τὰ καθ' ἡμᾶς ἐξαγορεύοιμεν, τῶν καὶ γνωρίζειν ταῦτα καὶ βεβαιοῦν δυναμένων οὐ παρόντων, μὴ καὶ λάθοιμεν τὸν ἀκούοντα παροξύναντες, καὶ πρὸς ὀργήν τι δικαίως ἐφιστάμενοι, χλεύην ἂν οὕτω τύχῃ καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἡγησομένους, εἴ τινες αἰχμάλωτοι καὶ δουλεύειν ἀποκεκληρωμένοι, πεπλασμένοι καὶ ἀπίθανοι καθάπερ ἐκ μηχανῆς τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσιν. Ἀλλὰ τὰ γνωρίσματα, ἔφη ὁ Θεαγένης, ἃ φέρειν σε οἶδα

Aethiopiam perveniamus, praeciderit? Nihil minus, inquit Chariclea. Nunc enim ſaepius a cuſtodibus audivimus, quod alamur victimae, Diis, qui Meroae praeſunt, immolandi. Quamobrem non eſt, quod metuamus, ne aut dono demur, aut ante interimamur, qui ſumus ex voto Diis conſecrati, quod violari a viris pietatis ſtudioſiſſimis fas non eſt. Enimvero ſi huic immoderatae laetitiae de ſumma rerum indulgentes, futiliter rationes noſtras expoſuerimus, cum hi, qui & agnoſcere haec, & auctoritate confirmare poſſent, non adſint, periculum eſt, ne per inſcitiam eum, qui haec audiet, exacerbemus, & iratum nobis merito noſtro faciamus, pro ludibrio fortaſſe & contumelia id habiturum, quod captivi, & ad ſerviendum deſtinati, fictis & minime probabilibus argumentis tanquam ex compoſito ſe regios eſſe liberos ſimulare audeant. Sed indicia, inquit Theagenes,

καὶ διασώζειν, ὅτι μὴ πλάσμα ἐσμὲν, μηδὲ ἀπάτη, συλλήψεται. καὶ ἡ Χαρίκλεια, Τὰ γνωρίσματα, ἔφη, τοῖς γινώσκουσιν αὐτὰ ἢ συνεκθεμένοις ἐστὶ γνωρίσματα, τοῖς δὲ ἀγνοοῦσιν, ἢ μὴ πάντα γνωρίζειν ἔχουσι, κειμήλια τηνάλλως καὶ ὅρμοι, κλοπῆς ἂν οὕτω τύχῃ καὶ λῃστείας τοῖς φέρουσιν ὑπόνοιαν προσάπτοντες. εἰ δὲ δή τι καὶ γνωρίσειεν ὁ Ὑδάσπης, τίς ὅτι καὶ Περσίνα ἡ δεδωκυῖα, τίς δ' ὅτι καὶ ὡς θυγατρὶ μήτηρ ὁ πείσων ἔνεστιν; ἀναντίῤῥητον γνώρισμα, Θεάγενες, ἡ μητρῴα φύσις, ὑφ' ἧς τὸ γεννῶν, περὶ τὸ γεννώμενον ἐκ πρώτης ἐντεύξεως φιλόστοργον ἀναδέχεται πάθος, ἀποῤῥήτῳ συμπαθείᾳ κινούμενον. τοῦτο οὖν προώμεθα, διότι καὶ τὰ ἄλλα γνωρίσματα ἂν πιστὰ φανείη.

κέ. Τοιαῦτα διαλεγόμενοι, πλησίον ἤδη τοῦ βασιλέως ἦσαν. συμπαρῆν δὲ ὁ Βαγώας ἀγόμενος. κἀπειδὴ

quae te accepiſſe ſcio & ſervare, nobiſcum facient, ut non figmento uti, neque fraude videamur. Chariclea autem, Indicia, inquit, iis, qui norunt ea, & expoſuerunt, indicia ſunt: at iis, qui ignorant, aut non omnia noſſe poſſunt, theſauri inanes & monilia ſunt: & fortaſſe in ſuſpicionem etiam furti & latrocinii eos, qui ferunt, vocant. Atqui, etiamſi quidpiam Hydaſpes cognoverit, quiſnam eſt, qui quod Perſina dederit, quis denique, quod mater filiae, perſuadere poſſit? Nota, cui contradici non poteſt, Theagenes, materna natura eſt: qua fit, ut id, quod genuit, erga ſobolem, primo congreſſu, amoris & commiſerationis affectum induat, arcana quadam naturae convenientia permotum. Haecne igitur negligemus & omittemus, in quibus eſt ſitum, ut & cetera credibilia eſſe videantur?

XXV. Quae cum inter ſe colloquerentur, iam non procul aberant a rege: aderat autem & Bagoas addu-

παραστάντας εἶδεν ὁ Ὑδάσπης, ἀνήλατο πρὸς βραχὺ τοῦ θρόνου· καὶ, Ἱλήκοιτε θεοὶ, φήσας, αὖθις ἐπὶ συννοίας ἑαυτὸν ἥδραζε. τῶν δὲ ἐν τέλει παρεστώτων, ὅ, τι πεπόνθοι, πυνθανομένων, Τοιαύτην, ἔφη, τετέχθαι μοὶ θυγατέρα τήμερον, καὶ εἰς ἀκμὴν τοσαύτην ἥκειν ἀθρόον ᾤμην. καὶ τὸ ὄναρ ἐν οὐδεμιᾷ φροντίδι τιθέμενος, νυνὶ πρὸς τὴν ὁμοίαν τῆς ὁρωμένης ὄψιν ἀνήνεγκα. τῶν δὴ περὶ αὐτὸν εἰπόντων, ὡς φαντασία τις εἴη ψυχῆς τὰ μέλλοντα πολλάκις εἴδωλα προτυπουμένης, ἐν παρέργῳ τότε τὸ ὀφθὲν ποιησάμενος, τίνες καὶ πόθεν εἶεν, ἠρώτα. σιωπώσης δὲ τῆς Χαρικλείας, καὶ τοῦ Θεαγένους εἰπόντος, ὡς ἀδελφοὶ καὶ Ἕλληνες· Εὖγε ἡ Ἑλλὰς, ἔφη, τά τε ἄλλα καλοὺς κἀγαθοὺς φέρουσα, καὶ γνήσια ἡμῖν καὶ εὐσύμβολα εἰς τὰς ἐπινικίους θυσίας τὰ ἱερεῖα παρασχοῦσα. ἀλλὰ πῶς οὐχὶ καὶ παῖς

ctus. Poſtquam autem adſtantes vidit Hydaſpes, paullulum ſeſe e throno ſuſtulit. Et, Propitii nobis eſtote Dii! cum dixiſſet, rurſus cogitabundus ſedit. Primoribus autem Perſarum, qui adſtabant, quid illi accidiſſet, quaerentibus, Talem, inquit, mihi hodie filiam natam eſſe, & ad eiuſmodi florem ſubito perveniſſe, rebar: cumque nihil omnino ſomnium antea curaſſem, nunc ſimili forma eius, quam videram, admonitus, in illius memoriam redii. His autem, qui circa illum erant, quod imaginatio quaedam eſſet animae, ſimulacra futurarum rerum ſaepius adumbrantis, dicentibus: tum illud viſum neglectui habens, qui eſſent, & unde, quaerebat. Tacente vero Chariclea, & Theagene dicente, quod germani eſſent, & Graeci: Euge, Graecia! inquit, quae alioquin bonos & praeſtantes producis, & ingenuas nobis ac fauſtas victimas ad ſacrificia propter victoriam partam celebranda praebuiſti. Ceterum cur non & filius mihi in

ἐτέχθη μοὶ κατὰ τὴν ὄψιν, (γελάσας πρὸς τοὺς παρόντας) εἴπερ τὸν νεανίαν τοῦτον ἀδελφὸν ὄντα τῆς κόρης καὶ ὁρᾶσθαί μοι μέλλοντα, προειδωλοποιηθῆναι ὡς φατὲ διὰ τῶν ὀνειράτων ἐχρῆν; καὶ ἀποστρέψας τὸν λόγον εἰς τὴν Χαρίκλειαν, καὶ τὴν φωνὴν ἑλληνίζων, (σπουδάζεται γὰρ ἥδε ἡ γλῶσσα καὶ παρὰ τοῖς Γυμνοσοφισταῖς καὶ βασιλεῦσιν Αἰθιόπων) Σὺ δὲ, ἔφη, ὦ κόρη, τί σιγᾷς, οὐδὲν ἀποκριναμένη πρὸς τὴν πεῦσιν; καὶ ἡ Χαρίκλεια, Πρὸς τοῖς βωμοῖς, ἔφη, τῶν θεῶν, οἷς ἱερεῖα φυλαττόμενοι συνίειμεν, ἐμέ τε καὶ τοὺς ἐμὲ φύντας γνώσεσθε. Καὶ ποῦ γῆς εἰσιν οὗτοι; πρὸς αὐτὴν ὁ Ὑδάσπης. ἡ δὲ, Καὶ πάρεισιν, ἔφη, καὶ πάντως ἱερουργουμένοις παρέσονται. μειδιάσας οὖν αὖθις ὁ Ὑδάσπης, Ὀνειρώττει τῷ ὄντι, φησὶν, ἡ ὀνειρογενὴς αὕτη μου θυγάτηρ, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος κατὰ μέσην Μερόην τοὺς φύντας ἀναπεμφθή-

visione illa natus est, (subridens ad praesentes) siquidem adolescentis huius, fratris puellae; & a me conspiciendi, speciem & simulacrum mihi prius in somnis, ut dicitis, offerri oportuit? Postea conversa oratione ad Charicleam, sermonem Graecum sonans, (est enim in honore haec lingua apud Gymnosophistas & reges Aethiopum): Tu vero, o virgo, quamobrem taces, neque quidquam ad interrogationem respondisti? Chariclea autem. Ad aras, inquit, Deorum, quibus nos victimas asservari intelligimus, me & meos parentes cognoscetis. Porro ubinam terrarum sunt hi? ad illam rursus Hydaspes. Illa vero, Et adsunt, inquit: & omnino, dum immolabimur, aderunt. Arridens igitur iterum Hydaspes, Revera, inquit, somniat haec filia, in somnis mihi nata, imaginans fore, ut ex Graecia in mediam Meroëm

σεσθαι φανταζομένη. οὗτοι μὲν οὖν ἀγέσθωσαν σὺν ἐπιμελείᾳ καὶ ἀφθονίᾳ τῇ συνήθει, τὴν θυσίαν κοσμήσοντες. ἀλλὰ τίς οὗτος ὁ πλησίον εὐνούχῳ προσεοικώς; τῶν δή τις ὑπηρετουμένων, Εὐνοῦχος ἀληθῶς, εἶπεν, ὄνομα Βαγώας, τῶν Ὀροονδάτου κτῆμα τὸ τιμιώτατον. Ἑπέσθω, ἔφη, καὶ οὗτος οὐχ ἱερεῖον, τῶν δὲ ἱερείων θατέρου τῆς κόρης ταύτης φύλαξ, πολλῆς διὰ τὴν ὥραν προνοίας δεομένης, ὥστε ἁγνὴν ἡμῖν ἄχρι καιροῦ τῆς θυσίας φυλαχθῆναι. ἔχει τι [1] ζηλότυπον τὸ εὐνούχων γένος· ὧν γὰρ ἀπεστέρηται, τούτων εἰς κώλυμα τοῖς ἄλλοις προβέβληται.

κστ΄. Ταῦτα εἰπὼν τοὺς ἄλλους αἰχμαλώτους παριόντας ἐν τάξει, ἐσκόπει τε καὶ ἀνέκρινε· τοὺς μὲν δωρούμενος, οὓς δούλους ἐξαρχῆς ἐγνώριζεν ἡ τύχη· τοὺς δὲ εὖ γεγονότας ἐλευθέρους ἀφιείς. δέκα δὴ νέους, κόρας τε ἰσαρίθμους τῶν ἐν ἀκμῇ καὶ ὥρᾳ διαπρεπόντων

parentes illius transferantur. Hi igitur ducantur cum diligentia & copia ſolita, ſacrificium exornaturi. Ceterum quis hic eſt prope ſtans eunucho ſimilis? Eunuchum revera eſſe, nomine Bagoam, quidam ex miniſtris reſpondit. Sequatur & hic, inquit, non tanquam victima, ſed tanquam alterius victimae, virginis huius cuſtos, ut nobis caſta uſque ad tempus ſacrificii conſervetur. Habet quiddam zelotypum eunuchorum genus: quibus eſt enim ipſum privatum, ad haec aliis prohibenda obiicitur.

XXVI. Haec cum dixiſſet, alios captivos ordine advenientes circumſpiciebat, & recenſebat: quoſdam dono dans, quos ſervos etiam initio fuiſſe oſtendebat fortuna; bono autem genere natos, liberos dimittens. Decem utique iuvenes electos, & totidem virgines aetatis

1 Ζηλότυπον) Poſt hanc vocem Xyl. Vatic. & Taur. inferunt ἔμφυτον, quod ideo a quibuſdam deletum exiſtimat Dorvill. ad Char. p. 635, quod eunuchi non naſcantur, ſed fiant.

ἐπιλεξάμενος, ἅμα τοῖς περὶ τὸν Θεαγένην, ἐφ᾽ ὁμοίαν τὴν χρείαν ἀνάγεσθαι προσέταττε. τοῖς τε ἄλλοις ἅπασιν ὧν ἕκαστος ἐδεῖτο χρηματίσας, τέλος πρὸς τὸν Ὀροονδάτην μετάκλητον καὶ φοράδην ἀχθέντα, Ἐγὼ, ἔφη, τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου συνῃρηκὼς, [1] [καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς προφάσεις τῆς ἔχθρας, τάς τε Φίλας καὶ τὰ σμαράγδια μέταλλα ὑπ᾽ ἐμαυτῷ πεποιημένος] οὐ πάσχω τὸ τῶν πολλῶν πάθος, οὐδὲ ἐπεξάγω τὴν τύχην πρὸς πλεονεξίαν, οὐδὲ εἰς ἄπειρον ἐκτείνω τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν νίκην, ἀλλ᾽ ὅροις ἀρκοῦμαι οἷς ἔθετο ἐξαρχῆς ἡ φύσις, τὴν Αἴγυπτον ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας τοῖς καταράκταις ἀποκρίνασα. ὥστε ἔχων δι᾽ ἃ κατῆλθον, ἄνειμι σέβων τὸ δίκαιον. σὺ δὲ εἰ περιγένοιο, τῶν ἐξαρχῆς σατράπευε, καὶ ἐπίστελλε πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν, ὡς ἀδελφὸς ὁ σὸς Ὑδάσπης, τῇ μὲν χειρὶ κεκράτηκε,

flore & forma excellentes, una cum Theagene ad eundem usum duci iussit. Denique aliis de iis, quorum quisque indigebat, responsis datis: postremo ad Oroondatem accersitum, & in lectica allatum, Ego, inquit, cum ea, quae fuerunt belli causae, obtinuerim, haud ita sum affectus animo, ut plerique. Non abutor fortuna, ad cupiditatem plus prae ceteris habendi; neque in immensum prolato imperium, propter victoriam: sed contentus sum finibus, quos initio natura posuit, Aegyptum ab Aethiopia cataractis discernens. Quamobrem cum ea obtinuerim, quorum causa descendi, revertor colens aequitatem. Tu vero, si superstes manseris, esto satrapa eorum, quorum & antea fuisti: & significa Persarum regi, quod frater tuus Hydaspes manu quidem vicit,

1 Καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς προφάσεις -- πεποιημένος) Haec e tribus Codd. Commelin. supplevit. In Bas. desunt; rectius forte. Manifestam enim interpretamenti super. τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου συνῃρηκὼς, prae se ferunt speciem: nisi ab ipso Heliodoro perspicuitatis causa illa addita existimes.

τῇ δὲ γνώμῃ πάντα σοὶ τὰ σὰ μεθῆκε, Φιλίαν [τε] πρός σε βουλόμενος, (ἀσπαζόμενος χρημάτων ἐν ἀνθρώποις τὸ κάλλιστον) καὶ μάχην [εἰ] εἰσαῦθις ἄρχοιο, μὴ παραιτούμενος. Συηναίοις δὲ τοῖσδε, τοὺς τεταγμένους Φόρους εἰς δέκα ἐτῶν αὐτός τε ἀφίημι, καί σοι ποιεῖν οὕτως ἐντέλλομαι.

κζ'. Τούτων εἰρημένων, ὑπὸ μὲν τῶν παρόντων ἀστῶν τε ὁμοίως καὶ στρατιωτῶν, εὐΦημία τε ἤρθη καὶ κρότος ἐπὶ πλεῖστον ἐξάκουστος. ὁ δὲ Ὀροονδάτης τὼ χεῖρε προτείνας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐπὶ θατέραν παραλλάξας, κύψας προσεκύνησε, πρᾶγμα οὐ νενομισμένον παρὰ Πέρσαις, βασιλέα ἕτερον τούτῳ τῷ τρόπῳ θεραπεύειν. καὶ, Ὦ παρόντες, οὐ δοκῶ μοι, ἔΦη, παραβαίνειν τὸ πάτριον εἰς βασιλέα τὸν σατραπείαν μοὶ δωρούμενον, οὐδὲ παρανομεῖν, τὸν ἐννομώτατον ἀνθρώπων προσκυνῶν,

animi autem moderatione omnia tua tibi dimisit, amicitiam, quae illi est tecum, retinere cupiens, (qua, ut re inter homines pulcherrima, inprimis delectatur) & tamen pugnam, si rursus quidpiam inceperis, non detrectans. Syenaeis vero his tributa, quae alioqui pendere solent, & ipse in decennium dimitto, &, ut tu idem facias, impero.

XXVII. His dictis, a praesentibus quidem civibus, perinde ac militibus, gratulatoriae voces & plausus, qui longe exaudiri poterat, est sublatus: Oroondates autem manibus protensis, & dextra in alteram permutatim transposita, inclinatus adoravit, cum sit res inusitata Persis, regem alterum hoc modo venerari. Et, O vos, qui adestis, inquit: non videor mihi violare patria instituta erga regem, eum, qui mihi satrapiam donavit, adorans; neque inique agere, aequissimo omnium hominum id

ἀναιρεῖν μὲν δυνάμενον, τὸ εἶναι δὲ φιλανθρωπευόμενον, καὶ δεσπόζειν μὲν κεκληρωμένον, σατραπεύειν δέ μοι παρεχόμενον. ἐφ' οἷς, εἰ μὲν περισωθείην, Αἰθίοψί τε καὶ Πέρσαις, εἰρήνην ἐγγυῶμαι βαθεῖαν, καὶ φιλίαν ἀΐδιον, καὶ Συηναίοις τὰ προστεταγμένα ἐμπεδώσειν. εἰ δέ τι πάθοιμι, θεοὶ, τῶν εἰς ἐμὲ καλῶν Ὑδάσπην τε, καὶ οἶκον τοῦ Ὑδάσπου καὶ γένος ἀμείβοιντο.

praeſtans, qui mei interimendi poteſtatem habet, vitam autem mihi clementia ſingulari largitur, cumque illi ius dominandi competat, mihi, ut ſim ſatrapa, concedit. Propter quae, ſiquidem fuero ſuperſtes, Aethiopibus & Perſis ſpondeo, me pacem diuturnam & amicitiam ſempiternam, Syenaeis autem, quae ſunt imperata, praeſtiturum. Si vero quid mihi acciderit, Dii pro beneficiis in me collatis, Hydaſpem, & domum Hydaſpis, ac genus remunerentur.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΔΕΚΑΤΟΝ.

Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Συήνην ἐπὶ τοσόνδε πραχθέντα εἰρήσθω, παρὰ τοσοῦτον μὲν ἐλθοῦσαν κινδύνου, πρὸς τοσαύτην δὲ εὐπάθειαν ἀθρόον δι' εὐνομίαν ἀνδρὸς [1] μεταβαλοῦσαν. ὁ δὲ Ὑδάσπης τὸ πολὺ τοῦ στρατοῦ προεκπέμψας, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν ἐξήλαυνε, πάντων μὲν Συηναίων, πάντων δὲ Περσῶν

HELIODORI

AETHIOPICORUM

LIBER DECIMUS.

De his igitur, quae Syene gesta sunt, hactenus dictum sit: quae cum in tantum periculum venisset, repente rursus eiusmodi beneficium, unius viri clementia & aequitate, consecuta est. Hydaspes autem, magna parte exercitus praemissa, ipse quoque in Aethiopiam proficiscebatur: Syenaeis omnibus, & Persis, longissime cum

1 Μεταβαλοῦσαν) Ita Vaticanus. Μεταβάλλουσαν Xyland. Μεταλαβοῦσαν, Palatinus & ed. Bas. male.

ἄχρι πλείστου σὺν εὐφημίαις προπεμπόντων. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἐχώρει τῆς ὄχθης ἀεὶ τοῦ Νείλου καὶ παραποταμίαις ἐχόμενος. ἐπεὶ δὲ εἰς τοὺς Καταῤῥάκτας ἀφίκετο, θύσας τῷ Νείλῳ καὶ θεοῖς ἐνορίοις, ἐκτραπεὶς, τῆς μεσογαίας μᾶλλον εἴχετο· καὶ εἰς τὰς Φίλας ἐλθὼν, ἡμέρας μέν που δύο διαναπαύει τὸν στρατόν· αὖθις δὲ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους προαποστείλας, προεκπέμψας δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, αὐτὸς ἐπιμείνας, τά τε τείχη τῆς πόλεως ὠχύρωσε, καὶ φρουρὰν ἐγκαταστήσας, ἐξώρμησε. δύο δὲ ἱππέας ἐπιλέξας, οὓς ἔδει προλαβόντας καὶ κατὰ πόλιν ἢ κώμην τοὺς ἵππους ἀμείβοντας σὺν τάχει τὸ προστεταγμένον ἀνύειν, ἐπιστέλλει τοῖς κατὰ Μερόην, τὴν νίκην εὐαγγελιζόμενος.

β′. Πρὸς μὲν τοὺς σοφοὺς (οἱ Γυμνοσοφισταὶ κέκληνται, σύνεδροί τε καὶ σύμβουλοι τῶν πρακτέων τῷ βασιλεῖ γιγνομένοι) τοιάδε· ΤΩι ΘΕΙΟΤΑΤΩι

ea fuit, quam fuftuli: alioqui & annorum tempus convenit cum praefenti aetate puellae, cum decem & feptem fere annos haec, & expofitionis tempus, impleverit. Porro & oculorum adfpectus mecum facit, & totam vultus effigiem, ac excellentem formam, quae nunc apparet, convenire cum ea, quam tum cernebam, agnofco. Haec quidem optime dixifti, Sifimithre, ad illum Hydafpes, & magis, ut aliquis patronus, fummum ftudium ad caufam afferens, quam iudex. Sed vide, ne ex aliqua parte dubitationem eximens, aliam quaeftionem moveas, cum arduam, tum haud facile coniugem meam culpa liberaturam. Qui enim albam, cum fimus ambo Aethiopes, procreavimus, nequaquam confentaneo rationi modo? Limis igitur eum contuitus Sifimithres, & ironice fubridens, Tibi quidem, inquit, nefcio, quid accidat, qui ex affectu tuo in praefentia, patrocinium

ἡμῖν ὀνειδίζων, ἣν οὐκ ἂν ἐν φαύλῳ ποιησαίμην. δικαστὴν γὰρ ὁρίζομεν γνήσιον, τὸν τοῦ δικαίου συνήγορον. τί δὲ οὐχὶ σοὶ μᾶλλον ἢ τῇ κόρῃ συνηγορῶν φανήσομαι; πατέρα σε σὺν τοῖς θεοῖς ἀναδεικνὺς, καὶ ἣν ἐκ σπαργάνων περιέσωσα ὑμῖν θυγατέρα, ταύτην καὶ νῦν ἀνασωζομένην ἐπ' ἀκμῆς, οὐ περιορῶν; ἀλλὰ σὺ μὲν ἃ βούλει γίγνωσκε περὶ ἡμῶν, οὐδένα ὑπόλογον τούτοις ποιούμενον. οὐ γὰρ πρὸς τὴν ἑτέρων ἀρέσκειαν βιοῦμεν· τὸ δὲ αὐτὸ καλὸν κἀγαθὸν ζηλοῦντες ἑαυτοὺς πείθειν ἀγαπῶμεν. τῆς γε μὴν κατὰ τὴν χροίαν ἀπορίας φράζει μέν σοι καὶ ἡ ταινία, [τὴν λύσιν ὁμολογούσης] ἐν αὐτῇ ταυτησὶ Περσίνης, ἐσπακέναι τινὰ εἴδωλα καὶ φαντασίας ὁμοιοτήτων ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἀνδρομέδαν πρός σε ὁμιλίας ὁρωμένης. εἰδ' οὖν καὶ ἄλλως πιστώσασθαι βούλει, πρόκειται τὸ ἀρχέτυπον,

nobis, ut probrum, obiicis, quod ego mihi haudquaquam negligendum eſſe duco. Iudicem enim legitimum definimus eum, qui aequitatis patronus ac defenſor eſt. Ceterum cur non potius tibi, quam puellae, patrocinari videbor? cum te patrem, Deorum auxilio fretus, declarem: & quam vobis ab incunabilis ſervavi filiam, eam & nunc ſalvam in flore aetatis non deſpiciam? Sed tu quidem, ut vis, ſtatue, & exiſtima de nobis, qui haec facimus flocci. Neque enim ad aliorum arbitrium vivimus, ſed meram honeſtatem & aequitatem ſectantes, nobis ipſi ſatisfacere cupimus. Quod ad quaeſtionem de colore attinet, huius explicationem ipſa tibi faſcia exponit: Perſinam ſcilicet attraxiſſe quaedam ſimulacra & imaginationes ſimilitudinis in tuo concubitu, ex conſpectu Andromedae. Quod ſi alioqui omnino id comprobari, & fidem tibi fieri vis, ad manum eſt exemplar

ἐπισκοπεῖν τὴν Ἀνδρομέδαν, ἀπαράλλακτον ἐν τῇ γραφῇ καὶ ἐν τῇ κόρῃ δεικνυμένην.

ιε΄. Ἐκόμιζον ἀράμενοι τὴν εἰκόνα πρὸς τὰ λεχθέντα οἱ ὑπηρέται· καὶ πλησίον τῆς Χαρικλείας ἀντεγείραντες, τοσοῦτον ἐκίνησαν παρὰ πάντων κρότον καὶ θόρυβον, ἄλλων πρὸς ἄλλους, ὅσοι καὶ καταμικρὸν συνίεσαν τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα διαδηλούντων, καὶ πρὸς τὸ ἀπηκριβωμένον τῆς ὁμοιότητος σὺν περιχαρείᾳ ἐκπλαγέντων· ὥστε καὶ τὸν Ὑδάσπην οὐκ ἔτι μὲν ἀπιστεῖν ἔχειν, ἐφεστᾶναι δὲ πολὺν χρόνον ὑφ' ἡδονῆς ἅμα καὶ θαύματος ἐχόμενον. ὁ δὲ Σισιμίθρης, Ἓν ἔτι λείπεται, ἔφη· περὶ βασιλείας γὰρ καὶ τῆς κατ' αὐτὴν γνησίας διαδοχῆς ὁ λόγος, καὶ πρό γε πάντων, ἀληθείας αὐτῆς. γύμνωσον τὴν ὠλένην, ὦ κόρη. μέλανι συνθήματι τὸ ὑπὲρ πῆχυν ἐσπίλωτο. οὐδὲν ἀπρεπὲς γυμνούμενον, τὸ φύντων καὶ γένους μαρτύριον. ἐγύμνω-

& archetypus: contemplare Andromedam, quae perinde in virgine atque in pictura ostenditur, ita ut nullum sit discrimen.

XV. Afferebant his dictis sublatam imaginem ministri, & cum eam proxime Charicleam erexissent, tantum excitarunt inter omnes plausum ac tumultum, cum alii aliis, qui paullulum tantum intellexerant ea, quae dicerentur & fierent, significarent, & propter exactam & consummatam similitudinem, cum quadam laetitia exanimarentur: ut & Hydaspes non amplius diffidere posset, sed diu staret immotus, laetitia simul & admiratione detentus. Sisimithres autem, Unum adhuc desideratur, inquit. De regno enim, & illius legitima successione agitur, & ante omnia de veritate ipsa. Nuda brachium, virgo: nigra nota pars supra cubitum maculata fuerat. Nihil dedecoris affert, nudatum parentum & generis testimonium.

σεν αὐτοῖς ἡ Χαρίκλεια τὴν λαιάν· καὶ ἦν τις ὥσπερ ἔβενος περίδρομος ἐλέφαντα τὸν βραχίονα μιαίνων.

ιστ'. Οὐκ ἔτι κατεῖχεν ἡ Περσίνα, ἀλλ' ἀθρόον τε ἀνήλατο τοῦ θρόνου, καὶ προσδραμοῦσα περιέβαλλέ τε, καὶ περιφῦσα ἐδάκρυέ τε, καὶ πρὸς τὸ ἀκατάσχετον τῆς χαρᾶς, μυκηθμῷ τινι προσεοικὸς ἀνωρύετο· ὑπερβολὴ γὰρ ἡδονῆς καὶ θρῆνον ποτὲ ἀποτίκτειν φιλεῖ· [1] μικρόν τε ἔφθη συγκατενεχθῆναι τῇ Χαρικλείᾳ. ὁ δὲ Ὑδάσπης ἠλέει μὲν γυναῖκα ὀδυρομένην ὁρῶν, καὶ εἰς συμπάθειαν ἐκάμπτετο τὴν διάνοιαν. τὸ ὄμμα δὲ οἱονεὶ κέρας ἢ σίδηρον εἰς τὰ ὁρώμενα τείνας, εἱστήκει πρὸς τὰς ὠδίνας τῶν δακρύων ἀπομαχόμενος· καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῷ πατρικῷ τε πάθει καὶ ἀνδρείῳ λήμματι κυματουμένης, [2] [τῆς γνώμης ὑπ' ἀμφοτέρων στασιαζομένης,] καὶ πρὸς ἑκατέρου καθάπερ ὑπὸ σά-

Nudavit illis Chariclea ſiniſtram, & erat quaſi ebenus quaedam in circuitu brachium tanquam ebur maculans.

XVI. Non amplius ſeſe continuit Perſina, ſed repente de throno deſiluit, amplexaque lacrimabat: & propter magnitudinem gaudii, quod reprimere non poterat, mugitus cuiuſdam ſimilem eiulatum edebat. Etenim excellentia gaudii etiam luctum interdum gignere ſolet: parumque aberat, quin una cum Chariclea collaberetur. At Hydaſpes miſerabatur quidem mulierem, cum illam lugere videret, & ad ſimilem affectum animo flectebatur: ceterum oculis, tanquam cornu aut ferro, in ea, quae cernebantur, defixis, conſtiterat, doloribus lacrimarum repugnans. Cumque ipſi anima, cum patrio affectu, tum virili ſpiritu, efferveſceret, & in utramque partem tan-

1 Μικρόν τε ἔφθη) Recte ſic Palat. Baſ. ἔφη, vitioſe.

2 Τῆς γνώμης -- στασιαζομένης) Praeferunt haec, uncis incluſa, aliquot libri ſcripti; quae tamen gloſſae ſpeciem habere videntur. Mox συγκαταπεπληγμένην editio Baſ.

λου μετασπωμένης, τελευτῶν ἡττήθη τῆς τὰ πάντα νικώσης Φύσεως· καὶ πατὴρ οὐκ εἶναι μόνον ἐπείθετο, ἀλλὰ καὶ πάσχειν ὅσα πατὴρ ἠλέγχετο· καὶ τὴν Περσίναν συγκατενεχθεῖσαν τῇ θυγατρὶ καὶ συγκαταπεπλεγμένην ἀνεγείρων, οὐκ ἔλαθε καὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐναγκαλιζόμενος, καὶ δακρύων ἐπιῤῥοῇ πατρικὰ πρὸς αὐτὴν σπενδόμενος· οὐ μὴν εἰς τὸ παντελές γε ἐξεκρούσθη τῶν πρακτέων· ἀλλ' ὀλίγον ἐπιστὰς, τόν τε δῆμον κατοπτεύσας ἀπὸ τῶν ἴσων παθῶν κεκινημένον, καὶ πρὸς τὴν σκηνοποιΐαν τῆς τύχης ὑφ' ἡδονῆς τε ἅμα καὶ ἐλέου δακρύοντας, [ἠχήν τέ τινα θεσπεσίαν ἄχρις αἰθέρος αἴροντας,] καὶ οὔτε κηρύκων σιγὴν ἐπιταττόντων ἐπαΐοντας, [οὔτε τὸ βούλημα τοῦ ταράχου προδήλως ἐκφαίνοντας,] τὴν χεῖρα προτείνας καὶ κατασείων, πρὸς ἡσυχίαν τὸ κλυδώνιον τοῦ δήμου κατέσταλε· καὶ, Ὦ παρόντες, ἔλεγεν, οἱ μὲν θεοὶ πατέρα με,

quam fluctu raperetur, ad extremum tamen superatus est a natura, quae vincit omnia: &, quod pater esset, non tantum persuaderi sibi patiebatur, sed etiam ita, ut pater, afficiebatur animo: & Persinam collapsam una cum filia, ac perculsam, erigens, visus est etiam Charicleam amplecti, & lacrimarum affluxu, quasi quibusdam libationibus, paternum cum illa foedus facere. Neque tamen omnino excussus est iis, quae agenda fuerant: sed paullulum commoratus, & populum conspicatus aequali affectu commotum, & ob fortunae mirificum casum, tanquam in scena exhibitum, prae voluptate simul & commiseratione flentem, & neque praecones silentium imperantes audientem, manu protensa silentium denuntians, commotionem vulgi in tranquillitatem composuit. Et, O vos, qui adestis praesentes, dicebat: me quidem Dii pa-

ὡς ὁρᾶτε καὶ ἀκούετε, πάσης ἐπέκεινα προσδοκίας ἀνέδειξαν· καὶ θυγάτηρ εἶναί μοι ἥδε ἡ κόρη πολλαῖς ταῖς ἀποδείξεσι γνωρίζεται. ἐγὼ δὲ τοσαύτην ὑπερβολὴν ποιοῦμαι τῆς εἰς ὑμᾶς τε καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν εὐνοίας, ὥστε μικρὰ φροντίσας καὶ γένους διαδοχῆς καὶ πατρῴας ἀνακλήσεως, ἃ δὴ πάντα μοὶ διὰ τῆσδε ἔμελλεν ἔσεσθαι, θεοῖς ἱερουργεῖν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπείγομαι. ὁρῶ μὲν γὰρ ὑμᾶς δακρύοντας, καὶ ἀνθρώπινόν τι πάθος ἀναδεδειγμένους, καὶ ἐλεοῦντας μὲν τὴν ἀωρίαν τῆς κόρης, ἐλεοῦντας δὲ καὶ τὴν ἐμὴν μάτην προσδοκηθεῖσαν τοῦ γένους διαδοχήν· ὅμως δ' οὖν ἀνάγκη, καὶ ὑμῶν ἴσως μὴ βουλομένων, τῷ πατρίῳ πείθεσθαι νόμῳ, τῶν ἰδίων λυσιτελῶν, τὸ τῆς πατρίδος ἐπίπροσθεν ποιούμενον. εἰ μὲν γὰρ τοῖς θεοῖς οὕτω φίλον ὥστε παρέχεσθαί τε ἅμα καὶ ἀφαιρεῖσθαι, (τοῦτο γὰρ ἤδη πάλαι τε πέπονθα γεννηθείσης, καὶ πάσχω τὸ

trem, ut videtis & auditis, praeter omnem exſpectationem declararunt: &, quod filia mea ſit haec virgo, multis argumentis conſtat. Ego vero tanta ſum erga vos & patriam benevolentia praeditus, ut haud multum curans & generis ſucceſſionem, & primam appellationem, quae omnia mihi per hanc eventura fuerant, Diis eam ſacrificare pro vobis properem. Etſi autem vos lacrimare video, & indicium dare, quod humano quodam affectu commoti ſitis, denique miſerari puellae immaturam ad moriendum aetatem, miſerari quoque meam nequidquam exſpectatam generis ſucceſſionem: tamen neceſſe eſt, me, vel vobis nolentibus, patrio obtemperare inſtituto, utilitati patriae potius, quam privatis commodis, conſulentem. Et quidem an hoc Diis ita placeat, ut ſimul praebeant & auferant, (id enim iampridem expertus ſum, cum eſſet nata: & nunc experior, poſtquam inventa eſt)

παρὸν εὑρεθείσης) οὐκ ἔχω λέγειν· ὑμῖν δὲ καταλείπω σκοπεῖν. οὐδ᾽ εἴπερ ἣν ἐξῴκισαν τῆς ἐνεγκούσης ἐπὶ πέρατα γῆς ἔσχατα, αὖθις δὲ θαυματουργοῦντες ἐν αἰχμαλώτῳ τῇ τύχῃ φέροντες ἐνεχείρισαν, ταύτην αὐτοὶ πάλιν ἱερουργουμένην προσδέξονται. καὶ ἣν ὡς πολέμιον οὐκ ἀνεῖλον, καὶ αἰχμάλωτον γενομένην οὐκ ἐλυμηνάμην, ταύτην θυγατέρα φανεῖσαν ἐναγίζειν, ὡς καὶ ὑμῖν ὄντος κατὰ βούλησιν τοῦ πράγματος, οὐχ ὑπερθήσομαι, οὐδὲ πήσομαι, ὃ καὶ ἄλλῳ πάσχοντι πατρὶ συγγνωστὸν ἴσως ἂν ἦν, οὐδὲ ὀκλάζω, οὐδὲ εἰς ἱκεσίαν τρέψομαι, συγγνώμην δοῦναι καὶ ἀφοσιώσασθαι τὸ παρὸν πρὸς τὸν νόμον, τῇ φύσει πλέον καὶ τοῖς ἐκ ταύτης πάθεσι προσθέμενος, ὡς ἐξὸν καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ θεραπεύειν τὸ θεῖον. ἀλλ᾽ ὅσῳ συμπάσχοντες ἡμῖν οὐ λελήθατε, καὶ [ὡς] ἴδια τὰ ἡμέτερα πάθη περιαλγοῦντες, τοσούτῳ κἀμοὶ προτιμότερα τὰ ὑμέ-

dicere non poſſum: ceterum vobis conſiderandum relinquo. Neque hoc ſtatuere poſſum, ut, quam extorrem egerint patria procul ad ultimos terrae fines, & rurſus mirabili caſu in captiva fortuna offerentes tradiderint, eandem rurſus mactari ſint admiſſuri. Quod cum ita ſit, nihilominus, quam ut hoſtem non ſuſtuli, & captivam nullo detrimento affeci, eam filiam cognitam ſacrificare, ſiquidem veſtra voluntas ita fert, non cunctabor. Neque affectui ſuccumbam, quod alii patri fortaſſe condonandum eſſet; nec frangar animo, nec deprecabor, ut veniam detis, & hoc officium in praeſentia naturae prae lege tribuatis, eo plus erga illam affectui dantes, quod alio quoque modo liceat placare numen. Sed ut vos, quod aeque ac ego animo afficeremini, ſignificationem dediſtis, & noſtros caſus non ſecus ac privatos doluiſtis: ita & a me veſtrae rationes longe meis

τερα, ὀλίγον μὲν τῆς ἀκληρίας λόγον ποιουμένῳ, ὀλίγον δὲ τῆς ἀθλίας ταυτησὶ Περσίνης κατοδυρομένης, πρωτοτόκου τε ἅμα καὶ ἀγόνου καθισταμένης. ὥστε, εἰ δοκεῖ, παύσασθε μὲν δακρύοντες καὶ ἡμᾶς κατοικτιζόμενοι μάτην. τῆς δὲ ἱερουργίας ἐχόμεθα. σὺ δὲ, ὦ θύγατερ, (πρῶτα γάρ σε καὶ ὕστατα τὸ ποθητὸν ὄνομα τοῦτο προσφθέγγομαι) ὦ μάτην μὲν ὡραία· μάτην δὲ ἀνευραμένη τοὺς γεννήσαντας· ὦ τῆς ἀλλοδαπῆς βαρυτέραν τὴν πατρίδα δυστυχήσασα· ὦ σωτηριώδους μὲν τῆς ξένης, ἐπ' ὀλέθρῳ δὲ πειρωμένη τῆς ἐνεγκούσης· μή μοι σύγχει τὸν θυμὸν ὀδυρομένη, ἀλλὰ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνό σου φρόνημα καὶ βασίλειον, νῦν, εἴπερ ποτε καὶ πρότερον, ἐπιδείκνυσο, καὶ ἕπου τῷ γεννήσαντι, νυμφοστολῆσαι μὲν οὐ δυνηθέντι, οὐδὲ ἐπὶ παστάδας καὶ θαλάμους ἀγάγοντι, πρὸς δὲ θυσίαν κοσμοῦντι, καὶ δᾷδας οὐ γαμηλίους, ἀλλ' ἐπιβωμίους

anteponuntur, parum curante hanc calamitatem; haud multum quoque hanc miseram Persinam lugentem, quae simul & primi foetus parens, & prole orba reddita est. Quamobrem, si videtur, desinite a lacrimis, & nostri inutili commiseratione: ad sacrificium autem aggrediamur. Tu vero, filia, (primum enim enim te hoc suavi nomine, & ultimum alloquor) o nequidquam formosa, & quae frustra parentes invenisti, quae in patriam, aliena terra longe graviorem, infeliciter incidisti, & peregrinam quidem salutarem, patriam autem perniciosam experta es, ne mihi animum lugubri fletu perturbes: sed si unquam antea magnos illos spiritus ac regios ostendisti, nunc praecipue attolle, & sequere parentem, qui te quidem nuptiali stola ornare non potuit, nec in thalamos ducit, sed ad sacrificium instruit, & faces non nuptiales, sed ad usum sacrificii destinatas, accendit, & invi-

ἅπτοντι, καὶ τὴν ἄμαχον ταυτηνὶ τοῦ κάλλους ἀκμὴν ἀνθ' ἱερείων προσάγοντι. ὑμεῖς δὲ ἱλήκοιτε οἱ Θεοὶ τῶν εἰρημένων, καὶ εἰ δή τι πρὸς τοῦ πάθους νικώμενος οὐκ εὐαγὲς ἐφθεγξάμην, ὁ τέκνον ὁμοῦ καλεσάμενος, καὶ τεκνοκτόνος γινόμενος.

ιζ'. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ὁ μὲν ἐπέβαλε τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲν ἐπὶ τοὺς βωμοὺς καὶ τὴν ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊὰν ἐνδεικνύμενος· [1] πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος, καὶ τὴν ἐπιτυχίαν τῶν ἐνεδρευομένων τῇ δημηγορίᾳ λόγων ἀπευχόμενος. τὸ δὲ πλῆθος τῶν Αἰθιόπων ἐσείσθη πρὸς τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδὲ πρὸς βραχὺ τῆς Χαρικλείας ἀγομένης ἀνασχόμενοι, μέγα τι καὶ ἀθρόον ἐξέκραγον, Σῶζε τὴν κόρην ἀναβοῶντες, σῶζε τὸ βασίλειον αἷμα, σῶζε τὴν ὑπὸ θεῶν σωθεῖσαν. ἔχομεν τὴν χάριν. πεπλήρωται ἡμῖν τὸ νόμιμον. ἐγνωρίσαμεν ὡς βασιλέα·

ctam hanc pulchritudinem pro victimis offert. Vos autem, Dii, propitii estote iis, quae dicta sunt, &, si quid praeterea affectu victus, parum pie aut religiose sum locutus, qui simul filiam vocarim, & interfector illius exsistam.

XVII. Et haec cum dixisset, iniiciebat Charicleae manus, ducere se eam ad aras & pyram, quae desuper erat, assimulans, & eventum verborum, quae pro concione fecerat, ut se in animos audientium insinuaret, deprecans. Multitudo autem Aethiopum concussa est ad ea, quae dicta fuerant, & ne paullulum quidem duci Caricleam sustinens, magnum clamorem quendam & subitum edidit, Serva virginem, vociferans: serva regium sanguinem: serva eam, quam Dii salvam esse voluerunt. Habemus gratiam. Impletum est nobis id, quod legibus debebatur. Agnovimus te ut regem, agnosce te tu quo-

1 Πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ π.) omisso αὐτός. Totam hanc ῥῆσιν Vatic. πλείονι δὲ πυρὶ τῷ πάθει, interpres neglexit.

γνώριζε καὶ σὺ σαυτὸν ὡς πατέρα. ἱλήκοιεν οἱ θεοὶ τῆς δοκούσης παρανομίας· πλέον παρανομήσομεν ἀνθιστάμενοι τοῖς ἐκείνων βουλήμασι. μηδεὶς ἀναιρείτω τὴν ὑπ' ἐκείνων περισωθεῖσαν. ὁ τοῦ δήμου πατὴρ, γίγνου καὶ κατ' οἶκον πατήρ. καὶ μυρίας ἐπὶ τούτοις καὶ ὁμοίας φωνὰς ἱέντες, τέλος καὶ ἔργῳ τὸ κωλύειν ἐπεδείκνυντο, προϊστάμενοί τε καὶ ἀνθιστάμενοι, καὶ διὰ τῶν ἄλλων θυσιῶν ἱλάσκεσθαι τὸ θεῖον αἰτοῦντες. ὁ δὲ Ὑδάσπης ἑκών τε καὶ χαίρων προσίετο τὴν ἧτταν, τὴν εὐκτὴν ταυτηνὶ βίαν αὐθαίρετος ὑπομένων, καὶ τοὺς δήμους ἐπαλλήλοις ταῖς ἐκβοήσεσι χρονιώτερον ἐντρυφῶντας, καὶ ταῖς εὐφημίαις ἀγερωχότερον ἐπισκιρτῶντας ὁρῶν, τοῖς μὲν ἐμφορηθῆναι τῆς ἡδονῆς ἐνεδίδου, κατασταλῆναί ποτε πρὸς ἡσυχίαν ἑκόντας ἀναμένων.

ιη'. Αὐτὸς δὲ πλησιαίτερον τῇ Χαρικλείᾳ παραστὰς, Ὦ φιλτάτη, ἔλεγεν, ἐμὴν μὲν εἶναί σε θυγατέρα, τὰ

que ut patrem: propitii ſint Dii huic, ut videtur, delicto. Magis peccabimus, reſiſtentes illorum voluntati. Nemo interficiat ab illis conſervatam. Qui es pater populi, eſto & domi tuae pater. Et ſexcentas ad haec, & his ſimiles voces, proferebant. Ad extremum, & re ipſa ſe prohibere declarabant, opponentes ſe & obſiſtentes, ac aliis ſacrificiis placari numen poſtulantes. Hydaſpes autem ultro & laetus patiebatur ſe hac in parte ſuperari, optatam hanc vim ſponte ſuſtinens: & populum continuis exclamationibus diutius indulgentem, & gratulationibus inſolentius laſcivientem videns, huic quidem voluptate ſe implendi facultatem dedit, exſpectans, ut aliquando ſua ſponte conquieſceret.

XVIII. Ceterum cum proxime Charicleam adſtitiſſet, Cariſſima, dicebat, quod tu quidem mea ſis filia, tum

τε γνωρίσματα ἐμήνυσε, καὶ ὁ σοφὸς Σισιμίθρης ἐμαρτύρησε, καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς πρὸ πάντων ἀνέδειξεν. ἀλλ' οὑτοσὶ τίς ποτέ ἐστιν ὁ σοὶ μὲν ἅμα συλληφθεὶς, [1] [καὶ εἰς τὰς ἐπινικίους σπονδὰς τοῖς θεοῖς φυλαχθεὶς] νυνὶ δὲ τοῖς βωμοῖς εἰς τὴν ἱερουργίαν προσιδρυμένος; ἢ πῶς αὐτὸν ἀδελφὸν ὠνόμαζες, ὅτε μοι τὸ πρῶτον κατὰ τὴν Συήνην προσήχθητε; οὐ γὰρ δήπου καὶ αὐτὸς ἡμέτερος υἱὸς εὑρεθήσεται. ἅπαξ γὰρ Περσίνα καί σε μόνην ἐκυοφόρησε. καὶ ἡ Χαρίκλεια σὺν ἐρυθήματι κάτω νεύσασα, Τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐψευσάμην, ἔφη, τῆς χρείας τὸ πλάσμα συνθείσης. ὅστις δέ ἐστιν ἀληθῶς, αὐτὸς ἂν λέγοι βέλτιον· ἀνήρ τε γάρ ἐστι, καὶ εὐθαρσέστερον ἐμοῦ τῆς γυναικὸς ἐξαγορεύειν οὐκ αἰσχυνθήσεται. καὶ ὁ Ὑδάσπης μὴ συμβαλὼν τὸν νοῦν τῶν εἰρημένων, Σύγγνωθι, ἔφη, θυγάτριον, κατερυθριάσασα δι' ἡμᾶς παρθενικῆς αἰδοῦς ἀνοίκειον πεῦσιν ὑπὲρ

indicia ostenderunt, tum sapiens Sisimithres testatus est, & ante omnia Deorum benevolentia declaravit. Sed iste quis tandem est, qui una tecum captus, nunc aris, ut mactetur, admotus est? aut quomodo illum fratrem nominabas, quando in conspectum meum Syenae primum adducti estis? Neque enim utique & ipse filius noster esse reperietur. Semel enim Persina, & te solam, enixa est. Chariclea autem, humi defixis oculis, cum rubore, Fratrem quidem, inquit, eum esse mentita sum, necessitate commentum suppeditante. Qui autem sit revera, ipse melius exponet. Vir enim est, & confidentius me muliere narrare non reverebitur. Hydaspes autem cum non intellexisset sententiam dictorum, Da, inquit, veniam, filiola, quae per nos rubore suffusa es, alienam a virginali pudore quaestionem de adolescente tibi proponen-

1 Καὶ εἰς τὰς ἐπινικίους σπονδὰς -- φυλαχθεὶς) Addita haec e libris a Commel. Bas. ea non agnoscit, quae mox legit προσιδρυόμενος.

νεανίου σοὶ προσαγαγόντας. ἀλλὰ σὺ μὲν κατὰ τὴν σκηνὴν ἅμα τῇ μητρὶ κάθησο, ἐνευφραίνεσθαί τε παρέχουσα πλέον ἢ ὅτε σε ἔτικτεν ὠδινούσῃ, τὴν ἐπί σοι τὸ παρὸν ἀπόλαυσιν, καὶ τοῖς κατὰ σαυτὴν διηγήμασι παρηγοροῦσα. ἡμῖν δὲ [1] τῶν ἱερείων μελήσει τῆς ἀντί σου σφαγιασθησομένης, ἅμα τῷ νεανίᾳ παντοίως εἴ τινα εὕροιμεν ἀνταξίαν ἐπιλεχθείσης.

ιθ΄. Καὶ ἡ Χαρίκλεια μικροῦ μὲν καὶ ἐξωλόλυξε, πρὸς τὴν δήλωσιν τῆς τοῦ νεανίου σφαγῆς ἐκτραχυνθεῖσα· μόγις δ᾽ οὖν τὸ συμφέρον τιθεμένη πρὸς τὸ ἐκμανὲν τοῦ πάθους διὰ τὸ χρειῶδες ἐγκαρτερῆσαι βιασαμένη, πάλιν ὑφεῖρπε τὸν σκοπόν. καί, Ὦ δέσποτα, ἔλεγεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ κόρην μὲν ἴσως ἔτι ἐχρῆν σε ἐπιζητεῖν, ἅπαξ τοῦ δήμου τὸ ἱερεῖον τὸ θῆλυ δι᾽ ἐμοῦ συγχωρήσαντος. εἰ δ᾽ οὖν προσφιλονεικοίη τις, ἄρτιον καὶ ἐξ ἑκατέρου γένους ἐπιτελεῖσθαι [τὴν ἱερουργίαν,] ὥρα

tes. Sed tu quidem in tabernaculo una cum matre ſede, maiorem laetitiam illi nunc afferens, quam cum te peperit, & aegram animo, tuae praeſentiae fructu, & de tuis rebus narratione conſolans. Nobis autem ſacrificia curae erunt, delecta omnino ea, ſi quam invenerimus idoneam, quae pro te una cum adoleſcente mactetur.

XIX. Chariclea vero parum abfuit, quin eiulatum ederet, ſignificatione mactationis adoleſcentis commota: vix tamen, utilitati ſerviens, furibundo affectu neceſſitate poſtulante repreſſo & cohibito, rurſus occulte adrepebat ad ſcopum, &, O domine, dicebat, ſed neque puellam fortaſſe te amplius inquirere oportuit, cum tibi ſemel populus feminei ſexus victimam per me remiſerit. Quod ſi quis contendat, par, & ex utroque ſexu ſa-

1 Τῶν ἱερείων μελήσει τῆς ἀντί σου σφαγιασθησομένης.) Prave antea, μελλήσει & σφαγισθησομένης. Quod utrumque vitium ſublatum ope Cod. Taur.

σοὶ μὴ κόρην μόνην, ἀλλὰ καὶ νεανίαν ἄλλον ἐπιζητεῖν· ἢ μὴ τοῦτο ποιοῦντα μηδὲ κόρην ἄλλην, ἀλλ᾽ ἐμὲ πάλιν σφαγιάζειν. τοῦ δὲ, Εὐφήμησον, εἰπόντος, καὶ τὴν αἰτίαν, διότι τοῦτο λέγει, πυνθανομένου· Ὅτι, ἔφη, καὶ ἐμοὶ ζῶντι συζῆν, καὶ θνήσκοντι συντεθνᾶναι τῷ ἀνδρὶ τῷδε πρὸς τοῦ δαιμονίου καθείμαρται.

κ΄. Πρὸς ταῦτα ὁ Ὑδάσπης, οὔπω τῶν ὄντων ἐπήβολος γιγνόμενος, Ἐπαινῶ μέν σε τῆς φιλανθρωπίας, ὦ θύγατερ, ἔφη, ξένον καὶ Ἕλληνα καὶ ἥλικα καὶ συναιχμάλωτον, καὶ συνήθειαν πρός σε τὴν ἐκ τῆς ἐκδημίας κεκτημένον, χρηστῶς κατελεοῦσαν, καὶ περισώζειν ἐπινοοῦσαν· ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν [ἐκεῖνος] ἐξαιρεθείη τῆς ἱερουργίας. ἄλλως τε γὰρ οὐκ εὐαγὲς παντάπασι περιγραφῆναι τὸ πάτριον τῆς τῶν ἐπινικίων θυσίας· καὶ ἅμα οὐδ᾽ ἂν ὁ δῆμος ἀνάσχοιτο, μόλις καὶ πρὸς τὴν ἐπί σοι συγχώρησιν θεῶν εὐμενείᾳ

crificandum esse, non puella tantum, sed & adolescens alius tibi inquirendus est: aut nisi hoc feceris, nec puella alia, sed ego iterum mactanda sum. Dii meliora, subiiciente, & caussam, quamobrem hoc diceret, quaerente; Quod, inquit, & cum vivo hoc viro, me vivere, & cum moriente, una mori divinitus est constitutum.

XX. Ad haec Hydaspes, cum nondum rem ipsam coniiceret, Laudo quidem, inquit, tuam hanc humanitatem, filia, quae peregrinum, & Graecum, & aequalem, unaque captum, & cui tecum familiaritas ex peregrinatione intercesserit, officiose miserearis, & servare cogites. Sed haudquaquam eximi potest sacrificio: alioqui nec pietas & religio patitur, ut omnino circumscribatur patrium institutum, de sacrificio ob victoriam partam faciendo. Deinde nec populus ferret, qui vix, ut tibi veniam daret,

κινηθείς. ἡ δὴ οὖν Χαρίκλεια, Ὦ βασιλεῦ, ἔφη, πατέρα γάρ σε καλεῖν τάχα οὐκ ἐγγίνεται, εἰ μὲν δὴ θεῶν εὐμενείᾳ σῶμα τοὐμὸν περισέσωσται, τῆς αὐτῆς ἂν γένοιτο εὐμενείας, καὶ τὴν ἐμὴν ἐμοὶ περισῶσαι ψυχὴν, ἣν ἀληθῶς εἶναί μοι ψυχὴν ἐπικλώσαντες ἴσασιν. εἰ δὲ τοῦτο ἀβούλητον Μοίραις εὑρίσκοιτο, καὶ δεήσει πάντως τὰ ἱερεῖα κοσμῆσαι σφαγιασθέντα τὸν ξένον, ἕν γοῦν μοι χαρίσασθαι νεῦσον· αὐτήν με κέλευσον αὐτουργῆσαι τὸ θῦμα, καὶ τὸ ξίφος ὡς κειμήλιον δεξαμένην, περίβλεπτον ἐπ' ἀνδρείᾳ παρ' Αἰθιόψιν [1] ἀναχθῆναι.

κα΄. Διαταραχθεὶς δὲ πρὸς ταῦτα ὁ Ὑδάσπης, Ἀλλ' οὐ συνίημι μὲν, ἔφη, τὴν πρὸς ἐναντία σου τῆς γνώμης μεταβολήν· ἀρτίως μὲν ὑπερασπίζειν τοῦ ξένου πειρωμένης, νυνὶ δὲ ὡς πολεμίου τινὸς αὐτόχειρα

Deorum clementia permotus eſt. Chariclea igitur, O rex, inquit, patrem enim te appellare fortaſſe non licet: ſiquidem Deorum clementia corpus meum ſervatum eſt, eiuſdem ſit clementiae, meam quoque ſervare animam, quam vere mihi eſſe animam, ii, qui hoc fatali quadam neceſſitate ſanxerunt, ſciunt. Sin hoc irretractabile Parcis inventum fuerit, & oportebit omnino exornare ſacrificium, mactatum peregrinum, unum tantum te mihi largiturum eſſe promitte. Ipſam me iube mactare victimam, &, gladio tanquam cariſſimo quodam & pretioſiſſimo accepto pignore, conſpicuam apud Aethiopes fortitudinis gloria effici.

XXI. Perturbatus hiſce Hydaſpes, Sed non intelligo, inquit, hanc tuae mentis in contrariam ſententiam mutationem, quae nuper defendere peregrinum conabaris, nunc autem non ſecus ac hoſtem aliquem, manu tua tol-

1 Ἀναχθῆναι) Mire placet Xylandrei Codicis lectio ἀναδειχθῆναι. Sed & vulgata ſatis proba.

[γενέσθαι] παρακαλούσης. ἀλλ' οὐδὲ σεμνόν τι καὶ ἐπίδοξον, ὅσαγε πρός σε καὶ τὴν σὴν ἡλικίαν, ἐνορῶ τῇ πράξει. καὶ τούτου δὲ ὄντος, τὸ δυνατὸν οὐκ ἔστι· μόνοις γὰρ τοῖς ἱερωμένοις τῷ τε Ἡλίῳ καὶ τῇ Σεληναίᾳ πρὸς τῶν πατρίων ἀποκεκλήρωται ἥδε πρᾶξις· καὶ τούτοις οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῦ μὲν, γυναικί· τῆς τε, ἀνδρὶ συνοικούσης· ὥστε ἡ κατά σε παρθενία κωλύει τὴν οὐκ οἶδ' ὅπως γιγνομένην αἰτίαν. Ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκεν οὐδὲν ἐμπόδιον, ἔφη ἡ Χαρίκλεια, λάθρα καὶ παρὰ τὸ οὖς τῇ Περσίνῃ προκύψασα· ἔστι γὰρ κἀμοὶ, μῆτερ, ὁ τὸ ὄνομα τοῦτο πληρῶν, εἰ καὶ ὑμεῖς βουληθείητε. Βουλησόμεθα, εἶπεν ἡ Περσίνα μειδιάσασα, καὶ αὐτίκα μάλα ἐκδώσομεν, θεῶν νευόντων, σοῦ τε καὶ ἡμῶν ἄξιον ἐπιλεξάμενοι. καὶ ἡ Χαρίκλεια γεγωνότερον, Οὐδὲν δεῖ ἐπιλέγειν, ἔφη, τὸν ὄντα ἤδη.

lere expetis ac poſtulas. Atqui neque honeſti quidquam, aut glorioſi, quod ad te aetatemque tuam attinet, in actione iſta ineſſe video. Verum fac eſſe: facultas tamen deeſt. Solis enim ſacerdotio Solis & Lunae fungentibus, patriis inſtitutis datum eſt hoc negotium: nec iis quibuſcunque, ſed illi quidem, uxori; huic autem, viro cohabitanti. Quod cum ita ſit, tua virginitas impedit hanc, quae unde oriatur haud ſcio, petitionem. Enimvero hac de cauſa nullum eſt impedimentum, inquit Chariclea, preſſa voce, & ad aurem Perſinae ſe inclinans: eſt enim & mihi, mater, is, qui nomen hoc implet, ſiquidem id veſtra voluntas feret. Feret, inquit Perſina, arridens leniter: & ſtatim te elocabimus, Diis annuentibus, ei, quem te & nobis dignum elegerimus. Chariclea autem clarius, Nihil opus eſt, inquit, eligere eum, qui iam eſt.

κβ'. Καὶ λέγειν τι φανερώτερον μελλούσης, ([1] τολμᾷ γὰρ τὸ κατεπεῖγον, καὶ τὴν αἰδῶ τὴν παρθένιον παρορᾷν, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον τοῦ κινδύνου τῷ Θεαγένει κατηνάγκαζεν,) οὐκ ἔτι κατασχὼν ὁ Ὑδάσπης, Ὦ θεοὶ, ἔφη, ὡς κακὰ τοῖς καλοῖς ἐοίκατε μιγνύναι, καὶ τὴν ἀπ' ἐλπίδος μοὶ δωρηθεῖσαν πρὸς [ὑμῶν] εὐδαιμονίαν, τὸ μέρος κωλύειν· θυγατέρα μὲν ἀπροσδόκητον, ἀλλὰ παράφρονά πως ἀναδείξαντες. πῶς γὰρ οὐ παραπλῆγος τὸ νόημα, τῆς ἀλλόκοτα ῥήματα προϊεμένης; ἀδελφὸν ὠνόμαζε τὸν μὴ ὄντα· τὸν ὄντα ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος ἐρωτωμένη, ἀγνοεῖν ἔλεγεν. αὖθις ἐζήτει περισώζεσθαι ὡς φίλον, τὸν ἀγνοούμενον. ἀδύνατον εἶναι μαθοῦσα τὴν αἴτησιν, αὐτὴ καταθύειν ὡσανεὶ πολεμιώτατον ἱκέτευε. καὶ τοῦτο ὡς οὐ θέμιτον λεγόντων, μιᾷ μόνῃ καὶ ταύτῃ ὑπάνδρῳ τῆς τοιᾶσδε θυ-

XXII. Cumque iam quidpiam planius dictura esset, (addebat enim audaciam imminens periculum Theageni, ac ob oculos versans, & pudorem virgineum seponere ac negligere cogebat) non amplius ferens Hydaspes, O Dii, inquit, quam mala bonis miscere videmini, & praeter spem a vobis mihi donatam felicitatem aliqua ex parte impedire! qui mihi filiam non exspectatam quidem, sed amentem quodammodo, ostendistis. An non enim fatuae mens esse declaratur in ea, quae absurdas voces edit? Fratrem nominabat eum, qui non erat. De peregrino, qui adest praesens, quisnam esset, cum interrogaretur, ignorare se dicebat. Rursus studebat servare tanquam amicum eum, quem non norat. Cum se obtinere non posse petitionem intellexisset, ut ipsa mactaret tanquam inimicissimum, obsecrabat. At cum neque hoc facere fas esse diceremus, uni tantum, & ei con-

1 Τολμᾷ γὰρ τὸ κατεπεῖγον, καὶ τὴν αἰδῶ τὴν παρθένιον παρορᾷν) Pro τολμᾷ Xyl. coni. τολμᾶν. Προορᾷν habet Bas. & περιορᾷν Xyl.

σίας καθωσιωμένης, ἄνδρα ἔχειν ἐμφαίνει, τὸν τίνα οὐ προστιθεῖσα. πῶς γὰρ τόν γε μηδὲ ὄντα, μηδὲ γεγενῆσθαι αὐτῇ διὰ τῆς ἐσχάρας ἀποδειχθέντα; εἰ μὴ ἄρα παρὰ ταύτῃ μόνῃ ψεύδεται μὲν τὸ παρ' Αἰθίοψιν ἀψευδὲς τῶν καθαρευόντων πειρατήριον, καὶ ἐπιβᾶσαν ἄφλεκτον ἀποπέμπεται, καὶ παρθενεύειν, νόθως χαρίζεται· μόνῃ δὲ ἔξεστι φίλους καὶ πολεμίους τοὺς αὐτοὺς ἐν ἀκαρεῖ καταλέγειν· ἀδελφοὺς δὲ καὶ ἄνδρας τοὺς μὴ ὄντας ἀναπλάττειν. ὥστε, ὦ γύναι, σὺ μὲν εἰς τὴν σκηνὴν εἴσιθι, καὶ ταύτην κατάστελλε πρὸς τὸ νηφάλεον, εἴτε ὑπό του θεῶν τοῖς ἱερείοις ἐπιφοιτήσαντος ἐκβακχευομένην, εἴτε καὶ δι' ὑπερβολὴν χαρᾶς τῶν ἀνελπίστως εὐτυχηθέντων, τὸν νοῦν παραφερομένην. ἐγὼ δὲ τὴν ὀφείλουσαν τοῖς θεοῖς ἀντὶ τῆσδε σφαγιασθῆναι, καὶ ζητεῖν [1] καὶ ἀνευρεῖν τινι προστάξας,

iugi, tali facrificio nuncupato; virum fe habere praetexit, non addens quem. Quomodo enim eum habere poffit, quem neque effe, neque fuiffe illi unquam, per focum conftiterit? Nifi forte in hac fola fallit, id, quod apud Aethiopes haudquaquam fallax eft, caftorum experimentum, &, cum confcendiffet, non aduftam remittit, ac, ut adulterina virginitate fe venditet, largitur: denique foli licet amicos & hoftes eofdem puncto temporis habere, & fratres ac viros, qui non funt, fingere. Quamobrem, uxor, tu quidem tabernaculum ingredere, & hanc ad fobrietatem revoca, quae aut a Deo, qui ad facrificia venit, in furorem concitatur; aut prae nimia laetitia ob fucceffum infperatum, mente aberrat. Ego autem cum eam, quae Diis pro hac mactari debet, & inquiri & inveniri a quodam iufferim, tantifper, dum

1 Καὶ ἀνευρεῖν) Palat. ἀνερευνᾶν.

ἕως ἂν τοῦτο γίγνηται, εἰς τὸ χρηματίσαι ταῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν ἡκούσαις πρεσβείαις, καὶ δῶρα τὰ ἐπὶ τοῖς ἐπινικίοις προσκομιζόμενα παρ' αὐτῶν ὑποδέξασθαι, τρέψομαι. καὶ ταῦτα εἰπὼν, τῆς τε σκηνῆς πλησίον ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθίσας, ἥκειν τοὺς πρεσβευτὰς, καὶ εἴ τινα ἐπικομίζοιντο δῶρα, προσάγειν ἐκέλευεν. ὁ δὴ οὖν εἰσαγγελεὺς Ἁρμονίας, εἰ πάντας [ἅμα] ἢ ἐν μέρει καὶ ἔθνους ἑκάστου κεκριμένους, καὶ δὴ εἰ καὶ ἰδίᾳ προσάγειν κελεύοι διηρώτα.

κγ'. Τοῦ δὲ ἐν τάξει καὶ διῃρημένως εἰπόντος, ὡς ἂν καὶ τῆς πρὸς ἀξίαν ἕκαστος μεταλαμβάνοι τιμῆς· πάλιν ὁ εἰσαγγελεὺς, Οὐκοῦν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, πρῶτος ἀδελφοῦ τοῦ σοῦ παῖς ἥξει Μερόηβος, ἀρτίως μὲν ἥκων, ἀπαγγελθῆναι δὲ ἑαυτὸν πρὸ τῆς περεμβολῆς ἀναμένων. εἶτα, Ὦ νωθέστατε καὶ ἠλίθιε, πρὸς αὐτὸν ὁ Ὑδάσπης, οὐ παραχρῆμα ἐμήνυες, οὐ πρεσβευτὴν ἀλ-

hoc fit, ad danda reſponſa legationibus, quae a gentibus veniunt, & dona, quae ad gratulationem, ob victoriam partam declarandam, afferuntur, vertar. Haec ut dixit, prope tabernaculum in edito loco conſidens, venire legatos, &, ſi quae afferrent dona, adducere iubebat. Internuntius igitur Harmonias, Utrum omnes ſine diſcrimine, an ordine & ex unaquaque gente delectos, denique ſi ſeorſim adducere iuberet, percontabatur.

XXIII. Hic autem cum ordine & diſtincte dixiſſet, ut etiam ſinguli pro dignitate honorem conſequantur; rurſus internuntius, Igitur, inquit, rex, primus fratris tui filius Meroebus veniet, qui nuper quidem advenit, ſed, ut prius denuntietur, ante ſeptum & coronam militum, qua cincti ſumus, exſpectat. Cur autem, ſtupidiſſime & fatue, ad illum Hydaſpes, non ſtatim indicaſti? cum non

λα βασιλέα τὸν ἀφιγμένον ἐπιστάμενος, καὶ τοῦτον ἀδελφοῦ παῖδα τοῦ ἐμοῦ, τελευτήσαντος μὲν οὐ πρὸ πολλοῦ, πρὸς ἐμοῦ δὲ εἰς τὸν ἐκείνου θρόνον ἐνιδρυθέντα, καὶ ἀντὶ παιδὸς ἐμοὶ γιγνόμενον. Ἐγίνωσκον ταῦτα, εἶπεν, ὦ δέσποτα, ὁ Ἁρμονίας. ἀλλὰ καιροῦ στοχάζεσθαι πρὸ πάντων ἐγίνωσκον, πράγματος τοῖς εἰσαγγελεῦσιν, εἴπερ τινος ἄλλου, δεόμενον προνοίας. σύγγνωθι οὖν εἰ πρὸς τὰς βασιλίδας σε κοινολογούμενον, ἀπασχολῆσαι τῶν ἡδίστων ἐφυλαξάμην. Ἀλλὰ νῦν γοῦν ἰκέτω, τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ἀπέτρεχέ τε ὁ προσταχθείς· καὶ αὐτίκα ἐπανῄει μετὰ τοῦ προστάγματος. καὶ ὤφθη ὁ Μερόηβος, ἀξιοπρεπές τι νεανίου χρῆμα· τὴν μὲν ἡλικίαν ἄρτι τὸν μείρακα παραλλάττων, δέκα δὲ ἐτῶν πρὸς ἑβδομάδι πληρῶν, μεγέθει δὲ τοὺς παρόντας σχεδὸν ἅπαντας ὑπερκύπτων· λαμπροῦ μὲν δορυφορήματος ὑπασπιστῶν προπομπεύοντος·

legatum, sed regem eum, qui advenisset, esse scires, & quidem fratris mei non ita pridem mortui filium, & a me in illius throno collocatum, atque adeo adoptione filium meum constitutum? Sciebam, inquit, domine, Harmonias. Sed ante omnia occasionem captandam esse statuebam, cum, si ulla re alia internuntiis, inprimis ratione considerationeque temporum sit opus. Dabis igitur mihi veniam, quod te, cum reginis colloquentem, avocare a suavissimo sermone sum veritus. Nunc itaque veniat, ut dixit rex, recurrebat, quemadmodum erat illi imperatum: & statim redibat cum eo, quod iniunctum fuerat. Venitque in conspectum Meroebus, conspicuus quidem iuvenis, tum primum autem adolescentium aetatem egrediens, cum decem & septem annos impleret; proceritate autem supra omnes propemodum, qui aderant, eminens: conspicuo stipatorum comitatu illum deducente;

τοῦ δὲ περιεστῶτος Αἰθιοπικοῦ στρατοῦ θαυμασμῷ τε ἅμα καὶ σεβασμῷ πρὸς τὸ ἀκώλυτον τὴν πάροδον διαστέλλοντος.

κδʹ. Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Ὑδάσπης ἐπὶ τῆς καθέδρας ἐκαρτέρησεν· ἀλλ᾽ ὑπήντα τε, καὶ μετὰ πατρικῆς τῆς φιλοφροσύνης περιπτυξάμενος, πλησίον τε ἑαυτῷ καθίδρυσε, καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβαλὼν, Εἰς καιρὸν ἥκεις, ἔλεγεν, ὦ παῖ, τά τε ἐπινίκια συνεορτάσων, καὶ τὰ γαμήλια θύσων. οἱ γὰρ πατρῷοι καὶ γενάρχαι θεοί τε καὶ ἥρωες, ἡμῖν μὲν θυγατέρα, σοὶ δὲ νύμφην, ὡς ἔοικεν, ἐξευρήκασιν. ἀλλὰ τοῖς τελειοτέροις αὖθις ἀκουσόμενος, εἴ τι μὲν βούλει χρηματίσαι τῷ ἔθνει τῆς ὑπό σοι βασιλείας, ἀνάγγελλε. ὁ δὲ Μερόηβος πρὸς τὴν ἀκοὴν τῆς νύμφης, ὑφ᾽ ἡδονῆς τε ἅμα καὶ αἰδοῦς, οὐδὲ ἐν μελαίνῃ τῇ χροιᾷ διέλαθε φοινιχθεὶς, οἱονεὶ πρὸς αἰθάλην τοῦ ἐρυθήματος ἐπιδραμόντος. καὶ μικρὸν ἐφη-

Aethiopico vero exercitu, qui circumſtabat, cum admiratione ſimul & veneratione viam ad illius adventum ſine ullo impedimento patefaciente.

XXIV. Ceterum neque Hydaſpes in ſolio manſit, ſed obviam progrediebatur: &, cum paterna comitate eum complexus, prope ſe collocavit, iunctaque dextra, Opportune venis, fili, dicebat, ſolemne ſacrificium ob victoriam partam una facturus, & nuptialia ſacra celebraturus. Siquidem paterni Dii, generiſque noſtri auctores, & heroës, filiam quidem nobis, tibi vero ſponſam, ut videtur, invenerunt. Enimvero arcana auditurus poſtea, nunc, ſi quid forte agere vis cum gente, quae tuo regno ſubiecta eſt, indica. Meroebus autem, audita ſponſae mentione, prae voluptate ſimul & pudore, ne in nigro quidem colore celare potuit, quod erubuiſſet, tanquam ad fuliginem rubore accurrente: parvoque ſpatio intermiſ-

συχάσας, Οἱ μὲν ἄλλοι, ἔφη, ὦ πάτερ, τῶν ἡκόντων πρεσβέων τοῖς ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἐξαιρέτοις ἕκαστος τὴν σὴν περίβλεπτον νίκην στέφοντες ξενιοῦσιν· ἐγὼ δέ σε τὸν ἐν πολέμοις γεννάδα τε καὶ ἀριστέα διαφανέντα, προσφόρῳ τε καὶ ἀπὸ τῶν ὁμοίων δωρήσασθαι δικαιώσας, ἄνδρα σοὶ προσκομίζω, πολέμων μὲν καὶ αἱμάτων ἀθλητὴν ἀνανταγώνιστον· πάλην δὲ καὶ πυγμὴν τὴν ἐν κόνει καὶ σταδίοις ἀνυπόστατον. καὶ ἅμα νεύσας ἥκειν ὑπεδείκνυ τὸν ἄνδρα.

κε΄. Καὶ ὃς προσελθὼν εἰς μέσους, προσεκύνει τὸν Ὑδάσπην, τοσοῦτός τις τὸ μέγεθος, καὶ οὕτως ὠγύγιος ἄνθρωπος, ὥστε τὸ γόνυ τοῦ βασιλέως φιλῶν, μικροῦ φανῆναι τοῖς ἐφ᾽ ὑψηλοῦ προκαθημένοις ἐξισούμενος. καὶ μηδὲ τὸ κελευσθῆναι ἀναμείνας, τὴν ἐσθῆτα ἀποδὺς, γυμνὸς εἱστήκει, πάντα τὸν βουλόμενον

ſo, Alii quidem, inquit, pater, legati, qui adveniunt, praecipuis rebus ex ſua quiſque regione, tuam praeclaram victoriam ornantes, te munerabuntur. Ego vero te, qui ſtrenuus in bellis exſtitiſti, & maximis rebus gerendis praecipuam virtutem declaraſti, cum convenienti & ſimili donario munerandum eſſe aequum iudicarim, virum tibi offero, gladiatorem in bellis, & ſanguine adeo exercitatum, ut neminem ſit habiturus, qui ſe illi opponere poſſit; lucta autem & caeſtuum pugna in arena & ſtadiis adeo validum, ut illius robur a nemine ſuſtineri queat. Et ſimul innuens, ut veniret vir, ſignificabat.

XXV. Ille autem progreſſus in medium, adorabat Hydaſpem, tanta proceritate, & priſca illa ſtatura homo, ut, cum genu regis oſcularetur, propemodum eos, qui in alto loco ſedebant, adaequare videretur. Et ne imperio quidem exſpectato, exuta veſte nudus ſtetit, omnem,

ὅπλων τε καὶ γυμνῶν χειρῶν εἰς ἅμιλλαν προκαλούμενος. ὡς δὲ οὐδεὶς παρῄει, πολλάκις διὰ κήρυκος τοῦ βασιλέως προτρεψαμένου, Δοθήσεταί σοι ἔφη καὶ παρ' ἡμῶν ὁ Ὑδάσπης ἰσοστάσιον τὸ ἔπαθλον. καὶ εἰπὼν, ἐλέφαντα πολυετῆ καὶ παμμεγέθη προσκομισθῆναι αὐτῷ προσέταττεν. ὡς δὲ ἤχθη τὸ ζῶον, ὁ μὲν ὑπεδέχετο ἄσμενος· ὁ δῆμος δὲ ἀθρόον [1] ἐξεβάκχευσε, τῷ ἀστεϊσμῷ τοῦ βασιλέως ἡσθέντες, καὶ τὴν δόξασαν αὐτοῖς ὑποκατάκλησιν τῷ ἐπιτωθασμῷ τῆς κατ' ἐκείνου μεγαλαυχίας παρηγορηθέντες. μετὰ τοῦτον καὶ οἱ Σηρῶν προσήγοντο πρεσβευταὶ, τῶν παρ' αὐτοῖς ἀραχνίων νήματα καὶ ὑφάσματα, τὴν μὲν φοινικοβαφῆ, τὴν δὲ λευκοτάτην ἐσθῆτα προσκομίζοντες.

κστ'. Καὶ τούτων τῶν δώρων ὑποδεχθέντων, καὶ ἀφεθῆναι αὐτοῖς τῶν πάλαι τινὰς ἐν δεσμωτηρίῳ κα-

qui vellet, seu cum armis, seu nudis manibus, ad certamen provocans. Cum autem nemo progrederetur, quamvis rex saepius per praeconem denuntiasset ac edixisset; Hydaspes, Dabitur, inquit, tibi quoque a nobis aequale praemium. Et cum dixisset, elephantem multorum annorum, & insignis magnitudinis, offerri ipsi iussit. Postquam autem adductum est animal, ille quidem accipiebat lubens. At populus subito concitus, miros risus edidit, urbanitate regis delectatus, & post submissionem ac dedecus, ut videbatur, ex irrisione ipsius iactantiae solatium capiens. Post hunc & Serum adducebantur legati, araneorum, qui sunt apud illos, stamina & texturas, vestem alteram purpureo colore tinctam, alteram candidissimam afferentes.

XXVI. His donis receptis, cum, ut dimitterentur illis quidam, qui iampridem damnati in carcere detineban-

1 Ἐξεβάκχευσε) Ita Palat. Praeferendam huic Commelinus putat Vat. lectionem, ἐξεκάγχασε. Ego nihil mutaverim.

τακρίτων ἀξιωσάντων, ἐπινεύσαντος τοῦ βασιλέως· οἱ Ἀράβων τῶν εὐδαιμόνων προσῄεσαν, καὶ Φύλλου τε τοῦ θυώδους, καὶ κάσας, καὶ κινναμώμου, καὶ τῶν ἄλλων οἷς ἡ Ἀῤῥαβία γῆ μυρίζεται, ἐκ πολλῶν ταλάντων ἑκάστου τὸν τόπον εὐωδίας ἐμπλήσαντες· παρῆσαν μετὰ τούτους οἱ ἐκ τῆς Τρωγλοδυτικῆς, χρυσόν τε τὸν μυρμηκίαν, καὶ γρυπῶν ξυνωρίδα χρυσαῖς ἀλύσεσιν ἡνιοχουμένην προσκομίζοντες. [ἐπὶ τούτοις] ἡ Βλεμμύων παρῄει πρεσβεία, τόξα τε καὶ βελῶν ἀκίδας ἐκ δρακοντείων ὀστῶν εἰς στέφανον διαπλέξασα· καὶ, Ταῦτά σοι, ἔλεγεν, ὦ βασιλεῦ, τὰ παρ᾽ ἡμῶν δῶρα, πλούτου μὲν τοῦ παρὰ τῶν ἄλλων λειπόμενα, παρὰ δὲ τὸν ποταμὸν ὑπό σοι μάρτυρι κατὰ Περσῶν εὐδοκιμήσαντα. Πολυτελέστερα μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ὑδάσπης, τῶν πολυταλάντων ξενίων· ἅ γε καὶ τὰ ἄλλα νυνί μοι προσκομίζεσθαι γέγονεν αἴτια. καὶ ἅμα εἴ τι

tur, petiissent, & rex annuisset: Arabum felicium legati accedebant, & folii odoriferi, & stoechadis, & cinnamomi, & aliorum aromatum, quae Arabia fert, dona multorum talentorum ex quolibet genere offerebant, odore fragrantissimo locum implentes. Aderant post hos ex Troglodytica regione, aurum formicinum, & gryporum iugum, quod aureis habenis regebatur, offerentes. Deinde Blemmyum adveniebat legatio, arcus & iaculorum spicula ex draconum ossibus, in coronam implicata gerens: &, Haec tibi, dicebat, o rex, a nobis afferuntur dona, divitiis quidem allatis ab aliis, inferiora, ceterum apud fluvium contra Persas, ut tu ipse testis esse potes, comprobata. Pretiosiora igitur sunt, inquit Hydaspes, quam multis talentis constantia xenia, quae, ut alia quoque nunc mihi offerantur, in causa esse dicimus: simul-

[1] βούλοιντο ἀπαγγέλλειν ἐπέτρεπε. καὶ μειωθῆναι αὐτοῖς ἐκ τῶν φόρων αἰτησάντων, τὸ σύμπαν εἰς δέκα ἐτῶν ἀνῆκε.

κζ΄. Καὶ πάντων σχεδὸν τῶν κατὰ πρεσβείαν ἀφιγμένων ὀφθέντων, καὶ τοῖς ἴσοις ἑκάστους καὶ φιλοτιμοτέροις τοὺς πλείστους ἀμειψαμένου τοῦ βασιλέως, τελευταῖοι παρῆσαν οἱ Ἀξιομιτῶν πρεσβευταὶ, φόρου μὲν οὐκ ὄντες ὑποτελεῖς, φίλιοι δὲ ἄλλως καὶ ὑπόσπονδοι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις εὐμενὲς ἐνδεικνύμενοι, δῶρα καὶ οὗτοι προσῆγον, ἄλλα τε, καὶ δὴ ζώου τινὸς εἶδος ἀλλοκότου τε ἅμα καὶ θαυμασίου τὴν φύσιν· μέγεθος μὲν, εἰς καμήλου μέτρον ὑψούμενον, χροίαν δὲ καὶ ἐπιδερμίδα φολίσιν ἀνθηραῖς ἐστιγμένον. ἦν δὲ αὐτῷ τὰ μὲν ὀπίσθια καὶ μετὰ κενεῶνας χαμαίζηλά τε καὶ λεοντώδη· τὰ δὲ ὠμιαῖα καὶ πόδες

que, ſi quid poſtularent, exponere iubebat. Cumque ſibi minui & allevari tributum petiiſſent, totum in decennium remiſit.

XXVII. Poſt autem quam propemodum omnes, qui legatione fungebantur, in conſpectum venerunt, & ſingulos paribus, plurimos autem amplioribus donis rex remuneratus eſt, ultimi aderant Axiomitarum legati: qui quidem non pendebant tributum, ſed alioqui erant ſocii & foederati. Quamobrem de rebus proſpere ac feliciter geſtis gratulantes, hi quoque dona adducebant, cum alia, tum animantis cuiuſdam ſpeciem, inuſitata ſimul & admiranda natura, magnitudine quidem inſtar cameli, colore autem & cute ſquammis floridis diſtincta ac maculata. Erat autem ipſi poſterior pars una cum ventre humilis & leonina: porro armi & pedes anteriores &

1 Βούλοιντο) Vatic. βούλοιτο, ut ad πρεσβείαν referatur.

πρόσθιοι καὶ στέρνα, πέρα τοῦ ἀναλόγου τῶν ἄλλων μελῶν ἐξανιστάμενα. λεπτὸς ὁ αὐχὴν, καὶ ἐκ μεγάλου τοῦ λοιποῦ σώματος [1] εἰς κύκνειον φάρυγγα μηκυνόμενος. ἡ κεφαλὴ τὸ μὲν εἶδος καμηλίζουσα, τὸ δὲ μέγεθος, στρουθοῦ Λιβύσσης εἰς διπλάσιον ὀλίγον ὑπερφέρουσα, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους βλοσσυρῶς σοβοῦσα. παρήλλακτο καὶ τὸ βάδισμα χερσαίου τε ζώου καὶ ἐνύδρου παντὸς ὑπεναντίως σαλευόμενον· τῶν σκελῶν οὐκ ἐναλλὰξ ἑκατέρου, καὶ παρὰ μέρος ἐπιβαίνοντος, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ μὲν τοῖν δυοῖν καὶ ἅμα τῶν ἐν δεξιᾷ· χωρὶς δὲ καὶ ζυγηδὸν τῶν εὐωνύμων σὺν ἑκατέρᾳ τῇ ἐπαιωρουμένῃ πλευρᾷ μετατιθεμένων. ὁλκὸν δὲ οὕτω τὴν κίνησιν καὶ τίθασον, τὴν ἕξιν, ὥστε ὑπὸ λεπτῆς μηρίνθου, τῇ κορυφῇ περιελιχθείσης, ἄγεσθαι πρὸς τοῦ θηροκόμου καθάπερ ἀφύκτῳ δεσμῷ τῷ ἐκείνου βουλήματι ὁδηγούμενον. τοῦτο φανὲν τὸ ζῶον, τὸ μὲν πλῆ-

pectus ſupra proportionem aliorum membrorum erectum: gracile collum, & ex magno corpore reliquo, in tenue & ſubtile guttur productum: caput autem forma quidem cameli, magnitudine autem, ſtruthii Lybici caput paullo plus quam duplo ſuperans, & oculos tanquam pictos horribiliter verſans. Immutatum etiam habuit inceſſum, omnino terreſtri animali & aquatico contraria ratione vacillans, cruribus non permutanter, nec alternis incedentibus, ſed ſeorſum & ſimul duobus in dextra parte, ſigillatim autem & coniunctim ſiniſtris, ſimul moto utroque latere ſeſe tranſponentibus. Porro adeo habile ad motum, & manſuetum ac cicur, habitu ex aſſuefactione comparato, ut gracili funiculo vertici circumducto a magiſtro regeretur, tanquam inevitabile vinculum eius voluntatem ducem ſequens. Hoc animal cum apparuiſ-

1 Εἰς κύκνειον φάρυγγα) Baſ. εἰς κύνειον φάρυγγα.

θος ἅπαν ἐξέπληξε, καὶ ὄνομα τὸ εἶδος ἐλάμβανεν, ἐκ τῶν ἐπικρατεστέρων τοῦ σώματος αὐτοσχεδίως πρὸς τοῦ δήμου καμηλοπάρδαλις κατηγορηθέν· ταράχου γε μὴν τὴν πανήγυριν ἐνέπλησε.

κή. Γίνεται γάρ τοι τοιοῦτον. τῷ βωμῷ τῆς μὲν Σεληναίας, παρειστήκει ταύρων ξυνωρίς· τῷ δὲ τοῦ Ἡλίου, τέτρωρον ἵππων λευκῶν εἰς τὴν ἱερουργίαν ηὐτρεπισμένων. ξένου δὴ καὶ ἀήθους, καὶ τότε πρῶτον ἀλλοκότου ζώου φανέντος, οἱονεὶ πρὸς φάσμα διαταραχθέντες, πτοίας τε ἐνεπίμπλαντο· καὶ τῶν κατεχόντων τὰ δεσμὰ σπαράξαντες, τῶν τε ταύρων ἅτερος, ὁ μόνος, ὡς ἐδόκει, τὸ θηρίον κατοπτευκὼς, καὶ δύο τῶν ἵππων εἰς φυγὴν ἀκατάσχετον ὥρμησαν· διεκπεσεῖν μὲν τὸν περίβολον τοῦ στρατοῦ μὴ δυνάμενοι, πυκνῷ τῷ συνασπισμῷ τῶν ὁπλιτῶν εἰς κύκλον τετειχισμένον· φερόμενοι δὲ ἀτάκτως καὶ τὸ μεσεῦον ἅπαν [δρόμοις σεσοβημένοις ἐξελίττοντες, τό τε προστυχὸν ἅπαν]

ſet, multitudinem quidem totam perculit, & nomen a figura ſortitum eſt, a praecipuis corporis partibus ex tempore a populo Camelopardalis nominatum: tumultu autem & perturbatione panegyrim implevit.

XXVIII. Accidit enim tale quiddam. Arae Lunae adſtabat iugum boum; Solis autem, quadrigae equorum alborum, ad mactationem praeparatorum. Porro cum peregrinum & inuſitatum, & cumprimis monſtroſum animal apparuiſſet, tanquam ſpectro perturbati, terrore impleti ſunt, & eorum, qui tenebant, vinculis ruptis, ex tauris alter, qui ſolus, ut videtur, animal conſpexerat, & duo equi, in fugam effuſam ſeſe concitarunt: perrumpere quidem ſeptum exercitus nequeuntes, cum confertim denſatis ſcutis milites tanquam murum in circuitum duxiſſent, currentes autem ſine ordine, & quodvis

εἴτε σκεῦος εἴτε ζῶον ἀνατρέποντες· ὥστε καὶ βοὴν αἴρεσθαι συμμιγῆ πρὸς τὸ γιγνόμενον, τὴν μὲν ὑπὸ δέους [1] οἷς προσελάσειαν, τὴν δὲ ὑφ' ἡδονῆς οἷς καθ' ἑτέρους ἐναλλόμενοι, τέρψιν τε καὶ γέλωτα τὴν τῶν ὑποπιπτόντων συντριβὴν παρεῖχον. ἐφ' οἷς οὐδὲ ἡ Περσίνα καὶ ἡ Χαρίκλεια μένειν ἐφ' ἡσυχίας κατὰ τὴν σκηνὴν ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ [2] τὸ καταπέτασμα μικρὸν παραστείλασαι, θεωροὶ τῶν δρωμένων ἐγίνοντο. ἐνταῦθα ὁ Θεαγένης, εἴτ' οὖν οἴκοθεν ἀνδρείῳ τῷ λήμματι κινούμενος, εἴτε καὶ ἐκ τῶν θεῶν ὁρμῇ χρησάμενος, τούς τε παρεστῶτας αὐτῷ φύλακας πρὸς τῆς καταλαβούσης ταραχῆς διεσκεδασμένους θεασάμενος, ὠρθώθη τε ἀθρόον, καὶ εἰς γόνυ πρὸς τοῖς βωμοῖς πρότερον ὀκλάζων, καὶ τὴν ὅσον οὐδέπω σφαγὴν ἀναμένων, καὶ σχίζαν τῶν ἐπικειμένων τοῖς βωμοῖς ἀναρπάζει· καὶ τῶν οὐ δια-

obvium medio in ſpatio ſeu vas, ſeu animal evertentes: ita ut clamor mixtus tolleretur ob id, quod fiebat, partim prae metu ab his, ad quos delati fuerant, partim prae voluptate ab illis, quibus, dum in alios inſilirent, delectationem & riſus materiam ex conculcatione cadentium praebebant. Quamobrem ne Perſina quidem & Chariclea manere quietae, & intra tabernaculum ſeſe continere potuerunt, ſed velamine paullulum amoto & ſubducto, ſpectatrices eorum, quae fiebant, exſiſtebant. Ibi Theagenes, ſeu proprio & virili ſpiritu incitatus, ſive etiam divinitus immiſſo impetu uſus, & cuſtodes, qui illi adſtiterant, diſperſos propter tumultum exortum conſpicatus, erexit ſe ſubito, cum antea ad aram genibus incumberet, & mactationem ſingulis momentis exſpectaret, lignumque fiſſum, quorum magnus numerus in ara iacebat,

1 Οἷς προσελάσειαν) Xyl. προσπελάσειαν.

2 Τὸ καταπέτασμα) Vatic. & Taur. παραπετάσματα, improbante Dorv. ad Char. p. 445. Mox legendum forte καὶ ἐκ τῇ θεῶν ὁρμῇ.

δράντων ἵππων ἑνὸς λαβόμενος, τοῖς τε νώτοις ἐφίπταται, καὶ τῶν αὐχενίων τριχῶν ἐπιδραξάμενος, καὶ ὡς χαλινῷ τῇ χαίτῃ χρώμενος, μυωπίζει τε τῇ πτέρνῃ τὸν ἵππον, καὶ ἀντὶ μάστιγος τῇ σχίζῃ συνεχῶς ἐπισπέρχων, διαδράντα τὸν ταῦρον ἤλαυνε. τὰ μὲν δὴ πρῶτα φυγὴν εἶναι τοῦ Θεαγένους οἱ παρόντες ὑπελάμβανον, καὶ σὺν βοῇ μὴ ξυγχωρεῖν διεξελάσαι τὸ ὁπλιτικὸν ἕρκος, τῷ πλησίον ἕκαστος διεκελεύετο. προϊόντος δὲ τοῦ ἐγχειρήματος, ὅτι μὴ ἀποδειλίασις ἦν μηδὲ ἀπόδρασις τοῦ σφαγιασθῆναι μετεδιδάσκοντο. καταλαβὼν γὰρ ὡς ὅτι τάχιστα τὸν ταῦρον, ἐπ' ὀλίγον μὲν κατ' οὐρὰν ἤλαυνεν, ὑπονύττων τε ἅμα καὶ εἰς ὀξύτερον δρόμου τὸν βοῦν ἐρεθίζων. καὶ ὅποι δὴ καὶ ὁρμήσειε τρεπομένῳ συνεφείπετο, τὰς ἐπιστροφάς τε καὶ ἐκβολὰς πεφυλαγμένως ἐκκλίνων.

κθ'. Ὡς δὲ εἰς συνήθειαν τῆς τε ὄψεως ἑαυτοῦ καὶ

arripit, & ex equis, qui non effugerant, unius dorſum occupat, & apprehenſis crinibus ad collum propendentibus, iubaque tanquam freno utens, calcaneoque quaſi calcaribus equum urgens, & loco flagri ligno fiſſo continue concitans, taurum, qui effugerat, agebat. Ac initio fugam eſſe Theagenis, ii, qui aderant, ſuſpicabantur: & clamore, ne ſineret illum extra ſeptum armatorum evehi, quilibet alterum, quem proxime adſtiterat, cohortabatur. Ceterum procedente conatu, quod non formido eſſet, neque fuga mactationis, edocebantur. Aſſecutus enim celerrime taurum, aliquamdiu a cauda detentum egit, laſſitudine conficiens ſimul, & ad celeriorem curſum bovem incitans: quo ſe autem concitaſſet, converſum ſequebatur, gyrationes & exitus anguſtos caute declinans.

XXIX. Poſtquam autem illi notum & familiarem con-

πράξεως ἐνεβίβασεν, ἀντίπλευρος ἤδη παρίππευε, χρωτί τε χρωτὸς ἐπιψαύων, καὶ ἱππείου ταύριον ἆσθμα καὶ ἱδρῶτα κεραννύων, καὶ τὸν δρόμον οὕτως ὁμόταχον ῥυθμίζων, ὡς καὶ συμφυεῖς εἶναι τὰς κορυφὰς τῶν ζώων τοὺς πορρωτέρω φαντάζεσθαι, καὶ τὸν Θεαγένην λαμπρῶς ἐκθειάζειν, ξένην τινὰ ταύτην ἱπποταύρου ξυνωρίδα ζευξάμενον. τὸ μὲν δὴ πλῆθος ἐν τούτοις ἦν· ἡ Χαρίκλεια δὲ ὁρῶσα, τρόμῳ καὶ παλμῷ συνείχετο, τό τε ἐγχείρημα ὅ, τι καὶ βούλοιτο διαποροῦσα, καὶ εἴ τι σφάλμα συμβαίη, τὴν ἐκείνου τρῶσιν ὡς ἰδίαν σφαγὴν ὑπεραγωνιῶσα· ὥστε μηδὲ τὴν Περσίναν λαθεῖν, ἀλλ', Ὦ τέκνον, εἰπεῖν, τί μοι πέπονθας; προκινδυνεύειν ἔοικας τοῦ ξένου. πάσχω μέν τι καὶ αὐτὴ, καὶ οἰκτείρω τῆς νεότητος· διαδρᾶναί γε μὴν τὸν κίνδυνον εὔχομαι, καὶ φυλαχθῆναι τοῖς ἱεροῖς, ὡς ἂν μὴ παντάπασιν ἀτέλεστα ἡμῖν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἐγκα-

ſpectum ſui actionemque ipſam reddidit, iam ad latus adequitabat, cute cutem attingens, & anhelitum taurinum ac ſudorem equeſtri miſcens, & curſum ita aequali celeritate moderans, ut hi, qui longius aberant, coaluiſſe vertices animalium opinarentur, & Theagenem aperte divinis laudibus extollerent, qui peregrinum quoddam ex equo & tauro iugum confeciſſet. Multitudo quidem his vacabat. Chariclea vero intuens, horrore & tremore detinebatur, cum, quorſum tenderet conatus, ignoraret, & de illius vulnere, ſi forte lapſus contingeret, non ſecus ac de ſua mactatione eſſet ſollicita: ut neque Perſina clam id eſſet, ſed, O filia, diceret, quidnam tibi accidit? Videris pro peregrino periclitari. Etiam ipſa aliquo modo commoveor, & miſeret me illius iuventutis. Effugere illum etiam periculum opto, & conſervari ſacris, ne omnino imperfectus, & neglectus a nobis cul-

ταλειφθείη. καὶ ἡ Χαρίκλεια, Γελοῖον, ἔφη, τὸ εὔχεσθαι μὴ ἀποθανεῖν, ἵνα ἀποθάνῃ. ἀλλ' εἰ ἄρα σοὶ δυνατὸν, ὦ μῆτερ, περίσωζε τὸν ἄνδρα ἐμοὶ χαριζομένη. καὶ ἡ Περσίνα πρόφασιν οὐ τὴν οὖσαν ἀλλ' ἐρωτικὴν ἄλλως ὑποτοπήσασα· Οὐ δυνατὸν μὲν, ἔφη, τὸ περισώζειν. ὅμως δ' οὖν τίς σοι κοινωνία πρὸς τὸν ἄνδρα, δι' ἣν οὕτως ὑπερφροντίζεις, θαῤῥοῦσα ὡς μητέρα λοιπὸν ἐξαγόρευε· κἂν τι νεώτερον κίνημα, κἂν παρθενίᾳ μὴ πρέπον, ἡ μητρῷα φύσις τὸ θυγατρὸς καὶ τὸ θῆλυ συμπαθὲς τὸ πταῖσμα τὸ γυναικεῖον οἶδεν ἐπισκιάζειν. ἐπιδακρύσασα οὖν ἐπιπλεῖστον ἡ Χαρίκλεια, Καὶ τοῦτο, ἔφη, δυστυχῶ πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ τοῖς συνετοῖς ἀσύνετα φθέγγομαι· καὶ λέγουσα τὰς ἑαυτῆς συμφορὰς, οὔπω λέγειν νομίζομαι. πρὸς γυμνὴν

tus divinus relinquatur. Chariclea vero, Ridiculum eſt, inquit, optare, ut non moriatur, eam ob cauſam, ut moriatur. Ceterum ſi id a te praeſtari poteſt, mater, ſerva virum, mihi gratificans. Perſina autem cauſam non veram, ſed alioqui amatoriam, ſuſpicata, Etſi haudquaquam, inquit, ſervare illum poſſim, tamen, quae tibi cum viro conſuetudo intercedat, propter quam tantopere tibi eſt curae, audacter iam deinceps matri expone: etiamſi ſit iuvenilis commotio, & virginitati non conveniens. Materna natura, filiae, & femineus ſexus muliebrem lapſum, quo cognatione quadam afficitur, adumbrare novit. Cum igitur ſummo cum dolore collacrimaſſet Chariclea, Et in hoc, inquit, praeter cetera ſum infelix, quod etiam ab his, qui ſingulari prudentia & ingenii perſpicacia ſunt praediti, dum loquor, haud intelligor: &, cum calamitates meas exponam, nondum eas narrare exiſtimor: denique ad nudam

δὲ λοιπὸν καὶ ἀπαρακάλυπτον χωρεῖν τὴν ἐμαυτῆς κατηγορίαν καταναγκάζομαι.

λ΄. Ταῦτ᾽ εἶπε· καὶ βουλομένη τὰ ὄντα ἀνακαλύπτειν, αὖθις ἐξεκρούσθη βοῆς πολυηχεστάτης πρὸς τοῦ πλήθους ἀρθείσης. ὁ γὰρ δὴ Θεαγένης εἰς ὅσον εἶχε τάχους ἐφεὶς τῷ ἵππῳ χρήσασθαι καὶ προφθάσαντα μικρὸν τὰ στέρνα τῇ κεφαλῇ τοῦ ταύρου παρισῶσαι, τὸν μὲν, ἄνετον φέρεσθαι μεθίησι μεθαλλόμενος· ἐπιῤῥίπτει δὲ ἑαυτὸν τῷ αὐχένι τοῦ ταύρου, καὶ τοῖς κέρασι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον πρὸς τὸ μεταίχμιον ἐνιδρύσας, τοὺς πήχεις δὲ οἱονεὶ στεφάνην περιθεὶς, καὶ εἰς ἅμμα κατὰ τοῦ ταυρείου μετώπου τοὺς δακτύλους ἐπιπλέξας, τό τε ὑπόλοιπον ἑαυτοῦ σῶμα παρ᾽ ὦμον τοῦ βοὸς τὸν δεξιὸν μετέωρον καθεὶς, ἐκκρεμὴς ἐφέρετο, πρὸς βραχὺ μὲν τοῖς ταυρείοις ἅλμασιν ἀναπαλλόμενος. ὡς δὲ ἀγχόμενον ἤδη πρὸς τοῦ ὄγκου, καὶ χαλῶντα τοῦ ἄγαν τόνου τοὺς τένοντας ᾔσθετο, καὶ καθ᾽ ὃ μέρος ὁ Ὑδά-

deinceps & apertam accuſationem mei venire cogor.

XXX. Haec dixit: & cum vellet rem ipſam aperire, rurſus eſt excuſſa, clamore maximo a multitudine ſublato. Theagenes enim, cum permiſiſſet equo, quanta celeritate poſſet, uti, & praecurrentem aliquantum, pectus capiti taurino adaequare, hunc quidem liberum ferri ſivit deſiliens: iniicit autem ſe in collum tauri, & in medium ſpatium inter cornua facie collocata, ulnis vero tanquam corona circumpoſitis, ac digitis in taurina fronte in nodum complicatis, ac reliquo corpore iuxta dextrum armum bovis demiſſo, dependens ferebatur, ita ut paullulum taurinis ſaltibus concuteretur. Poſtquam autem iam fatigatum nimio pondere, & languefactos eſſe illi muſculos ex nimia intenſione ſenſit, atque id loci,

σπης προυκαθέζετο, περιελθόντα, παραφέρει μὲν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ προβάλλει τῶν ἐκείνου σκελῶν τοὺς ἑαυτοῦ πόδας, ταῖς χηλαῖς δὲ συνεχῶς ἐναῤῥάττων, τὴν βάσιν ἐνήδρευεν. ὁ δὲ τὴν ῥύμην τοῦ δρόμου παραποδιζόμενος, καὶ τῷ σθένει τοῦ νεανίου βριθόμενος, τά τε γόνατα ὑποσκελίζεται, καὶ ἀθρόον ἐπὶ κεφαλὴν σφενδονηθεὶς, κύμβαχός τε ἐπ᾽ ὤμους καὶ νῶτα ῥιπισθεὶς, ἥπλωτο ὕπτιος ἐπιπλεῖστον· τῶν μὲν κεράτων τῇ γῇ προσπεπηγότων, καὶ εἰς τὸ ἀκίνητον τῆς κεφαλῆς ῥιζωθέντων· τῶν σκελῶν δὲ ἄπρακτα σκαιρόντων, καὶ εἰς κενὸν ἀερονομούντων, καὶ τὴν ἧτταν ἀλυόντων. ἐπέκειτο δὲ ὁ Θεαγένης ταῖν χεροῖν, τὴν λαιὰν μόνην εἰς τὸ ἐπερείδειν ἀπασχολῶν, τὴν δεξιὰν δὲ εἰς οὐρανὸν [ἀνέχων] καὶ συνεχὲς ἐπισείων· εἴς τε τὸν Ὑδάσπην καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος, ἱλαρὸν ἀπέβλεπε, τῷ μειδιάματι πρὸς τὸ συνήδεσθαι δεξιούμενος, καὶ τῷ μυκηθμῷ τοῦ ταύρου καθάπερ σάλπιγγι τὸ ἐπινίκιον ἀνα-

in quo ſedebat Hydaſpes, praetereuntem, obvertit eum in anteriorem partem, & illius cruribus ſuos pedes obiicit, ungulis eos continue impingens, & greſſum bovis implicans. Ille autem in impetu curſus impeditus, & robore iuvenis gravatus, evertitur, ac repente in caput devolutus, & erectis pedibus in ſcapulas ac deorſum proiectus, diu reſupinus porrectim iacuit, cornibus terrae infixis, & ita, ut caput movere non poſſet, radicatis: cruribus autem nequidquam ſalientibus, & opportune aërem findentibus, & cladem languore teſtantibus. Incumbebat vero Theagenes, ſola ſiniſtra manu ad deprimendum vacans, dextram autem in coelum continue tendens, & in Hydaſpem & reliquam multitudinem exporrecta fronte intuebatur, riſu illos ad oblectationem provocans, & mugitu tauri tanquam tuba celebritatem vi-

κηρυττόμενος. ἀντήχει δὲ καὶ ἡ τοῦ δήμου βοὴ, τρανὸν μὲν οὐδὲν εἰς τὸν ἔπαινον διαρθροῦσα, κεχηνόσι δὲ ἐπιπολὺ τοῖς στόμασιν, ἐξ ἀρτηρίας μόνης τὸ θαῦμα ἐξεφώνει, χρόνιόν τε καὶ ὁμότονον εἰς οὐρανὸν παραπέμπουσα. κελεύσαντος οὖν τοῦ βασιλέως, ὑπηρέται προσδραμόντες, οἱ μὲν τὸν Θεαγένην προσῆγον [ἀναστήσοντες·] οἱ δὲ τοῦ ταύρου τοῖς κέρασι καλωδίου βρόχον ἐπιβάλλοντες, εἷλκόν τε κατηφιῶντα, καὶ τοῖς βωμοῖς αὖθις τοῦτόν τε καὶ τὸν ἵππον συλλαβόντες προσεδέσμευον. καὶ τοῦ Ὑδάσπου μέλλοντός τι πρὸς τὸν Θεαγένην λέγειν τε καὶ πράττειν, ὁ δῆμος ἅμα μὲν ἡσθεὶς τῷ νέῳ καὶ ἐξ οὗπερ τὸ πρῶτον ὤφθη προσπαθὼν, ἅμα δὲ καὶ τῆς ἰσχύος ἐκπλαγεὶς, πλέον δέ τι καὶ πρὸς τὸν Αἰθίοπα τὸν ἀθλητὴν τὸν Μεροήβου ζηλοτυπίᾳ δηχθεὶς, Οὗτος τῷ Μεροήβου ζευγνύσθω, πάντες ὁμοθυμαδὸν ἀνεβόησαν· ὁ τὸν ἐλέφαντα λαβὼν, τῷ τὸν ταῦρον λα-

ctoriae denuntians. Resonabat autem ex adverso & populi clamor, perspicuum quidem nihil & articulatum in laudem proferens: ceterum hianti ore ut plurimum ex arteria sola sonos admirationis indices edens, diuque communi consensu eum ad coelum ferens. Iussu igitur regis ministri accurrentes, alii Theagenem erectum adducebant, alii cornibus tauri laqueo restis iniecto, ducebant tristem ac demissum, & aris rursus hunc & equum comprehensum alligabant. Et cum Hydaspes aliquid cum Theagene locuturus esset, & acturus, populus, tum delectatus adolescente, & inde usque ab initio, cum primum visus est, singulariter erga illum affectus, tum roboris admiratione stupefactus, magis autem Aethiopi athletae Meroebi invidens ac aemulans, Hic cum Meroebi pugile iungatur, communi consensu exclamavit: is, qui elephantem accepit, decertet cum eo, qui taurum cepit,

βόντι διαγωνιζέσθω, συνεχὲς ἐξεφώνουν. καὶ ἐπιπλεῖστον ἐγκειμένων, ἐπένευσέ τε ὁ Ὑδάσπης. καὶ ἤγετο εἰς μέσους ὁ Αἰθίοψ, ὑπέροπτόν τε καὶ σοβαρὸν περισκοπῶν, [1] ὀλκά τε βαίνων, καὶ πλατυνόμενος ἐναλλὰξ τοῖς ἀγκῶσι τοὺς πήχεις ὑποσοβῶν.

λα΄. Κἀπειδὴ τοῦ συνεδρίου πλησίον ἐγεγόνει, πρὸς τὸν Θεαγένην βλέψας ὁ Ὑδάσπης, καὶ ἑλληνίζων, Ὦ ξένε, ἔφη, τούτῳ σε χρὴ διαγωνίσασθαι· ὁ δῆμος κελεύουσι. Γινέσθω τὸ δοκοῦν, ὁ Θεαγένης ἀπεκρίνατο. ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς ἀγωνίας; Πάλης, εἶπεν ὁ Ὑδάσπης. Καὶ ὅτι δὲ οὐχὶ καὶ ξιφήρης καὶ ἐνόπλιος, ἵνα τι ῥέξας ἢ παθὼν, ἐμπλήσω Χαρίκλειαν, τὴν σιωπᾶν εἰς δεῦρο τὰ καθ' ἡμᾶς καρτεροῦσαν, ἢ καὶ εἰς τέλος, ὡς ἔοικεν, ἡμῶν ἀπεγνωκυῖαν. καὶ ὁ Ὑδάσπης, Τί μὲν βούλεταί σοι ἐπὶ τὸ παραπλέκειν ὄνομα Χαρικλείας,

continue pronuntiabat. Cumque diu incumberet, annuit Hydaſpes: ducebaturque extemplo in medium Aethiops, ſuperbe trucibuſque oculis circa ſe omnia luſtrans, ac ſummis pedibus incedens & dilatans ſeſe, ac per viciſſitudinem cubitis ulnas inſolenter quatiens.

XXXI. Poſtea vero quam prope concilium conſtitit, Theagenem contuitus Hydaſpes, Graeco ſermone, Peregrine, inquit, cum hoc te inire certamen populus iubet. Fiat id, quod illi placet, Theagenes reſpondit. Ceterum, quae ratio eſt certaminis? Luctae, inquit Hydaſpes. At cur non potius gladiorum, inquit, & armorum, ut, aliquo praeclaro facinore edito, aut cadens, impleam Charicleam, quae hactenus rationes noſtras tacere ſuſtinuit, vel ad extremum, ut videtur, nos valere iuſſit. Quid hoc ſibi, inquit Hydaſpes, velit, quod nomen Charicleae ad-

1 Ὀλκά τε βαίνων) Baſ. ἄκροις ποσί τε βαίνων. Palat. vero ὀλκά τι βαίνων. Unde Commel. legendum coni. ὀκλαστί.

αὐτὸς ἂν γινώσκοις. παλαίειν δ' οὖν σε καὶ οὐ ξιφήρη πυκτεύειν χρεών. αἷμα γὰρ ἐκχεόμενον ὀφθῆναι πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς θυσίας οὐ θεμιτόν. συνεὶς οὖν ὁ Θεαγένης ὅτι δέδοικεν ὁ Ὑδάσπης μὴ προναιρεθῇ τῆς θυσίας, Εὖ ποιεῖς, ἔφη, τοῖς θεοῖς με φυλάττων, οἷς καὶ μελήσει περὶ ἡμῶν. καὶ ἅμα κόνιν ἀνελόμενος, καὶ ὤμοις τε καὶ πήχεσιν ἔτι πρὸς τῆς βοηλασίας ἱδρῶτι νενοτισμένοις ἐπιχεάμενος, τήν τε μὴ προσιζήσασαν ἀποσεισάμενος, προβάλλει τε ἐκτάδην τὼ χεῖρε, καὶ τοῖν ποδοῖν τὴν βάσιν εἰς τὸ ἑδραῖον διερεισάμενος, τήν τε ἰγνύαν σιμώσας, καὶ ὤμους καὶ μετάφρενα γυρώσας, καὶ τὸν αὐχένα μικρὸν ἐπικλίνας, τό τε ὅλον σῶμα σφηκώσας, εἱστήκει τὰς λαβὰς τῶν παλαισμάτων ὠδίνων. ὁ δὲ Αἰθίοψ ἐνορῶν, ἐμειδίασέ τε σεσηρὼς, καὶ εἰρωνικοῖς τοῖς νεύμασιν ἐκφαυλίζειν ἐῴκει τὸν ἀντίπαλον· ἀθρόον τε ἐπιδραμὼν, τόν τε πῆ-

miſceas, & habeas in ore, ipſe ſcis: ceterum luctari, & non digladiari, te oportet. Siquidem ſanguinem effuſum ante ſacrificium conſpici, fas non eſt. Cum igitur intellexiſſet, quod metueret Hydaſpes, ne interficeretur ante ſacrificium: Recte facis, inquit, quod me Diis conſervas, quibus etiam res noſtrae curae erunt: ſimulque ſumto pulvere, & humeris ac ulnis adhuc a bovis circumactione ſudore madentibus inſperſo, ac eo, qui non adhaeſerat, excuſſo, obiicit porrectim manus. Et pedibus in veſtigio firmiter defixis, & poplite inflexo incurvatoque, humeris parteque inter ſcapulas contorta, & collo aliquantum inclinato, denique toto corpore contracto ſtabat, prehenſiones luctarum cupide exſpectans. Aethiops autem intuens, minaci oris habitu ridebat, & ironicis geſtibus inſultare adverſario videbatur. Tum repente incurſione facta, cubitum tanquam vectem ali-

χυν τῷ αὐχένι τοῦ Θεαγένους, ὥσπερ τινα μοχλὸν ἐπαράσσει. καὶ βόμβου πρὸς τῆς πληγῆς ἐξακουσθέντες, αὖθις ἐθρύπτετο, καὶ ἐπεγέλα βλακῶδες. ὁ δὲ Θεαγένης, οἷα δὴ γυμνασίων ἀνὴρ καὶ ἀλοιφῆς ἐκ νέων ἀσκητὴς, τήν τε ἐναγώνιον Ἑρμοῦ τέχνην ἀκριβωκὼς, εἴκειν τὰ πρῶτα ἔγνω, καὶ ἀπόπειραν τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως λαβόντα, πρὸς μὲν ὄγκον οὕτω πελώριον καὶ θηριωδῶς τραχυνόμενον, μὴ ὁμόσε χωρεῖν, ἐμπειρίᾳ δὲ τὴν ἄγροικον ἰσχὺν κατασοφίσασθαι. αὐτίκα γοῦν ὀλίγον ὅσον ἐκ τῆς γῆς κραδανθεὶς, πλέον ὡς εἶχεν ἀλγεῖν ἐσκήπτετο, καὶ τοῦ αὐχένος θάτερον μέρος ἔκδοτον εἰς τὸ παίεσθαι προὐβάλετο. καὶ τοῦ Αἰθίοπος αὖθις πλήξαντος, συνενδοὺς τῇ πληγῇ, μικροῦ καὶ καταφέρεσθαι ἐπὶ πρόσωπον ἐσχηματίζετο.

λβʹ. Ὡς δὲ καταγνοὺς καὶ ἀποθαρσήσας ὁ Αἰθίοψ, ἀφυλάκτως ἤδη τὸ τρίτον ἐπεφέρετο, καὶ τὸν πῆχυν αὖθις ἀνατείνας κατασείειν ἔμελλεν, ὑπεισῆλθέ

quem collo Theagenis impingit: a qua plaga ingenti sonitu exaudito, rursus exsultabat, & stolide sibi arridebat. At Theagenes, ut vir in gymnasiis & unctionibus ab ineunte aetate exercitatus, & certandi arte Mercurii exacte instructus, cedere initio statuit, & experimento virium adversarii sumto, tam terribili impetui & fero non resistere, ceterum agreste robur arte eludere. Statim igitur cum paullulum tantum a terra commotus esset, magis se dolere gestu simulabat, & colli alteram partem expositam ad ictum excipiendum obiiciebat. Cumque Aethiops iterum feriisset, cedens plagae, propemodum se collabi in faciem fingebat.

XXXII. At postquam in contemtum illius adductus Aethiops, & animatus, incaute iam tertio irruebat, & cubitum rursus sublatum impacturus erat: subiit repente

τε ἀθρόον ὁ Θεαγένης κεκυφὼς τὴν καταφορὰν ἐκκλίνας, πήχει τε τῷ δεξιῷ τὸν ἐκείνου λαιὸν βραχίονα προσαναστείλας, ἐῤῥίπισέ τε τὸν ἀντίπαλον ἅμματι, καὶ τῇ καταφορᾷ τῆς ἰδίας αὐτοῦ χειρὸς εἰς κενὸν ἐιεχθείσης πρὸς τὸ ἔδαφος ἐπισπασθέντα, καὶ ὑπὸ τὴν μασχάλην ὑποδὺς, τοῖς τε νώτοις περιεχεῖτο, καὶ παχεῖαν τὴν γαστέρα χαλεπῶς ταῖς χερσὶ διαζώσας, τὴν βάσιν κατὰ τὰ σφυρὰ καὶ ἀστραγάλους τῇ πτέρνῃ σφοδρῶς τε καὶ ἐπαλλήλως ἐκμοχλεύσας, εἰς γόνυ τε ὀκλάσαι βιασάμενος, ἀμφιβαίνει τοῖς ποσὶ, καὶ τοῖς κατὰ τοὺς βουβῶνας τὰ σκέλη καταπείρας, τούς τε καρποὺς οἷς ἐπερειδόμενος ὁ Αἰθίοψ ἀνεῖχε τὰ στέρνα ἐκκρουσάμενος, καὶ τοῖς κροτάφοις εἰς ἅμμα τοὺς πήχεις περιάγων, ἐπί τε μετάφρενα καὶ ὤμους ἀνέλκων, ἐφαπλῶσαι τῇ γῇ τὴν γαστέρα κατηνάγκασε. μιᾶς δὴ οὖν βοῆς ἐπὶ τούτοις καὶ γεγωνοτέρας ἢ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀρθείσης, οὐδὲ ὁ βασιλεὺς

Theagenes, inflexione corporis impetu declinato, & dextro cubito ſiniſtro illius brachio ſurſum impulſo ac remoto, proiecit adverſarium nodo implicitum, atque etiam ſuae manus impulſu fruſtra incitato in ſolum abreptum, & ſub axillam illius ſe coniiciens, circumfundebatur tergo: craſſoque ventre difficulter manibus cincto, greſſum circa talos & malleolos calcaneo magna vi & nulla intermiſſione facta demolitus, & in genua procumbere cogens, circumdat pedibus, & partibus circa inguina preſſis, cruribus ac palmis, quibus innitens Aethiops pectus attollebat, excuſſis, cubitos nodi inſtar circum tempora ductos, ad tergum & humeros retrahens, ventrem illius in terram porrexit. Una igitur voce ob hoc factum, & clariore, quam antea, a multitudine edita, neque rex

ἐκαρτέρησεν· ἀλλ' ἀνήλατό τε τοῦ θρόνου, καὶ, Ὦ τῆς ἀνάγκης, ἔλεγεν, οἷον ἄνδρα καταθύειν ὑπὸ τοῦ νόμου πρόκειται. καὶ ἅμα προσκαλεσάμενος, Ὦ νεανία, πρὸς αὐτὸν ἔφη, στεφανωθῆναι μέν σε καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις, ὡς ἔθος, ἀπόκειται. στεφανοῦ δ' οὖν καὶ νῦν τὴν ἐπίδοξον μὲν ταύτην, ἀνόνητον δέ σοι καὶ ἐφήμερον νίκην. κἀπειδή μοι τοῦ προκειμένου καὶ βουλομένῳ ῥύσασθαί σε οὐ δυνατὸν, ὅσα γοῦν ἐφεῖται, παρέξομαι· καὶ εἴ τι γινώσκεις ἔτι σε ζῶντα ἦσαι δυνάμενον, αἴτησον. καὶ ἅμα λέγων, χρυσοῦν τε καὶ λιθοκόλλητον τῷ Θεαγένει στέφανον ἐπέθηκε· καί τι καὶ ἐπιδακρύων οὐκ ἐλάνθανεν. ὁ δὴ Θεαγένης, Οὐκοῦν αἰτήσω, ἔφη· καὶ δέομαι δὸς ὑποσχόμενος, εἰ τὸ διαδρᾶναί με τὴν ἱερουργίαν πάντως ἄφυκτον· χειρὶ γοῦν τῆς εὑρημένης σοὶ νυνὶ θυγατρὸς κέλευε.

ſeſe cohibere potuit, ſed exſiluit e ſolio, &, O neceſſitatem odioſam, dicebat: qualem virum mactare lege cogimur! & ſimul, cum eum advocaſſet, O adoleſcens, ad ipſum inquit, ut coroneris etiam ad ſacrificia, ſicuti moris eſt, adhuc reſtat: vel maxime autem haec praeclara quidem & illuſtris, ſed inutilis tibi & diurna victoria, coronam meretur. Ceterum poſtquam id, ut te ex praeſenti ſtatu liberem, etiamſi velim, praeſtari a me non poteſt, quantum licet, & conceditur, praeſtabo: & ſi quid noſti, quo te adhuc viventem iuvare poſſim, poſtulato. Simulque cum his dictis auream & lapidibus diſtinctam coronam Theageni impoſuit. Nec non animadverſus eſt, quod lacrimaret. Theagenes autem, Igitur poſtulabo, inquit: & peto a te, ut hoc des meis precibus, quandoquidem promiſiſti. Si mactationem omnino ſubterfugere & evitare non poſſum, ſaltem manu tuae, quae nunc inventa eſt, filiae me mactari iube.

λγʹ. Δηχθεὶς δὴ πρὸς τὸ εἰρημένον ὁ Ὑδάσπης, καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς Χαρικλείας προκλήσεως τὸν νοῦν ἀναπέμπων, οὐ δοκιμάζων δὲ ἐν συνέχοντι τῷ καιρῷ τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεύειν, Τὰ δυνατὰ, εἶπεν, ὦ ξένε, καὶ αἰτεῖν ἐπέτρεψα, καὶ δώσειν ἐπένευσα. γεγαμῆσθαι οὖν χρῆναι [1] τὴν σφαγιάζουσαν, οὐ παρθενεύουσαν, ὁ νόμος διαγορεύει. Ἀλλ' ἔχει [ἄνδρα] καὶ αὐτὴ, πρὸς αὐτὸν ὁ Θεαγένης. Φληναφοῦντος, εἶπεν ὁ Ὑδάσπης, καὶ τῷ ὄντι θανατῶντος οἱ λόγοι. γάμου καὶ ἀνδρὸς ὁμιλίας ἀπείρατον τὴν κόρην ἡ ἐσχάρα διέδειξε· πλὴν ἢ Μερόηβον ἄνδρα τουτονὶ λέγεις, οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐγνωκὼς, οὔπω μὲν, νυμφίον δὲ πρὸς ἐμοῦ μόνον ὠνομασμένον. Ἀλλ' οὐδὲ ἐσόμενον πρόσθες, εἶπεν ὁ Θεαγένης, εἴ τι ἐγὼ τοῦ Χαρικλείου φρονήματος ἐπῄσθημαι, καί μοι ὡς θύματι μαντευομένῳ πιστεύειν ἔσται

XXXIII. Morſus hoc dicto Hydaſpes, & ad ſimilitudinem Charicleae precationis animum referens, ceterum non iudicans operae pretium eſſe, e veſtigio rem ad amuſſim inquirere: Ea, quae fieri poſſunt, inquit, hoſpes, & petere te iuſſi, & daturum me eſſe pollicitus ſum. Porro nuptam eſſe viro, non virginem, quae mactet, lex diſerte iubet. Sed & ipſa habet virum, ad illum Theagenes. Delirantis, inquit, hominis, ac revera animum deſpondentis, & praebentis ſe morti, verba iſta ſunt. Matrimonii & conſuetudinis cum viro expertem eſſe virginem, focus declaravit. Niſi forte Meroebum hunc virum dicas, neſcio unde edoctus: nondum quidem virum, ceterum ſponſum a me nominatum. Sed neque futurum ſtatue, dixit Theagenes, ſi quid ego de Charicleae animo ſenſi, & ſi mihi, ut victimae divinanti, credere iu-

1 Τὴν σφαγιάζουσαν, οὐ παρθενεύουσαν) Baſ. τὴν οὐ παρθενεύουσαν σφαγιάζουσαν.

δίκαιον. πρὸς ταῦτα ὁ Μερόηβος, Ἀλλ' οὐ ζῶντα, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, τὰ θύματα, σφαγιασθέντα δὲ καὶ ἀνατμηθέντα τὴν ἀπὸ τῶν σπλάγχνων σημείωσιν τοῖς μαντικοῖς ὑποδείκνυσιν. ὥστε ὀρθῶς ἔλεγες, ὦ πάτερ, θανατῶντα παραφθέγγεσθαι τὸν ξένον. ἀλλὰ τοῦτον μὲν, εἰ κελεύοις, ἀγέτω τις ἐπὶ τοὺς βωμούς· σὺ δὲ, εἴ τι λείπεται διοικησάμενος, ἔχου τῆς ἱερουργίας. καὶ ὁ μὲν Θεαγένης ἤγετο οἷ προστέτακτο· ἡ Χαρίκλεια δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ μικρὸν ἀναπνεύσασα, καὶ τὰ βελτίονα ἐλπίσασα, πάλιν ἀγομένου πρὸς θρήνοις ἦν. καὶ τῆς Περσίνης πολλὰ παρηγορούσης, καὶ εἰκὸς σωθῆναι τὸν νέον, εἴ μοι καὶ τὰ λειπόμενα καὶ σαφέστερα τῶν κατὰ σαυτὴν ἐξαγορεύειν βούλοιο, λεγούσης, ἡ μὲν Χαρίκλεια [βιασθεῖσα,] καὶ τὸν καιρὸν οὐκ ἐνδιδόντα ὑπέρθεσιν ὁρῶσα, πρὸς τὰ καιριώτερα τῶν διηγημάτων ὥρμησεν. ὁ δὲ Ὑδάσπης, εἴ τινες ὑπολείπονται

ſtum erit. Ad haec Meroebus: Sed non vivae, inquit, praeclare, victimae, ſed mactatae & reſectae, extis ſignificationem vatibus exhibent. Quamobrem recte dixiſti, pater, deſpondentem animum inepte, & nihil ad rem loqui peregrinum. Sed hunc quidem, ſi iubes, ducat aliquis ad aras. Tu vero cum abſolveris, ſi quid adhuc reſtat, ad ſacrificium aggredere. Et Theagenes quidem ducebatur eo, quo imperatum fuerat. At Chariclea, quae ob victoriam aliquantum reſpiraverat, & meliora ſperaverat, rurſus cum duceretur, in luctu erat. Et Perſina multifariam conſolante, & conſentaneum eſſe, quod poſſit ſervari iuvenis, ſi mihi reliqua & manifeſtiora de te narrare volueris, dicente: Chariclea quidem, tempus dilationem haud concedere, videns, ad praecipuas & principales narrationes aggreſſa eſt. Hydaſpes autem, ſi qui

τῶν πρεσβευσάντων τοῦ εἰσαγγελέως ἐπυνθάνετο. ὁ δὲ Ἁρμονίας, Οἱ ἐκ Συήνης, ἔφη, μόνοι, βασιλεῦ, γράμματα μὲν Ὀροονδάτου καὶ ξένια κομίζοντες, ἄρτι δὲ καὶ πρὸ βραχέος ἐπελθόντες.

κδ′. Ἡκόντων οὖν καὶ οὗτοι, τοῦ Ὑδάσπου φήσαντος, παρῆσαν, καὶ τὸ γράμμα ἐνεχείριζον. καὶ ἀνειλήσας ἐπελέγετο. καὶ ἦν τοιόνδε. ΒΑΣΙΛΕΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩι ΚΑΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ ΤΩι ΑΙΘΙΟΠΩΝ ΥΔΑΣΠΗι, ΟΡΟΟΝΔΑΤΗΣ Ο ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΑΤΡΑΠΗΣ. Εἰ νικῶν κατὰ τὴν μάχην, πλέον γνώμῃ ἐνίκησας, καί μοι σατραπείαν ὅλην ἑκὼν παρεχώρησας, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι τὸ παρὸν, εἰ βραχεῖαν αἴτησιν ἐπινεύσειας. κόρη τὶς ἀγομένη [πρός με] ἀπὸ τῆς Μέμφεως, τοῦ πολέμου γέγονε πάρεργον. καὶ ὅτι αἰχμάλωτος ἐκ σοῦ προστάγματος εἰς Αἰθιοπίαν ἐπέμφθη, πρὸς τῶν σὺν αὐτῇ γεγονότων, καὶ διαδράντων τὸν [τότε] κίνδυνον ἐπυθόμην. ταύτην αἰτῶ λυ-

adhuc ex iis, qui legatione fungerentur, reliqui essent, ex internuntio quaerebat. Harmonias vero, Soli Syenenses, inquit, rex, literas Oroondatis & xenia afferentes: nuper autem & momento ante venerunt.

XXXIV. Accedant igitur hi quoque, Hydaspes cum dixisset, aderant, & literas tradebant: quas apertas & evolutas legebat. Erant autem eiuscemodi. *Clementi & beato Aethiopum regi Hydaspi, Oroondates, magni regis Satrapa.* Cum vincens proelio, magis animi celsitudine viceris, & mihi satrapiam totam tua sponte concesseris, haud mirum mihi in praesentia videbitur, si exilem petitionem comprobaris. Puella quaedam cum Memphi duceretur, obiter belli fuit appendix, &, quod captiva iussu tuo in Aethiopiam sit missa, ex his, qui una cum ipsa fuerunt, & tum periculum effugerunt, audivi. Hanc oro mihi dimitti mu-

θῆναί μοι δῶρον, ἐφιέμενος μὲν καὶ αὐτὸς τῆς παιδὸς, πλέον δὲ περιποιῆσαι τῷ πατρὶ βουλόμενος, πολλὴν ἀληθέντι γῆν, καὶ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς ἐν Ἐλεφαντίνῃ τῷ φρουρίῳ κατὰ τὸν πόλεμον καταληφθέντι, καὶ ἐπισκοποῦντί μοι κατὰ ταῦτα τοὺς περισωζομένους ὀφθέντι, καὶ ἐκπεμφθῆναι πρὸς τὸ σὸν ἥμερον ἀξιώσαντι. ἔχεις αὐτόθι μετὰ τῶν ἄλλων πρεσβέων τὸν ἄνδρα, ἱκανὸν μὲν ἐξ ἤθους τὴν εὐγένειαν ἐμφῆναι, ἱκανὸν δὲ καὶ ἐξ ὄψεως δυσωπῆσαι. χαίροντά μοι τοῦτον, ὦ βασιλεῦ, ἀντίπεμψον· πατέρα μὴ μόνον ὀνομαζόμενον, ἀλλὰ καὶ γεγενημένον. ταῦτα ὡς ἀνέγνω, Τίς οὖν τῶν παρόντων ὁ τὴν θυγατέρα ἐπιζητῶν; ἠρώτησε. καὶ ὑποδειξάντων δέ τινα πρεσβύτην, Ὦ ξένε, πρὸς αὐτὸν ἔφη, πάντα αἰτοῦντος Ὀροονδάτου ποιεῖν ἕτοιμος. ἀλλὰ δέκα μὲν ἀχθῆναι μόνας αἰχμαλώτους ἐκέλευσα νεανίδας. μιᾶς δὲ τέως, ὅτι μὴ ἔστι σὴ θυγάτηρ,

neris loco, cum ipſius puellae cauſa, tum praecipue patris, cui illam ſervare velim: qui multum terrae pererravit, &, dum filiam inquireret, a praeſidio, quod fuit Elephantinae, ſub belli tempus captus, a me contemplante hoc tempore eos, qui ſuperfuiſſent ex proelio, conſpectus eſt, &, ut mitteretur ad tuam clementiam, petiit. Habes ibi una cum aliis legatis virum talem, ut vel ſolis moribus generoſitatem declarare poſſit: & dignum, ut vel vultu tantum & facie a te, quod petit, impetret. Laetum mihi hunc, o rex, remitte, qui pater non modo nominatur, ſed etiam exſtitit. Haec ut legit: Quis igitur eſt ex his, qui adſunt, qui filiam inquirit? percontatus eſt. Et cum oſtendiſſent quendam ſenem: O hoſpes, ad illum inquit, omnia petente Oroondate lubens faciam: ſed decem tantum adoleſcentulas captivas duci iuſſi. Cum vero unam filiam tuam non eſſe cognitum

ἐπεγνωσμένης, τὰς ἄλλας ἐπισκόπησον, καὶ γνωρίζων εἰ εὕροις λάμβανε. προκύψας ἐφίλει τοὺς πόδας ὁ πρεσβύτης. καὶ ἀχθείσας τὰς κόρας ὡς ἐπισκοπῶν τὴν ἐπιζητουμένην οὐχ εὕρισκεν, αὖθις κατηφήσας, Ὦ βασιλεῦ, οὐδεμία τούτων ἐστὶν, ἔλεγε. Τὴν γνώμην, ἔφη ὁ Ὑδάσπης, τὴν ἐμὴν ἔχεις. μέμφου δὲ τὴν τύχην, εἰ τὴν ἐπιζητουμένην οὐχ εὑρίσκεις. ὅτι γὰρ ἄλλη μήτε ἤχθη παρὰ ταύτας, μήτε ἐστὶ κατὰ τὸ στρατόπεδον, ἔξεστι σοὶ περισκοποῦντι [πεισθῆναι.]

λέ. Ῥαπίσας τὸ μέτωπον ὁ πρεσβύτης, καὶ ἐπιδακρύσας, ἀνανεύσας τε καὶ περιαθρῶν ἐν κύκλῳ τὸ πλῆθος, ἀθρόον ὥσπερ τις ἐμμανὴς ἐξέδραμε. καὶ τοῖς βωμοῖς προσελθὼν, τοῦ τε τριβωνίου (τοῦτο γὰρ ἔτυχεν ἀμπεχόμενος) τὸ κράσπεδον εἰς βρόχον περιειλήσας, ἐπιβάλλει τε τῷ αὐχένι τοῦ Θεαγένους, καὶ εἷλκεν, ἐξάκουστον βοῶν, Ἔχω σε, ὦ πολέμιε, λέγων, ἔχω σε, ὦ παλα-

sit, reliquas contemplare: &, si agnitam inveneris, accipe. Procumbens senex, osculabatur pedes, & cum adductas puellas contemplans, eam, quam inquirebat, non invenisset; rursus tristis & moerens, Nulla ex his est, rex, dicebat. Voluntatem & studium meum, inquit Hydaspes, agnoscis tibi non deesse. Fortunam autem accusa, si eam, quam inquiris, non invenis. Nam quod neque alia venit praeter has, neque ulla est in castris amplius, circumspicere tibi licet.

XXXV. Cum feriisset frontem senex, & collacrimasset, faciem attollens, & multitudinem in orbem circumspiciens, repente tanquam furiosus cucurrit: cumque accessisset ad aras, & pallii (hoc enim forte indutus erat) oram restis instar contorsisset, iniicit collo Theagenis, & trahebat, clamans ita, ut exaudiri posset: Nactus sum te, hostis; habeo te, conscelerate & exsecrande. Cumque

μναῖς καὶ ἀλιτήριε. καὶ τῶν φρουρούντων ἀντέχειν καὶ ἀποσπᾷν βιαζομένων, ἀπρὶξ ἐχόμενος, καὶ οἱονεὶ συμπεφυκὼς, ἀγαγεῖν εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τῶν συνέδρων, ἐξενίκησε· καὶ, Ὦ βασιλεῦ, ἔλεγεν, οὗτός ἐστι ὁ τὴν ἐμὴν θυγατέρα συλαγωγήσας· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν οἰκίαν εἰς ἀπαιδίαν ἐρημώσας, καὶ ἐκ μέσων τῶν τοῦ Πυθίου βωμῶν τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀναρπάσας, καὶ νῦν ὡς εὐαγὴς τοῖς τῶν θεῶν βωμοῖς προσκαθήμενος. ἐσείσθησαν πρὸς τὰ γινόμενα σύμπαντες, τὰ μὲν ῥήματα [1] οὐ συνιέντες, τὰ ὁρώμενα δὲ οἱ λοιποὶ θαυμάζοντες.

λστ΄. Καὶ τοῦ Ὑδάσπου σαφέστερον ὅ, τι βούλοιτο λέγειν κελεύοντος, ὁ πρεσβύτης (ἦν δὲ ἄρα Χαρικλῆς) τὰ μὲν ἀληθέστερα τοῦ γένους τῆς Χαρικλείας ἀπέκρυπτε, μή πῃ ἄρα καὶ κατὰ τὴν φυγὴν ἐκείνης τῆς αἰδῶ προαφανισθείσης, πόλεμον καθ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς τῶν

custodes resistere & avellere niterentur, firmiter haerens, & tanquam in unum corpus cum illo coaluisset, ut eum duceret in conspectum Hydaspis & concilii, obtinuit. Et, O rex, dicebat, hic est, qui meam filiam tanquam praedator mihi eripuit, hic est, qui domum solitariam & liberis orbam reddidit, & ex mediis Apollinis aris animam meam rapuit, ac nunc tanquam pius aliquis Deorum aris assidet. Commoti sunt omnes ad ea, quae fiebant, verba quidem non intelligentes, ceterum rem ipsam, quae cernebatur, admirantes.

XXXVI. Et cum Hydaspes planius, quidnam vellet, dicere iuberet; senex (erat autem Charicles) veriora de genere Charicleae occultabat: id veritus, ne illa in fuga forte & itinere iam antea sublata, bellum sibi cum ve-

1 Οὐ συνιέντες) Palat. τὸ οὐ non agnoscit. Commel. vero legendum conj. οἱ συνιέντες, *mirabantur verba, qui graece intelligebant*, (nempe rex & gymnosophistae) *reliqui vero, quae oculis cernebant.* Quod vel assumendum, vel οἱ λοιποὶ tollendum.

ἀληθῶς γεννησάντων ἐπισπάσηται διευλαβούμενες. ἐξετίθετο δὲ ἐπιτέμνων ἃ μηδὲν ἔβλαπτε, καὶ ἔλεγεν· Ἦν μοι θυγάτηρ, ὦ βασιλεῦ· τίς μὲν τὴν φρόνησιν, καὶ οἷα τὸ εἶδος θεασάμενοι, ἐπαξίως ἄν με λέγειν ἐπιστεύσατε. ἦν δ' οὖν παρθενευομένη καὶ ζάκορος τῆς ἐν Δελφοῖς Ἀρτέμιδος. ταύτην ὁ θαυμάσιος οὗτος Θετταλὸς ὢν τὸ γένος, καὶ εἰς Δελφοὺς τὴν ἐμὴν πόλιν ὥς τι πάτριον ἐπιτελέσων, ἀρχιθεωρὸς ἀφιγμένος, ἔλαθεν ἐκ τῶν ἀδύτων αὐτῶν τὴν κόρην ἀποσυλήσας, [1] καὶ ἀδύτων τοῦ Ἀπόλλωνος. διὸ καὶ ὑμᾶς ἀσεβεῖν δικαίως ἂν νομισθείη, τὸν πάτριον ὑμῶν θεὸν Ἀπόλλωνα, τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ Ἥλιον, καὶ τὸ ἐκείνου τέμενος βεβηλώσας. συνεργοῦ δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἐναγῆ ταύτην πρᾶξιν, ψευδοπροφήτου τινὸς Μεμφίτου γεγονότος· ἐπειδὴ κατὰ τὴν Θετταλίαν ἐγενόμην, τῶν ὄντων πολιτῶν ἐξ-

ris parentibus accerferet. Exponebat autem compendio ea, quae nihil nocebant, ac dicebat: Erat mihi filia, rex, quam fi, quali animi indole & forma fuiffet, confpexiffetis, iuftam caufam habere me, quamobrem dicam, crederetis. Erat, inquam, in virginitate aetatem degens, & miniftra, quae Delphis colitur, Dianae. Hanc praeclarus ifte Theffalus genere, cum Delphos meam urbem, quafi patrium quoddam facrum celebraturus, praefectus legationis conftitutus veniffet, clam ex adytis ipfis abftulit, atque adytis Apollinis. Quamobrem & erga vos merito deliquiffe exiftimari debet, qui patrium veftrum Deum Apollinem, qui idem eft cum Sole, ac illius delubrum profanavit. Porro quoniam quidam falfus antiftes Memphiticus, focius huius fceleratae ac nefariae actionis exftiterat: cum effem in Theffalia depofcens a reli-

1 Καὶ ἀδύτων τοῦ Ἀπόλλωνος) Haec verba e gloffa irrepfiffe puto.

αιτῶν οὐδαμῶς εὕρισκον, ἔκδοτον ἐκείνων τοῦτον, εἰ καὶ εἰς σφαγὴν ὅπου ποτὲ ἂν εὑρίσκηται, ὡς ἀλάστορα παραχωρησάντων· ὁρμητήριον εἶναι τῆς φυγῆς τὴν Καλασίριδος Μέμφιν εἰκάσας, εἰς ταύτην ἀφικόμενος, καὶ τὸν μὲν Καλάσιριν, ὡς ἐχρῆν, τεθνηκότα καταλαβὼν, παρὰ Θυάμιδος δὲ τοῦ ἐκείνου παιδὸς ἅπαντα τὰ περὶ τὴν θυγατέρα ἐκδιδαχθείς· καὶ ὅτι πρὸς Ὀροονδάτην εἰς τὴν Συήνην ἐξυπέσταλτο· καὶ τοῦ μὲν Ὀροονδάτου καὶ τῆς Συήνης ἀποτυχὼν, ἦλθον γὰρ κἀκεῖσε, κατὰ δὲ τὴν Ἐλεφαντίνην ὑπὸ τοῦ πολέμου καταληφθεὶς, ἥκω τανῦν ἐνταῦθα, καὶ [1] γίνομαι ἱκέτης [δὴ] τὴν θυγατέρα ἐπιζητήσων. ἐμὲ πολυπήμονα ἄνθρωπον εὐεργετῶν [ἅμα] καὶ σαυτῷ χαριζόμενος, εἰ τὸν πρεσβεύοντα ὑπὲρ ἡμῶν σατράπην οὐθείης αἰδούμενος.

λζ΄. Καὶ ὁ μὲν ἐσιώπησεν, ἐπιθρηνῶν γοῶδες τοῖς

quis civibus, nec usquam invenirem, illis mihi hunc etiam in fuga, & ubivis locorum inveniretur, tanquam pestem dedentibus; arcem & asylum fugae Calasiridis Memphim esse certis coniecturis suspicatus, eo cum pervenissem, Calasiridem quidem, ut oportuit, mortuum deprehendo: a Thyamide autem, eius filio, de omnibus, quae ad filiam attinebant, & quod Syenen ad Oroondatem missa esset, certior factus; Oroondate etiam Syenae frustratus, (nam illuc quoque veneram) Elephantinae autem a bello deprehensus ac detentus, venio huc in praesentia supplex, filiam inquisiturus. Et in me calamitosum hominem beneficium contuleris, & te ipso rem dignam feceris, si deprecatorem Satrapam pro nobis non aspernari videberis.

XXXVII. Et ille quidem tacuit, lugubres fletus ad ea,

1 Γίνομαι ἱκέτης) Vatic. & Xyl. amplius habent: οὕτως ὡς ἡ ἐπιστολὴ διηγήσατο. τὸν ἀποσυλήσαντα ἔχεις, τὴν θυγ. parum apte.

εἰρημένοις. ὁ δὲ Ὑδάσπης πρὸς τὸν Θεαγένην, Τί, ἔφη, πρὸς ταῦτα ἐρεῖς; ὁ δὲ, Ἀληθῆ, ἔφη, πάντα τὰ κατηγορηθέντα. λῃστὴς ἐγὼ [1] καὶ ἄδικος, καὶ βίαιος περὶ τοῦτον, ἀλλ' ὑμέτερος εὐεργέτης. Ἀπόδος οὖν, ἔφη, τὴν ἀλλοτρίαν, ὁ Ὑδάσπης, διὰ τὸ προκαθοσιώσασθαι τοῖς θεοῖς, τὴν ἐκ τῆς θυσίας ἐπίδοξον, οὐ τὴν ἐκ τῆς τιμωρίας ὑφέξων σφαγὴν ἔνδικον. Ἀλλ' οὐχ ὁ ἀδικήσας, εἶπεν ὁ Θεαγένης, ἀλλ' ὁ τὸ ἀδίκημα ἔχων ἀποδιδόναι δίκαιος. ἔχεις δὲ αὐτός. ἀπόδος, εἰ μὴ σὴν θυγατέρα εἶναι Χαρίκλειαν καὶ οὗτος ὁμολογήσειεν. οὐκέτι καρτερεῖν οὐδεὶς ἠνέσχετο· ἀλλ' ἅμα πάντων σύγχυσις ἐγίγνετο. Σισιμίθρης δὲ ἐπιπολὺ διαρκέσας, καὶ πάλαι τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα γνωρίζων, ἐς τὸ ἀκριβὲς δὲ περιελθεῖν τὰ φανερούμενα πρὸς τοῦ κρείττονος ἀνα-

quae dixerat, addens. Hydaſpes autem ad Theagenem, Quid dices ad haec? inquit. Ille autem, Vera, inquit, ſunt omnia, quae in accuſatione commemorata ſunt. Praedo ego ſum, & iniquus, & graſſator, quod ad hunc attinet: ceterum in vos beneficus. Redde igitur, inquit Hydaſpes, alienam, propterea quod Diis antea devotus ſis, maſtationem ſacrificii illuſtrem & glorioſam, non ſupplicii iuſtam perlaturus. Sed non is, qui iniuriam fecit, dixit Theagenes, ſed qui iniuriae fructum habet, reddere iuſte debet. Cum igitur tu ipſe habeas, redde: ſiquidem hanc, tuam filiam eſſe Charicleam, & ipſe fatebitur. Nemo amplius ſeſe continere poterat, ſed ſimul omnium confuſanea commotio exſiſtebat. Siſimithres vero, cum diu ſe continuiſſet, iampridem ea, quae dicebantur & fiebant ſciens, ceterum, ut ad exactam & certam cognitionem pervenirent ea, quae ſenſim pa-

1 Καὶ ἄδικος) Codd. Taur. Vat. ἄδικος, teſte Dorvill. ad Char. pag. 410. Xyl. λῃστὴς ἐγὼ καὶ ἅρπαξ, καὶ

μένων, προσέδραμέ τε καὶ τὸν Χαρικλέα περιεπτύσσετο· καὶ, Σώζεταί σοι ἡ νομισθεῖσα καὶ παρ' ἡμῶν ἐγχειρισθεῖσα ποτὲ θυγάτηρ, ἔλεγε· θυγάτηρ ἀληθῶς οὖσα καὶ εὑρεθεῖσα ὧν γινώσκεις.

λη'. Καὶ ἡ Χαρίκλεια τῆς σκηνῆς ἐξέδραμε, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ φύσεώς τε καὶ ἡλικίας αἰδῶ παραγκωνισαμένη, βακχιόν τι καὶ ἐμμανὲς ἐφέρετο, καὶ τοῖς γόνασι τοῦ Χαρικλέους προσπεσοῦσα, Ὦ πάτερ, ἔλεγεν, ὦ τῶν φύντων οὐδὲν ἔλαττον ἐμοὶ σεβάσμιε· τιμώρησαι ὡς βούλει τὴν ἀθέμιτον ἐμὲ καὶ πατραλοίαν· κἂν εἰς βούλημά τις ἀναφέρῃ θεῶν, κἂν εἰς διοίκησιν ἐκείνων τὰ δεδρασμένα, μὴ προσέχων. ἡ Περσίνα δὲ καθ' ἕτερον μέρος τὸν Ὑδάσπην ἐνηγκαλίζετο· καὶ, Πάντα οὕτως ἔχειν, ἄνερ, πίστευε, πρὸς αὐτὸν ἔλεγε, καὶ νυμφίον εἶναι τοῦ θυγατρίου τὸν Ἕλληνα τουτονὶ νεανίαν ἀληθῶς γίνωσκε· [1] [ἄρτι μοὶ ταῦτα ἐκείνης

tefiebant, exſpectans, accurrebat, & Chariclem amplectebatur. Et, Salva eſt adoptiva tua, & a nobis tibi quondam tradita filia, dicebat: revera inventa & cognita filia eorum, quos tu ipſe ſcis.

XXXVIII. Et Chariclea e tabernaculo procurrebat, ac neglecto naturae omni ac aetatis pudore, Bacchico quodam & furenti impetu ferebatur: & ad genua Chariclis provoluta, O pater, dicebat, non minus mihi, quam qui me procrearunt, obſervande: ulciſcere me, ut vis, nec eam ipſam excuſationem, quod fortaſſe id Deorum voluntati quiſpiam tribuere poſſit, & illorum gubernationi ea, quae facta ſunt, adſcribere, auſcultans. Perſina autem in altera parte Hydaſpem amplectebatur, &, Omnia ita ſe habere credas, mi vir, ad ipſum dicebat. Sponſum eſſe filiolae Graecum hunc iuvenem, omnino ſcito.

1 Ἄρτι μοὶ --- ἐξαγορευούσης) Emblema hoc praeferunt Vatic. & Xyland. At a Palat. & Baſ. rectius abeſt.

καὶ μόλις ἐξαγορευούσης.] ὁ δῆμος ἑτέρωθεν σὺν εὐφήμοις βοαῖς ἐξεχόρευε. πᾶσα ἡλικία καὶ τύχη συμφώνως τὰ γιγνόμενα θυμηδοῦντες, τὰ μὲν πλεῖστα τῶν λεγομένων οὐ συνιέντες, τὰ ὄντα δὲ ἐκ τῶν προγεγονότων ἐπὶ τῇ Χαρικλείᾳ συμβάλλοντες, ἢ τάχα καὶ ἐξ ὁρμῆς θείας, ἣ σύμπαντα ταῦτα ἐσκηνογράφησεν, εἰς ἐπίνοιαν τῶν ἀληθῶν ἐλθόντες, ὑφ' ἧς καὶ τὰ ἐναντιώτατα πρὸς συμφωνίαν ἡρμόζετο, χαρᾶς καὶ λύπης [1] συμπεπλεγμένων, γέλωτι δακρύων κεραννυμένων· τῶν στυγνοτάτων εἰς ἑορτὴν μεταβαλλομένων· γελώντων ἅμα τῶν κλαιόντων, καὶ χαιρόντων τῶν θρηνούντων, εὑρισκόντων οὓς μὴ ἐζήτουν, καὶ ἀπολλύντων οὓς εὑρηκέναι ἐδόκουν· καὶ τέλος τῶν προσδοκηθέντων φόνων, εἰς εὐαγεῖς θυσίας μεταβαλλομένων. τοῦ γὰρ Ὑδάσπου πρὸς τὸν Σισιμίθρην, Τί χρὴ

Populus itidem alia ex parte, gratulatoriis clamoribus gestiebat ac tripudiabat. Omnium aetatum & ordinum homines communi consensu ob ea, quae fiebant, laetabantur: plurima quidem eorum, quae dicebantur, non intelligentes; ceterum rem ipsam ex his, quae praecesserant, Charicleae rationibus, coniicientes: fortassis etiam divino quodam impulsu, qui, ut omnia haec mirifice caderent tanquam in scena, effecit, ad animadvertendam veritatem adducti. A quo & maxime contraria ad convenientiam aptabantur, cum gaudium & moeror inter se connexa & complicata essent, lacrimae risu miscerentur, tristissima & acerbissima in solemnitatem festi commutarentur: ridentibus simul his, qui plorabant, & gaudentibus his, qui lugebant, cum invenirent eos, quos non quaerebant, & amitterent, quos se inventuros esse existimabant; & ad extremum exspectatis caedibus, in pia sacrificia transmigrantibus. Cum enim Hydaspes ad Sisimithrem, Quid

1 Συμπεπλεγμένων) Palat. συμπεπλημένων.

δρᾷν, ὦ σοφώτατε; εἰπόντος· ἀρνεῖσθαι τὴν τῶν θεῶν θυσίαν οὐκ εὐσεβές· σφαγιάζειν τοὺς παρ' αὐτῶν δωρηθέντας οὐκ εὐαγές. ἐπινοητέον ἡμῖν τὸ πρακτέον.

λθ'. Ὁ Σισιμίθρης οὐχ ἑλληνίζων, ἀλλ' ὥστε καὶ πάντας ἐπαΐειν αἰθιοπίζων, Ὦ βασιλεῦ, εἶπεν, ἐπισκιάζονται, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τῆς ἄγαν χαρᾶς καὶ οἱ συνετώτατοι τῶν ἀνδρῶν. σὲ γοῦν καὶ πάλαι συμβάλλειν ἐχρῆν, ὅτι μὴ προσίενται οἱ θεοὶ τὴν εὐτρεπιζομένην θυσίαν· νῦν μὲν τὴν πανόλβιον Χαρίκλειαν ἐξ αὐτῶν σοι τῶν βωμῶν θυγατέρα ἀναδείξαντες· καὶ τὸν ταύτης τροφέα, καθάπερ ἐκ μηχανῆς, ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἐνταῦθα ἀναπέμψαντες· αὖθις τὴν πτοίαν καὶ τὸν τάραχον τοῖς προσβωμίοις ἵπποις καὶ βουσὶν ἐπιβάλλοντες, καὶ τὸ διακοπήσεσθαι τὰ τελεώτερα νομιζόμενα τῶν ἱερείων συμβάλλειν παρέχοντες, νῦν τὴν κορωνίδα τῶν ἀγαθῶν, καὶ ὥσπερ λαμπάδιον δρά-

facere oportet, o ſapientiſſime? dixiſſet: recuſare & refugere Deorum ſacrificium, impium eſt: mactare eos, qui ab illis ſunt donati, religio. Excogitandum eſt nobis, quid faciendum ſit.

XXXIX. Siſimithres non Graeca lingua, ſed, ut omnes exaudire poſſent, Aethiopica, O rex, dixit, offunditur caligo, ut videtur, etiam ſapientiſſimis viris, prae nimia voluptate. Te igitur vel iam pridem coniicere & animadvertere oportuit, Deos non admittere ſacrificium, quod apparabatur, qui iam ex omni parte beatam Charicleam, ex ipſis aris filiam tuam eſſe declararunt, & huius nutricium, tanquam ex compoſito, ex media Graecia huc accerſiverunt; iam terrorem & perturbationem equis & bobus, qui ad aram ſtabant, incutientes, & fore, ut reiicerentur maiores hoſtiae moribus & inſtitutis receptae, ſignificantes: nunc tanquam bonorum coroni-

ματος τὸν νυμφίον τῆς κόρης τουτονὶ τὸν ξένον νεανίαν ἀναφήναντες. ἀλλ᾽ αἰσθανώμεθα τοῦ θείου θαυματουργήματος, καὶ συνεργοὶ γινώμεθα τοῦ ἐκείνων βουλήματος, καὶ ἐχώμεθα τῶν εὐαγεστέρων ἱερῶν, τὴν δι᾽ ἀνθρώπων θυσίαν, καὶ εἰς τὸν ἑξῆς αἰῶνα [1] παραγράψαντες.

μ΄. Ταῦτα τοῦ Σισιμίθρου λαμπρῶς τε καὶ εἰς ἐπήκοον ἁπάντων ἐκβοήσαντος, ὁ Ὑδάσπης τὴν ἐγχώριον γλῶτταν καὶ αὐτὸς συνεὶς, τῆς τε Χαρικλείας καὶ τοῦ Θεαγένους ἐπιδεδραγμένος, Οὐκοῦν, ὦ παρόντες, ἔλεγε, θεῶν νεύματι τούτων οὕτω διαπεπραγμένων, τὸ ἀντιβαίνειν ἀθέμιτον. ὥστε ὑπὸ μάρτυσιν αὐτοῖς τε τοῖς ταῦτα ἐπικλώσασι, καὶ ὑμῖν ἀκόλουθα ἐκείνοις φρονεῖν ἐνδεικνυμένοις, ξυνωρίδα ταύτην γαμηλίοις νόμοις ἀναδείκνυμι, καὶ συνεῖναι δεσμῷ παιδογονίας ἐφίη-

dem, & tanquam facem fabulae, ſponſum puellae, hunc Graecum iuvenem oſtenderunt. Enimvero admittamus ad animum haec divina miranda facta, & adiutores ſimus illorum voluntatis: & continuemus magis pia ſacrificia, hoſtias humanas & in conſequentem aetatem reiicientes.

XL. Haec cum Siſimithres clare, & ita, ut ab omnibus exaudiri poſſent, intonaſſet; Hydaſpes, cum & ipſe linguam genti vernaculam intelligeret, Chariclea & Theagene apprehenſis: Igitur vos, qui adeſtis, dicebat, cum haec ita Deorum nutu & voluntate peracta ſint, reſiſtere fas non eſt. Quamobrem teſtibus iis ipſis, qui haec fatis deſtinarunt, & vobis, qui illorum ductum animorum aſſenſu ſequi videmini, par hoc ſolemnibus nuptiis coaleſcere declaro: & mutua conſuetudine frui, procreationis liberorum vinculo coniunctos, permitto. Et, ſi vi-

1 Παραγράψαντες) Praeſtat Vat. & Taur. lectio περιγράψαντες.

μι. καὶ εἰ δοκεῖ, βεβαιούτω τὰ δόξαντα ἡ θυσία, καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ τραπώμεθα.

μα'. Τούτοις εἰρημένοις, ἐπευφήμισεν ὁ στρατὸς, καὶ κρότον τῶν χειρῶν ὡς ἐπιτελουμένοις ἤδη τοῖς γάμοις ἐπεκτύπησαν. καὶ πλησιάσας τοῖς βωμοῖς ὁ Ὑδάσπης, καὶ μέλλων ἀπάρχεσθαι τῶν ἱερείων, Ὦ δέσποτα, εἶπεν, Ἥλιε, καὶ Σελήνη δέσποινα, εἰ μὲν δὴ ἀνὴρ καὶ γυνὴ Θεαγένης τε καὶ Χαρίκλεια βουλήμασιν ὑμετέροις ἀνεδείχθησαν, ἔξεστιν αὐτοῖς ἄρα καὶ ἱερατεύειν ὑμῖν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, τήν τε αὐτοῦ καὶ τὴν Περσίνης μίτραν, τὸ σύμβολον τῆς ἱερωσύνης ἀφελὼν, τὴν μὲν τῷ Θεαγένει τὴν αὐτοῦ· Χαρικλείᾳ δὲ τὴν Περσίνης, ἐπιτίθησιν. οὗ γεγονότος, ἐνθύμιον τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ὁ Χαρικλῆς ἐλάμβανε, καὶ τοῖς ἔργοις βεβαιούμενον, τὸ πάλαι παρὰ τῶν θεῶν προαγορευθὲν ηὕρισκεν· ὃ τοὺς νέους ἔφραζεν ἐκ τῶν Δελφῶν διαδράντας

detur, confirmet haec, quae decreta ſunt, ſacrificium, & ad rem ſacram vertamur.

XLI. Haec dicta approbavit exercitus, & plauſum manibus, ratum ſe habere coniugium ſignificans, edidit. Appropinquans itaque aris Hydaſpes, & iam rem divinam incepturus, O domine Sol, dicebat, & Luna domina, ſiquidem coniuges Theagenes & Chariclea, veſtra voluntate declarati ſunt, licet illis ſane & ſacra vobis facere. Et haec cum dixiſſet, ſua & Perſinae mitra, nota ſacerdotii, demta, alteram Theageni, quae ſua erat, alteram Charicleae, quae Perſinae, imponit. Quod cum factum eſſet, oraculi, quod illi redditum fuerat Delphis, Charicles recordatus eſt: &, re ipſa perfectum eſſe id, quod iam pridem a Diis praedictum fuerat, comperit: quod, iuvenes, dicebat, poſtquam fugiſſent Delphis,

Ἵξεσθ᾽ ἠελίου πρὸς χθόνα κυανέην·
Τῇ παρ᾽ ἀριστόβιον μεγ᾽ ἀέθλιον ἐξάψονται
Λευκὸν ἐπὶ κροτάφων στέμμα μελαινομένων.

στεφθέντες οὖν οἱ νέοι λευκαῖς ταῖς μίτραις, τήν τε ἱερωσύνην ἅμα τῷ Ὑδάσπῃ ἀναδησάμενοι, καὶ τὴν θυσίαν αὐτοὶ καλλιερήσαντες, ὑπὸ λαμπάσιν ἡμμέναις, αὐλῶν τε καὶ συρίγγων μελῳδίαις, ἐφ᾽ ἅρματος ἵππων, ὁ μὲν Θεαγένης ἅμα τῷ Ὑδάσπῃ, ὁ Σισιμίθρης δὲ καθ᾽ ἕτερον ἅμα τῷ Χαρικλεῖ, βοῶν δὲ λευκῶν ἡ Χαρίκλεια αὐτῇ Περσίνῃ, σὺν εὐφημίαις καὶ κρότοις καὶ χοροῖς, ἐπὶ τὴν Μερόην παρεπέμποντο, τῶν ἐπὶ τῷ γάμῳ μυστικωτέρων κατὰ τὸ ἄστυ φαιδρότερον τελεσθησομένων.

Τοιόνδε πέρας ἔσχε τὸ σύνταγμα τῶν περὶ Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν Αἰθιοπικῶν· ὃ συνέταξεν ἀνὴρ

Venturos ſolis torridum ab igne ſolum.
Magna ubi praecipuae virtutis praemia tandem
Temporibus fuſcis candida ſerta gerant.

Coronati igitur iuvenes albis mitris, & ſimul ſacerdotio, voce ſententiaque Hydaſpis, ornati, cum ſacrificium ipſi rite peregiſſent, cum facibus accenſis, & tibiarum ac fiſtularum concentu, in curribus equorum quidem iunctorum, Theagenes una cum Hydaſpe, Siſimithres vero cum Charicle ſeorſim; boum autem alborum Chariclea & Perſina, cum gratulationibus, plauſu ac tripudiis, Meroën deducebantur, ut reliqua, quae ad nuptias pertinent, magis arcana, in urbe, maiore cum ſolemnitate celebrarentur.

Talem finem ſortita eſt confectio de Theagene & Chariclea Aethiopicarum narrationum: cuius auctor eſt vir

Φοίνιξ Ἐμεσηνὸς, τῶν ἀφ᾽ Ἡλίου γένος, Θεοδοσίου παῖς Ἡλιόδωρος.

Εἴληφε τέρμα βίβλος Ἡλιοδώρου.

Phoenix Emesenus, ex genere Solis, Theodosii filius, Heliodorus.

Aethiopicae historiae Heliodori libri decimi & ultimi finis.

Incerti auctoris versus in extremo codice reperti.

Ἐστυφελίχθην, ὦ Χαρίκλεια κόρη,
Ψυχὴν, λογισμὸν, καὶ φρένας καὶ καρδίαν.
Ἔγνων σε καὶ ποθοῦσαν ἐξ εὐστοργίας,
Ὡς ὑπερηγάσθην σε καὶ κατεπλάγην,
Τοῦ σώφρονος νοῦ, τῶν καλῶν βουλευμάτων,
Τῆς καρτερίας πρὸς κακῶν ἀμετρίαν,
Τοῦ τληπαθέος ἔρωτος εἰς Θεαγένην.
Ὡς ὀλβία σὺ ταῖς ἐρώσαις παρθένοις,

En corde, mente, totus animoque haereo,
Stupens, puella o nobilis Chariclea,
Sincero amore dum sic amantem te intuor.
En mî stupore capta mens desigitur,
Mentem ut modestam, mentem honestam conspicer,
Firmamque in adversis tuam constantiam,
Fidemque sancte praestitam Theageni.
Felicior tu ceterae quam virgines,

Ἐρωμέναις δὲ πάλιν ὀλβιωτέρα.
Κἂν δυστυχὴς ὁ πρῶτος ἐγνώσθη βίος,
Ἀλλ' εὐτυχὴς ὁ λοῖσθος εὑρέθη γάμος.
Πεῖραν λαβοῦσα ληστρικῆς κακουργίας,
Ἄλλων τε δεινῶν ἐν μεθέξει μυρίων,
Μακρὸν, πλάνητον ἐκμετρήσασα χρόνον·
Τέλος, συνήφθης (ὢ καλῶν νυμφευμάτων)
Τρισευτυχεῖ σῷ νυμφίῳ Θεαγένει.

Amare queis, vel queis amari contigit.
Prius labores tu quidem passa es graves:
Sortita finem sed beatum es, nuptias.
Praeda es latronum facta, nullum denique
Experta non es, o puella, genus mali,
Errore longi temporis, longae & viae.
Sed iuncta tandem es (o beatas nuptias!)
Tuo beato coniugi Theageni.

0578-378

